Tex. in l. Vnica c. Vt nomini lic. in emp. ſpecioſe ex c. lib. 10. concor. loquuntur in caſu ſpeciali de oneribus impoſitis ex neceſſitate famis, à quibus immunitas non excuſat, nec extenditur ad alia onera, & procedunt in iure priuilegio immunitatis. ibid. num. 241, & num. 259.

Titulus præambulus præſumitur mutatus, reſpon. 10. num. 99.

Tributum munus eſt patrimoniale, reſpon. p. part. 2. num. 28.

Tutor, ſeu curator præſtans authoritatem, nihil de ſuo confert, ſed effectus ad pupillum, vel minorem pertinet, reſpon. p. par. 1. num. 112.

Tutor donare poteſt propter benemerita, ibid. par. 2. num. 33r

V

VAcandi modo vno expreſſo, in fauorabilibus. veniunt alij, reſpon. 6, num. 88.

Quid in materia ſtricta, ſeu praiudiciali alterius, ibid.

Quid ſi in materia non fauorabili exprimitur modus vacandi per mortem an contineatur caſus mortis ciuilis, ibid.

Vacare non dicitur res, quæ ſaltem habet poſſeſorem probabilem, reſpon. 4. num. 25.

Vacare dicitur benefitium per mortem, renunciationem, & per priuationem, reſpon. 6. num. 38.

Vacare dicitur offitium, ſeu beneficium per priuationem officialis, ſeu benefitiati, ibid. num. 41.

Vacationis modo vno expreſſo, alij non veniunt, ibid. nu. 17. vid, num. 88.

Vacationis appellatione, continetur omnis vacandi modus, etiam in materia pænali, ibid. nu 38.

Vacationis modus per mortem, ſi in diſpoſitione exſprimitur, an ſua illa comprehendatur modus vacandi per priuationem, ibid. num. 87.

Validitati actus fauendum eſt, reſpon. pr. part. 1. num. 51.

Vaſſalli, an poſſint pro domino, teſtes eſſe, reſpon. 10. num. 56. & num. 58. & ſequen.

Vaſſalli venditi quo iure offerendo pretium poſſint ad demanium admitti, reſpon. 3. num. 41. remiſſiue.

Vaſſallus ob ingratitudinem amittit feundum ipſo iure, ſed per ſententiam reſpon. 1. par. 1. nu. 21.

Vaſſallus, ſeu ſubditus differt à ſeruo, & potius equiparatur liberto, ibid. num. 101.

Vaſſallus non poteſt domino ſtipulari, ibid. nu. 102.

Vaſſallus non tenetur ſoluere æs alienum domini, etiam ſi immineat timor periurij, ibid. part. 3. nu. 21.

Vectigal eſt munus patrimoniale, & ſoluitur pro rebus euectis, ibid. par. 2. num. 28.

Vectigal, de quo queritur, fuiſſe impoſitum pro publica neceſſitate ſubeunda, ex aduerſo traditur, ibid. par. 3. num. 6. vice num. 18.

Vectigal nouum imponi an poſſit pro ſalario officialium præpoſitorum adminiſtrationi iuſtitiæ, ibid. nu. 19.

Vectigal ſoluitur pro introitu, vel exitu rerum ſuper quibus eſt impoſitum, ibid. num. 29.

Vectigali nouiter impoſito, priuilegia Meſſana refragantur in vtraqe immunitatis ſpecie i ibid. par. 1. num. 4.

Vectigalia ſunt de regalibus, ibid. part. 3. numer. 2. & 3.

Vectigalia pro vrgenti neceſſitate, ſunt imponenda mode-

moderate, ibid.num.52.
Vectigalia, collectas, & alia regalia non poteſt Rex alienare in praiudicium ſucceſſorum, ibid.n.66.
Vectigalis noua impoſito in Regno Siciliæ pro illius defenſione eſt permiſſa conditionaliter, bid. num.25.
Vectigalis aſſerta iuſtitia Vti impoſiti à Principe, tollitur ab immunitate, que pariter ex auctoriate Principis iuſtificatur, ibid.num.58.
Velle non preſumitur, qui ſuperiori aliquid mandanti preſtat obſequium, reſpon.6.num.111.
Vendere vltra iuſtum precium victualia, eſt probibitum, reſpon.5.num.80.
Venditor ſi eſt immunis, an ſit pariter, & emptor iure correlatiui, ibid.num.46. Vide num.55.
venditor Vini ad minutum, non Vendit in hac facti ſpecie, viliori precio propter gabellam impoſitam emptori, ibid.num.69.
Idem ſi vendatur ad groſſum, ibid. num. 78. & 79.
Venditor exigens gabellam ab emptoribus, ſi illam non reſtituit, dicitur vendere vltra precium, & locupletatur cum iactura aliena, ibid.num.70.
Venditor vini ad groſſum, an quod recipit vltra precium naturale, dicatur recipere pro latitudine pretij, ad excluſionem gabellæ, ibid.num.84.
Venditor adimplens ex parte ſua ſub pretextu pretij, rem traditam repetere non poteſt, reſpon.1.part. 3.num.170.
Verba ſunt mentis teſtimonium, & quid actum ſit declarant, reſpon.1, par.1.num.169.
Verba cum effectu intelligi debent, nec illa ſufficiunt, vbi facto opus eſt, ibid. numer.181. & numer. ſeque.
Verba iſta, nulla vexatione grauentur, æquipollent vniuerſali proprie, ac ſi allicerentur, nulla quacumque vexatione, ibid.num.189.
Verba vniuerſalia habent vim expreſſionis generalis, ibid.num.199. & in 3.par.num.247.
Verba vniuerſalia omnia comprehendunt, quæ excogitari poſſunt, ibid.par.2.num.26.
Verba non debent eſſe fruſtatoria, & ſine operatione, ibid.par.3.num.123.
Verba hec, facta ſolutione, ſunt ablatiui abſoluti, ibid.num.160.
Verba vniuerſalia, & geminata comprehendunt ea, quæ ſub ſimplici diſpoſitione non continentur, quando circumſtantiæ facti non repugnat, ibid. num. 243. & num.ſequen.
Verba vniuerſalia ſimpliciter prolata, comprehendunt omnia, quæ excogitari poſſunt, geminata vero referuntur etiam ad incognita, ibid.num.244.
Verba vniuerſalia comprehendunt omnia, etiam valde grauia, & recipiunt reſtrictionem, ibid.num. 250.
Verba vniuerſalia negatiua magis deſtruunt, ac negant vniuerſaliter, quam affirmatiua affirmant, ibid.num.252.
Verba interpretantur ſecundum ſubiectam materiam, reſpon.3.num.53.
Verba creditoris recipientis in computum, & infra ſolutionem, denotant, quod illa non eſt vltima ſolutio, ſed aliquid, ſupereſt, reſpon.7.num.6.& num.50.
Quid de illis verbis pro complimento, ſeu reſto, ibid.
Verba, vbi ſunt clara non eſt opus gloſa, nec coniecturis, ibid.num.24.
Verba, ſecundum ſubiectam materia moderantur, reſpon.9.num.7.
Verba ſtricte debent intelligi, prout ſonant, ibid num.21.
Verba enunciatiua regularitet non probant enunciatum, de quo principaliter quæritur, etiam inter partes enunciantes, reſpon.10.num.30.
Verba enunciatiua probant enunciatum, quando conueniunt alia adminicula, ibid.num.31.
Verba enunciatiua geminata in diuerſis actis probant enunciatum, ibid.num.32,
Verba enunciatiua vnius tantum inſtrumenti, an probent territorium, remiſſiue, ibid. num.35. vide num.11.
Verba enunciatiua emiſſa in priuilegio Principis probant, etiam ſi vnicum fuerit priuilegium, ibid. num.36.
Verbis eſt inſeruiendum in qualibet diſpoſitione, à quibus non licet recedere, reſpon.6.num.31.& re reſpon.9.num.12.
Verborum cauſa, potius quam ipſa verba eſt attendenda, reſpon.2.num.33.
Verbum, cuius libet, eſt vniuerſale, ſicut verbum cuiuſcumque, reſpon.1.par.1.num.184.
Verbum, quibuſcumque, vel quibus, eſt Vniuerſale, ibid.num.193.
Verbum, quacumque, vel quocumque, eſt vniuerſale, ibid.num.195.
Idem de verbo, quoſcumq; ibid.
Verbnm omnes, eſt vniuerſale, nec recipit reſtrictionem, & habet Vim expreſſionis ſpecialis, reſpon. 11.num.21.
Veriſimile, quod eſt attenditur, reſpon.3.num.18.
Veriſimile non eſt, quod habens facultatem eligendi, illam velit alteri delegare, reſpon.6.num.55.
Veriſimile quod non eſt, habet falſitatis imaginem. ibid.& reſpon.10.83.
Veriſimile, an aliſquid ſit, vel ne, Iudicis arbitrio relinquitur, reſpon.10.num.82.
Veriſimile quod eſt attenditur, non quod eſt poſſibile, ibid.num.84.
Veriſimilitudo attenditur in teſtibus, & probationibus, ibid.num.83.
Veritas ſæpius examinata, magis ſplendeſcit, reſpon,

ſpon.7. numer.55.

Veritatem iudex debet habere ante oculos, ibid. num.54,

Verſus aduerbium hoc, indicat loci circunſtantiam, quæ à loco differt, ibid.num.10.num.100.

Vicus gubernatur ac legibus ſuæ vniuerſitatis, reſpon. par.1.pnr.1.num.13.

Villa poſita incomitatu alicuius ciuitatis, præſumitur illi ciuitati ſubiecta, reſpon.3.num.10.

Villa poſita in territorio ciuitatis, & illius iuriſdictioni ſubiecta, an, & quando poſſit alteri concedi, ibid.num.20.

Villa poſita in territorio alicuius ciuitatis, præſumitur eſſe illi ciuitatis ſubiecta, reſpon. 10.numer.

Vinum, quod venditur ad groſſum in vrbe Meſſanæ, habet pæcium naturale, reſpon.5.num.79.

Vita, & militia, quæ præſtatur ſuper fructibus feudi non tranſmittitur, reſpon.9.num.15.

Vniuerſalitas tantum operatur, quantum ſi caſus ſinguli, & inſoliti eſſent expreſſi, reſpon.pr. part.3. num.246.

Vniuerſalitate ſub continentur maiora expreſſis, etiam cum dictione, alias, ibid.num.251.

Vniuerſitas ſoluendo exſpenſas factas per Syndicum, videtur geſta per eum approbare, reſpon.7.num. 16.

Vſus immemorabilis obtinet vim priuilegij, reſpon.1. par.1.num.143.

Vſus, ſeu præſcriptio debet probari in ſpecie in caſu, de quo quæritur, ibid.par.3.num.150.

FINIS.

OCTAVII GLORITII IVRISCONSVLTI, VIRI PATRITII TROPIENSIS ET COMITIS PALATINI.

IMMVNITATIS VRBIS MESSANAE TVTELA:

RESPONSVM PRIMVM

FACTI SPECIES.

Meſſana Vrbs, nobilis, fideliſſima, & Regni Siciliæ Caput, ex cauſa ingentiũ meritorũ, olim à Romano, deinde à Græco Imperio, poſteà verò à Siciliæ Regibus quàmplu ribus honoribus, ac prærogatiuis decorata, ampliſſimæ præſertim immunitatis priuilegia obtinuit, quæ poſt alias confirmationes, à Cæſarea Caroli V. ac ſucceſſiuè à Catholica Philippi Secundi Regia Maieſtate confirmata fuere. Verùm, cùm in Comitijs generalibus Regni, in anno 1562. fuiſſent gabellæ indictæ ad decemnium, exigendæ à quibuſcumq; perſonis, nemine excempto, fuit pro illius indictionis executione Regio Secreto Meſſanæ tunc iniunctum, quòd ibidem gabellas indictas exigeret, quas Syn dicus dictæ Vrbis tendere contra illius priuilegia, & immunitates allegauit, & per Iudices Curiæ Straticotialis, Regios ad hoc delegatos, ita fuit declaratum, omniaquè ad priſtinum, iuxta illius declarationis tenorem, reducta fuerunt. Sed elapſo quatrimeſtre, nec habita ſuper præmiſſis Regia reſponſione, ſub prætextu cuiuſdam Priuilegij Regis Alfonſi (licèt ad eius obſeruationem Meſſana non teneri prætendebat) iterùm illarum gabellarum exactio fuit demandata, illiſquè iterum prorogatis, ac iterùm allegatis contra Priuilegia, ac earum gabellarum pendentibus meritis in ſuprema Regali Curia, ibique inſtante Meſſana, ſuorum priuilegiorum vigore, ab onere dictarum gabellarum liberari. Tandem, in anno 1591. oblato, ac ſoluto ſeruitio aureorum quingentorum mille, habita capitulatione, de mandato Domi-

ni Philippi Secundi Regis, fuerunt gabellæ prædictæ extinctæ, ac nouiſſimum deſuper fuit priuilegium expeditum, cum expreſſa, & in forma ſpeciali priuilegiorum omnium, & immunitatuum confirmatione, ac etiam ad vberiorem vrbis cautelam, cum noua & pleniſſima, iuxta tenorem antiquorum priuilegiorum, conceſſione. Quibus ſic extantibus, ac accendēte generali priuilegiorum confirmatione domini noſtri Regis Philippi Tertij, fuit anno præterito 1612. de menſe Augusti, de mandato Excellentię Dñi Ducis Oſſunæ Siciliæ Proregis impoſitum nouum vectigal granorũ viginti quinq; ſuper qualibet libra ſerici ex portũ huius Vrbis extrahenda, ac mandatum Regio Secreto, vt illud exigeret. Quod præſentiens Sindicus illud vectigal allegauit tẽdere contra Vrbis Priuilegia, ſuper quo fuit facta declaratio per Iudices Straticotiales, ac deinde introducto eulogio in ſupremo Italiæ Senatu, aliqua ex parte Regij fiſci afferuntur contra Meſſanæ immunitatẽ, ex quibus prętẽditur, quod vectigal legitimè fuit impoſitum, priuilegijs & immunitatibus Meſſanæ non obſtantibus. Ideo pro veritatis indagine quæritur, quid iuris.

ARGVMENTVM.

An, & quando Priuilegia immunitatis in vim contractus obtenta, poſſint à Principe violari ex cauſa publicæ neceſſitatis.

Et quæ eſt iuſta cauſa imponendi vectigalia.

Et quando priuilegia traſeunt in vim contractus; Quando dicuntur realia; & quando immunitas dicitur conceſſa verbis vniuerſalibus.

Et an, & quando talia priuilegia ſunt valida in præiudicium ſucceſſoris, vel ſubditorum.

Et à quibus muneribus poteſt concedi immunitas.

Et quæ eſt iuſta cauſa concedendi.

Et an conceſſio debet fieri cum clauſula, Non obſtante.

Et an ſtrictè ſit interpretanda.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia Romanorum, Arcadij, & Regis Rogerij, ſupponuntur vera.*

2 *Priuilegia Meſſanæ à Romano Imperio obtenta, vera eſſe, Principum authoritate ſuadetur: illaq; fuerint legitimè à Guglielmo Rege renouata.*

3 *Priuilegia renouari poſſunt, ob eorum vetuſtatẽ.*

4 *Priuilegia, quæ ob vetuſtatem renouantur, debẽt prius inſpici, & illis repertis abſque ſuſpicione, poſſunt authenticari.*

5 *Fides præſtatur perſonis miſſis à iudice ad videndum originale, quando illud ad iudicium deferri non poteſt.*

6 *Priuilegium confirmatorium alterius priuilegij cũ eius inſerto tenore, probat confirmatum, abſq; eo quod illud producatur.*

7 *Statuti copia non eſt neceſſaria, quando de eius tenore in alio ſtatuto fit mentio.*

8 *Fiſcus conatur euitare priuilegia Romanorum ſub prætextu quòd non fuerunt exequuta, aut ſaltem abrogata; ac etiam quòd ob cauſam ingratitudinis illa amiſerunt Meſſanenſes.*

Exempti ob ingratitudinem commiſſam, ad priſtinum ſtatum poſſunt reuocari, ibid. ſed declaratur, num. 16. & num. 20.

9 *Illatio quam facit fiſcus ad excludendum immunitatem Meſſanæ in priuilegi Romanorum conceſſam, ſub prætextu quòd non habet lapides à Leontino vſq; ad Pactas, non procedit.*

10 *Separata ſunt ea, quæ ita ſe habent, quòd vnum ſine altero eſſe poteſt, vel quorum vno poſito, aliud non ſequitur.*

11 *Illatio ex diuerſis non procedit in materia abrogationis*

tionis priuilegij, quæ ſtricti iuris eſt.

12 *Priuilegiũ Romanorũ cõſtituens lapides Meſſanæ à Leontino vſq; ad Pactas, an fuit vſureceptũ.*

Lapides à Leontino vſque ad Pactas enuntiantiantur in Priuilegio Regis Rogerij. ibid.

13 *Vicus gubernatur ſtatutis, ac legibus ſuæ Ciuitatis.*

14 *Conſuetudo Ciuitatis ſeruari debet in comitatu.*

15 *Priuilegium conceſſum Ciuitati comprehendit vicos, & oppida ciuitati ſubiecta.*

16 *Baldi doctrina in l. 2. C. de libert. & eor. liber. dum loquitur de immunitate, quæ reuocatur ob ingratitudinem, declaratur.*

Immunitas conceſſa ex cauſa meritorum non reuocatur per ingratitudinem. ibid.

17 *Priuilegium ex cauſa remunerationis conceſſum, non reuocatur ob ingratitudinem.*

18 *Feudum conceſſum ob remunerationem, non reuocatur ex cauſa ingratitudinis.*

19 *Donatio remuneratoria ex cauſa ingratitudinis, non reuocatur.*

20 *Ingratus ob ingratitudinem an amittat priuilegium ipſo iure, & num. ſeq.*

Donatio ex cauſa ingratitudinis non reuocatur ipſo iure, ibid.

21 *Vaſſallus ob ingratitudinem non amittit feudum, ipſo iure, ſed per ſententiam.*

Pœna vbi ipſo iure imponitur, vt illa ſortiatur effectum, requiritur ſententia declaratoria, ibid.

22 *Guglielmus Rex confirmauit priuilegia Romanorum cum inſerto tenore.*

23 *Confirmatio facta cum inſerto tenore rei confirmate, dicitur ex certa ſcientia.*

24 *Confirmatio facta ex certa ſcientia, quando confirmatum eſt inualidum, tribuit nouum ius.*

25 *Confirmatio ex certa ſcientia actum nullum, dicitur dare, at ſecus, ſi in forma cõmuni, nu, 158.*

26 *Confirmatio ex certa ſcientia facta de actu nullo, dicitur noua conceſſio.*

27 *Priuilegij Arcadij veritas, Principum teſtimonio comprobatur.*

28 *Carolus V. confirmauit priuilegia omnia Meſſanæ, tàm Romani Imperij, quàm Græcorum, cum clauſula, ex certa ſcientia, & conſultò, & quòd eorum tenor habeatur pro expreſſo, necnon & illa de nouo conceſſit.*

29 *Clauſula, ex certa ſcientia, tollit omnem erroris præſumptionem.*

Princeps confirmans, ex certa ſcientia, præſumitur conſultè confirmaſſe, & quòd confirmata prius videre voluit. ibid.

30 *Clauſula ex certa ſcientia, operatur, quando Princeps informatus proceſſit, illaq; facit ceſſare omne vitium ſubreptionis.*

31 *Clauſula motu proprio, tollit omnem ſubreptionẽ ab actu, maximè, quando vitium eſt reale.*

32 *Clauſula ex certa ſcientia, & motu proprio, æquiparantur, & effectum operantur, etiamſi ad petitionem alterius fuerint poſitæ.*

33 *Priuilegium Arcadij, ex certa ſcientia, à Cæſare confirmatum, in dubium reuocari non poteſt.*

34 *Confirmatio, ex certa ſcientia, ſufficit, etſi confirmatum non oſtendatur.*

35 *Clauſula, quod tenor habeatur pro expreſſo, operatur, ac ſi expreſſio tenoris fuiſſet facta de verbo ad verbum.*

36 *Princeps poteſt facere, quòd exprimenda habeantur pro expreſſis.*

37 *Clauſula ex certa ſcientia, an operetur, quando conſtat, rem aliter ſe habere, & an recipiat probationem in contrarium.*

38 *Notorium reſultat ex confeſſione, vel tenore, aut ex actis.*

39 *Iuris præſumptio non tollitur, ex hominum argumentis & coniecturis.*

40 *Probatio efficacior requiritur pro excludenda iuris præſumptione.*

41 *Argumẽta non probant, & à probatione differũt.*

42 *Rogerij Regis Priuilegij fides indubitata, ex publico documento, in forma authentica, & originali, reſultat.*

43 *Publicum documentum, eſt probatio probata.*

44 *Fiſcus impugnat priuilegium Rogerij Regis, ſub prætextu quòd in eo deficit ſubſcriptio Regis, ac nota protonotarij: ſed reſpõdetur ibid. cũ ſeq.*

45 *Sigillum eſt de ſubſtantia priuilegij, abſque ſubſcriptione.*

46 *Subſcriptio Principis non eſt de ſubſtantia literarum.*

Niſi aliud ſit de conſuetudine Principis, nu. 49.

47 *Sigillum obtinet vim ſubſcriptionis, maximè in Principe, qui ſuperiorem non recognoſcit.*

48 *Sententia Principis probatur per ſcripturam ſigillo eius roboratam.*

Sigillatio ſola probat contenta in ſcriptura, maximè in præiudicium ſigillantis, ibid.

49 *Conſuetudo Principis, à quo priuilegium emanat, attenditur.*

50 *Conſuetudo debet probari ab allegante, maximè, quando, data conſuetudine, actus corruit.*

51 *Validitati actus fauendum eſt.*

52 *Hiſtorici de Malaterra authoritas adducta ad inficiandum vocationem Regis Rogerij factã à Meſſanenſibus, non eſt alicuius conſiderationis.*

53 *Conſuetudo loquendi multum valet ad interpretationem mentis.*

54 *Malaterra aſſertus hiſtoricus, Meſſanæ degentes, ac deuictos Saracenos à Rogerio, ciues Meſſanenſes appellat, nec eſt improprium, nu. ſeq.*

55 *Saraceni ſimul habitantes cum Chriſtianis in aliqua ciuitate, dicuntur ciues illius ciuitatis.*

56 *Teſtium dicta impropriantur ad euitandum contrarietatem.*

57 *Falſitas, vt euitetur, ita debet fieri in dubio interpretatio.*

58 *Pluralitas actuum & perſonarum præſumitur, vt euitetur falſitas.*

59 *Malaterra aſſertus hiſtoricus non fuit oculatus teſtis de geſtis Rogerij, ſed ex relatione aliorum ſcripſit, & per obliuionem multa dimiſit.*

60 *Pluribus magis credẽdum eſt quàm paucioribus.*

61 *Principis aſſertioni credendum eſt.*

62 *Principi narranti factum ſui prædeceſſoris creditur, quia præſumitur informatus, maximè ſi prædeceſſor erat coniunctus, & num. ſeq.*

63 *Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti, quæ cadunt in cognitionem.*

64 *Hiſtoriarum ſcriptoribus, an & quando ſit fides adhibenda.*

65 *Inuerisſimile bonus vir non amplectitur.*

66 *Priuilegia immunitatis Meſſanæ ſunt realia, & perpetua.*

Immunitas Meſſanæ duplex, ibidem, & nu. 71. & in 3. par. num. 206.

67 *Priuilegium conceſſum certo generi perſonarum eſt perpetuum, & tranſmiſſibile ad poſteros.*

Immunitatis priuilegium conceſſum familiæ, tranſit ad poſteros, ibid.

Priuilegium conceſſum perſonæ, quæ non moritur, eſt reale, & perpetuum, ibid.

68 *Priuilegia conceſſa ob benemerita, ſunt realia, & tranſmiſſibilia.*

69 *Meſſanenſes ex forma priuilegiorum ſunt perpetuò immunes, & ideò eorum immunitas eſt realis, num. ſeq.*

70 *Perpetuum eſt illud ex proprietate verbi, quod durat ſine præfinitione temporis.*

71 *Priuilegia Meſſanæ, quæ loco immunitatem concedunt, ſunt realia, & perpetua.*

72 *Immunitatis priuilegium poteſt eſſe perpetuum.*

Diuino, ac Beatę Virginis ſuffragio poſtulato.

PEndet hæc immunitatis grauiſſima controuerſia coram integerrimis, ac ſapientiſſimis viris, Regijſq; Conſiliarijs, in clariſſimo, Illuſtriſſimoq; pro ſua Catholica Maieſtate ſupremo Italiæ Senatu ſedentibus, quorum ſummam iuris ſcientiam, ac grauiſſimarum rerum experientiam, tunc admirati ſumus, dum in ſuprema Regali Curia pro nobili, ac fideliſſima Vrbe Meſſanæ nobis contigit reſidere. In qua, licet ſcribendi Prouinciam haud aſſumere decreueram, ſciens ſuperuacuum eſſe coram tot doctiſſimis Iureconſultis, ea allegare iura, quæ in ſcrinio pectoris habere cunctis manifeſtum eſt: pariterq; aliquid à me dici non poſſe, 1
quod non ſit tantis Patribus ſuperq; cognitum, atque digeſtum, latèque diſcuſſum à præſtantiſſimo, ac ætatis ſuæ celeberrimo Iuriſconſulto domino Ioanne Bolognetto genitoris mei præceptore, dum de eadem immunitate, in alia facti ſpecie doctiſſimè ſcripſit in eius conſilio primo. Tamen, vt voto iſtius à me dilectiſſimæ Vrbis ſatisfaciã, 2
pro eius iuribus tuendis, maiora aliàs ſubire nõ renui, cui quãtùm debeo, opus metipſum indicare arbitror, totis viribus conabor oſtendere, Meſſanam aduerſus hoc vectigal nouiter indictum ius, & iuſtitiam fouere, eiq; ampliſſima eiuſdem Vrbis priuilegia refragari. Et licèt prima frõte perdifficilè videatur in re tanti ponderis iudicium promere, in qua trium ex dominis Conſiliarijs huius Siciliæ Regni contraria exhibentur conſilia, qui ſubtiliter, ac exquiſitis fundamentis conantur Meſſanæ immunitatem, ac illius priuilegia oppugnare: re tamen diligenter perpenſa, ſub tanto Matris, ac Virginis patrocinio, animaduertimus pro immunitate iſta (qua iure optimo lætatur Meſſana) facile eſſe ſententiã ferre. Attingemus igitur in hac facti ſpecie ea tantùm, quæ ad merita negotij principalis pertinent, cæteris omiſſis, quæ ab aliquibus dominis ex aduerſo conſulentibus afferuntur, ne extra rem fruſtrà denigrare videar papyrum, vt cum Iaſone exordiar, *in conſ. 5. in princ. vol. 1.* quod alienum eſſe à ſapientibus viris atteſtatur, *Aret. conſ. 11. in princ. relatus à Roland. in conſ. 46. volum. 4.* Itaque præſentis erit noſtri inſtituti oſtendere, immunitatem Meſſanæ ſubſiſtere, illamq; facti ſpeciem comprehendere, ac vectigal, de quo quæritur granorum viginti quinque ſuper qualibet libra ſerici extrahenda ex hac Vrbe, illiuſq; portu, indictum fore & eſſe contra illius ampliſſima priuilegia. Verùm, quia res per diuiſionẽ dilucidiùs aperitur, ac faciliùs perpenditur, ex vulg. ideò, vt ex more ordinatè procedamus, opus ipſum in tres diuidimus partes principales.

In prima aliqua pro fundamento intentionis ſupponemus, illaq; ab obiectis per terminos iuris tuemur.

In ſecunda, ad illius intentionis comprobationem aliquas formabimus conſiderationes, & ſoluemus in contrarium adducta, quæ aliquibus earum refragari videntur.

In tertia, & vltima, quæ principaliter aſ-

feruntur

Digitized by Google

ferunter ex aduerſo, tàm pro iuſtitia vectigalis, quàm etiam pro excluſione immunitatis, confutabimus.

Prima pars.

DEuenio ad primam partem, ac in ea ſupponimus quatuor principaliter. Primum, quòd priuilegia immunitatum Meſſanæ ſunt vera, & ſubſiſtunt. Secundum, quòd ſunt realia. Tertium, quòd ſunt in vim contractus, & ex titulo oneroſo obtenta. Quartum, & vltimum, quòd immunitas, de qua quæritur, non ſimpliciter, ſed verbis vniuerſalibus & geminatis conceditur.

1 Primò igitur ſupponimus, quòd priuilegia, quorum vigore Meſſana pro eius immunitate ius & iuſtitiam fouet, ſunt vera, & præſertim illa tria Romani Imperij, Arcadij Auguſti, & Rogerij Siciliæ Regis. Et licèt contra hæc domini ex aduerſo inſurgant, & aſſertis hiſtorijs ac quibuſdam argumentis adducti, illa fabuloſa, ſpuria, & ſuſpecta affirmare non erubeſcant; tamen ne iuris huic noſtro reſponſo, quis intexere hiſtorias, ac alienis laboribus illud exornare, nos voluiſſe arbitretur, alijs earum profeſſoribus libenti animo reſpondendi prouinciam dimiſimus, qui antiquarum rerum non ignari, vti veritatis amatores, ex aduerſo ex aſſertis hiſtorijs inuenta, fideli calamo, ac Latino ſermone eludere non deficient. Vndè procedendo in his, ſecundùm iuris terminos, priuilegiorum veritatem ſupponimus, pro qua ſuffragatur ſucceſſiuum teſtimonium, Principum authoritate roboratum, quo ita redditur huius ſuppoſiti indubitata veritas; quòd non ſine admiratione legentium, ac aliqua indignatione, contra vrbis tam benemeritæ antiquiſſimas prærogatiuas, & reiterata priuilegia tot vicibus recognita, ac confirmata, tot oppugnationes afferuntur, & quidem non ita facilis fuiſſet calamus, ſi in hoc arguendi genere illud interueniſſet, *quod notatur in cap. accepimus, & ibidem Abb. num. 7. extra de fide inſtrumen. per illum tex. in l. fin. & ibi DD. C. eod. tit.*

2 Qua de re, ſi de his priuilegijs à Romano Imperio obtentis quæritur, licèt eorum arguatur veritas ex priuilegijs Arcadij & Rogerij, (quamuis hæc ſuſpecta aſſeuerent) quorum alter Meſſanam liberam & exemptam fecit, prout olim Romani fecerunt: alter verò aſſerit, eam authenticis ſcripturis indicantibus, velut Regni caput, ſemper præhonoratam tempore Romanorum & Græcorum Imperij, nec non & illa comprobatur ex confirmatione Cæſareæ Maieſtatis facta ex certa ſcientia, de qua inferius: tamen quod magis pro eorum veritate vrget, eſt illa renouatio facta de mandato Guglielmi, Siciliæ Regis, qui ad petitionem Syndicorum vrbis aſſerentium in theſauro ſcripturarum dictæ ciuitatis eſſe aliquas ſcripturas anthenticas à Romano dominio indultas, quibus annotantur aliquæ prærogatiuæ, immunitates & excellentiæ dictæ ciuitatis, quæ ſenectute cauſante, deficiebant, & ſupplicantium illas, antequam euaneſcerent reuideri, & Regia authoritate renouari, vt inde poſteris talis renouatio talem vim claripendat, quàm dictæ originales authenticæ ſcripturæ dediſſent. Vo-
3 luit Gughelmus Rex ad eorum priuilegiorum renouationem procedere, ſtante eorum ſenectute, *ad tex. in c. cum dilecta, extra de confir. vtil. vel inut. & in c. fin. de fid. inſtrum. glo. in §. 1. in verb. reparare, in authen. de hæred. & falcid. cum concord. traditis ab Alex. post Rom. in l. ſi finita, §. eleganter, num. 19. ff. de damn. infect.* Et ideò dicta priuilegia proprijs luminibus inſpexit, eorumque vetuſtatem admiratus, meditando aſſerens, quòd erant authentica, propriaq; forma, omni vitiò & ſuſpicione carentia, & eò reputaſſe illa validiora, ac fide digna, quo integrè conſiſtentia, ſolo tactu deficere videbantur, ipſaque denique tradidit Archiepiſcopo Panhormitano, ac alijs duobus Epiſcopis reuidenda, eiſque impoſuit illa de verbo ad verbum exemplare, prout nulla facta mutatione, diminutione, vel additamento, fuerunt exemplata, & in nouo priuilegio deſuper confecto inſerta, illaque perpetuò confirmata, ac de nouo conceſſa: præcipiendo illa ab omnibus hæredibus & ſucceſſoribus ſuis, ac ſubditis obſeruari, prout in eodem Regis Guglielmi priuilegio in præſenti eulogio præſentato latiùs continetur, cuius originale authenticum ſæpè vidimus in vrbis theſauro conſeruatum.

4 Ex qua præmiſſa priuilegiorum renouatione reſultat eorum indubitata fides, nempè illa duo interuenerunt, quæ de iure in renouatione facienda ſunt neceſſaria, videlicèt eorum inſpectio, & quòd in nulla parte ſint vitioſa reperta, *ad tex. in d. cap. fin. & ibidem notat Abbas ſub num. 2. & num. 3. de fide inſtrum. & in dict. cap. cum dilecta, de confirm. vtil. vel inutil.* quæ ex principijs ſic aſſe-

rentis teſtimonio comprobantur, cui credendum eſt, vt ordine ſuo inferiùs dicetur. Et multa in propoſito congerit, *Bolcg. in d.*
5 *conſ. 1. num. 51.* cùm aliàs in terminis iſtis creditur perſonis priuatis miſſis à iudice, ad videndum originale, quando illud ad locum iudicij deferri non poteſt, *Bart. in l. pretor. §. fin. ff. de eden. idem Bart. & Bald. in l. iudices, C. de fide in ſtrum. quos refert, & ſequitur Dec.*
6 *in d. cap. cum dilecta, in princ. eod. tit.* Vnde abſq; aliqua eorum productione, fides præſtanda eſt dicto priuilegio Regis Guglielmi renouanti, & confirmanti, *gloſ. in cap. ſi Romanorum, in verb. deſunt, 19. diſtin.* quę voluit, quod ſi Princeps in aliquo priuilegio, ſeu reſcripto confirmat alicui priuilegia exemptionis, vel alterius rei, quam habet in priuilegijs ſuis, quod illa robur habent, licèt originalia non exhibeantur, quam *gloſ. dicit ſingul. Card. in conſ. 119. incip. Monaſterium Sancti Iuliani, col. 2.* quod abſq; dubio locum ſibi vendicat in hac re, in qua confirmatio proceſſit cum inſerto tenore rei confirmatæ: quo caſu non eſt neceſſe, quòd conſtet de priuilegio cõfirmato: ſed ille tenor probat, ac ſi priuilegium ipſum oſtenderetur, vt voluit *Innocen.* ab alijs ibidem ſequutus *in cap. inter dilectos, extra de fide inſtrum. vbi Abb. in 1. ſolut. inquit, notandum eſſe in practica, Spec. de inſtrum. edit. §. nunc autem videndum, col. 2. Archid. in c. præſentium, 7. q. 1. gloſ. & Arg. in l. ſi donatio C. de dona. Gemin. in cap. 1. in princ. col. 4. de ſenten. excom. in 6. Abb. in cap. venerabilis, & ibidem Dec. num. mihi 6. de confirm. vtil. vel inutil. idem Dec. in authen ſi quis in aliquo, in fin. & ante eum Iaſ. num. 8. C. de eden. facit quod voluit Bart. in l. admonendi, col. 3. ff. de iureiuran.* de ſta-
7 tuto faciente mentionem de alio ſtatuto, cuius mentionati ſtatuti copia non eſt neceſſaria, ſi de eius tenore per talem mentionem conſtat, *Bald. in d. l. ſi donatio, & in l. 1. in fin. C. de Epiſcop. & cler. & alibi, vt per Felin. qui concordantes allegat in d. cap. inter dilectos, num. 7 de fide inſtrumentor. quibus accedunt Pariſ. in conſ. 33. num. 9. vol. 1. Boer. in deciſ. 247. num. 9. Gram. in conſ. 122. num. 2. in ciuil. Bellon. in conſ. 36. num. 7. Menoch. in conſ. 90. num. 42. & alij, quos citat Surd. in conſ. 419. num. 21. vol. 3.*
8 Circa quæ priuilegia animaduertimus, quòd dominus D. Ioſeph. de Neapoli fiſci Patronus agnoſcens eorum veritatem, conatur illa abſolutè euitare, ex duobus. Primò, ſub prætextu quòd illa nunquam fuerunt executa, vel potius vſu contrario abrogata, quod arguit ex eo, quòd Meſſana lapides à Romanis conſtitutos à Leontino vſque ad Pactas non habet, de quo inquit, Meſſanam conuinci ex priuilegio Rogerij, in quo villæ, & rura Meſſanæ conſtituuntur à rupe Agrò vſque ad Bauuſium. Secundò, ſub prætextu aſſertæ ingratitudinis, quam Meſſanenſes erga Romanos commiſiſſe refert, propter quam amittitur exemptio, & exempti ad priſtinum ſtatum poſſunt reuocari, adductus poſt *Cremen. ſing. 2. & Lanar. conſ. 27. nu. 52. authoritate Bald. quem præcit. allegant, hoc dicere in l. fin. in fina. verb. C. de libert. & eor. lib. vbi nihil de hoc: ſed benè vnico verbo illud ponit in l. 2. in fin. C. eod. tit.*

9 Sed quo ad primum aduertendum eſt, quòd dato quòd illa pars priuilegij, qua lapides Meſſanæ fuerunt conſtituti, non fuiſſet vſu recepta, vel contrario fuiſſet vſu abrogata, non tamen ex hoc rectè infertur ad immunitatẽ, in cuius poſſeſſione, ſeu quaſi Meſſana per tot, tantaque priuilegia ſucceſſiue conceſſa, & confirmata, reperitur, *ad tex. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſeſ. & in l. Papinianus, cum vulgar. ff. de mino-*
10 *ro.* Sunt enim hæc duo diuerſa, & ſeparata, non ſolùm quia in diuerſis continentur priuilegijs, ſed etiam, quia ita ſe habent, quod vnum ſine altero eſſe poteſt, *Aretin.* loquens de connexis *in c. tranſlato in 9. notab. de conſtit. & in conſ. 39. num. 20. verſ. His breuiter præmiſſis, ſequutus à Franc. Nicon. in rubr. ff. de oper. nou. nuntiation. num. 58. quorum meminit Menoch. de arbitr. iud. caſ. 95. num. 8. ex quorum authoritate arguit idem Menoch. conſ. 123. num. 23.* Et propterea in eis ſeparata debet eſſe ratio, ex quo vno poſito ex eis, negatiuè, vel poſitiuè, aliud non ſequitur, *Oldrad. conſ. 126. in 2. quæſt. Dec. conſ. 483. nu. 10. & Menoc. in conſ. 437. num. 7.*
11 Et tantò magis hæc illatio ex diuerſis non procedit in materia abrogationis priuilegij, quæ ſtricti iuris eſt, & reſtringitur in terminis ſuis, nec vlterius extenditur, *Felin. in cap. cum acceſſiſſent, num. 29. & ibid. Dec. col. penul. de conſt. idem Deci. in conſ. 496. num. 13. cum concord. de quibus inferiùs num.*
12 Sed nec ſimpliciter affirmari poteſt illud Romanorum priuilegium, quo lapides conſtituuntur à Leontino vſque ad Pactas non fuiſſe vſu receptum, quamuis Meſſana his temporibus poſt duos mille annos, ac tantorum dominiorum mutationes, lapides tam amplos non habeat, nam ex eodemmet priuilegio Rogerij Regis, quo vtitur dominus fiſci Patronus contra Vrbem, contrarium apertè colligitur, in quo in duobus illius capitibus enuntiat Rex hos lapides à

Romano Imperio conſtitutos. Primò, dum
loquitur de Regia Curia Straticotiali Meſ-
ſanæ vrbis, quam præeſſe voluit omnibus
& ſingulis ciuitatibus, terris, & locis, quæ
ſunt à Leontino vſque ad Pactas. Secun-
dò, dum mandat, quòd omnes ciuitates &
loca, quæ ſunt à Leontino vſque ad Pactas,
iurare teneantur manutenere honorem
Meſſinæ, ex quo datur intelligi lapidum
conſtitutionem factam à Romanis, nedùm
exequutam fuiſſe, ſed perduraſſe vſque ad
Rogerij tempora. Nec implicat enuntia-
tio iſta, quæ fit à Rogerio de villis Meſſanæ
à rupe Agrò vſque ad Bauuſium, nempè ibi
non loquitur de lapidibus diſtrictualibus,
ſed de villis, ruribus, ac vicis territorij, quod
conſtituitur ibi à rupe Agrò, vſque ad Ba-
uuſium, quoad hoc, vt villæ & rura ibidem
exiſtentia, gaudeant immunitate Meſſanæ
conceſſa, & cum ratione, quia dicta loca,
tanquam membra vrbis, debent à capite
regulari, *cap. cum non deceat, de præſcript.*
13 Hinc eſt, quòd vicus gubernatur ac mode-
ratur ſtatutis & legibus ſuæ ciuitatis. *l. qui
ex vico, ff. ad municip. l. inſulæ, vbi notat Angel.
ff. de iud. Felin. cap. Rodulfus, num. 6. verſ. Limita
ſecundò, de reſcrip. Iaſ. in §. rurſus, num. 24. Inſt. de
action. Pariſ. in conſ. 25. col. fin. vol. 4. Neuiz. in
conſ. 56. num. 6.* Et ideò conſuetudo ciuita-
14 tis ſeruatur in comitatu, vt notatur in *l. ex
ea, ff. de poſt. Bart. in l. nulli, §. quod ſi in vico, C. de
Epiſcop. & cler. Soc. in conſ. 7. ſub nu. 1. & in conſ.
74. nu. 1. Vol. 1. Dec. in conſ. 389. n. 7. Menoch. de
arbitr. iud. lib. 1. q. 99. nu. 24. & in conſ. 80. num.*
15 *18. vol. 1. & Fran. deciſ. 604.* Et magis in ter-
minis, priuilegium conceſſum ciuitati com-
prehendit vicos & oppida ei ſubiecta, *Ia-
cobin. de Beluiſ. in §. illud, in auth. quib. mod. na-
tur. effic. ſus. Bart. in l. ſi finita, §. hoc edicto, & ibi
Paul. Caſtr. num. 3. & Alex. num. 4. ff. de dam.
inf. Bart. in l. 2. num. 3. ff. de verb. ſig. Bal. in l. fin.
num. 3. C. de ſacroſan. eccl. Alex. in rub. ff. ſol. ma-
tr. num. 13. Franc. Marc. in queſt. 365. num. 24.
& 29. in 1. part. Soccin. conſ. 86. num. 2. vol. 1.
Menoch. in d. queſt. 99. nu. 26. & in conſ. 1007.
num. 88. vol. 11.*

Quo verò ad ſecundum de aſſerta ingra-
titudine erga Imperium Romanum com-
miſſa, dato quòd illa eſſet vera, quam ta-
men Hiſtorici, quibus hanc prouinciam di-
miſimus, non ſine ratione negant, ac con-
trarium verius eſſe probant, tamen non ſe-
quitur quod ex aduerſo aſſerit fiſcus Meſſa-
nam præmiſſa priuilegia amiſiſſe, eiſq; le-
tari non poſſe, ex tribus.
16 Primò, quia quod dicit *Bald.* ex aduerſo
allegatus *in l. 2. in fin. C. de liber. & eor. liber.*
procedit, quando exemptio, ſeu immuni-
tas eſt conceſſa gratioſè, & ex mera conce-
dentis liberalitate; at ſecùs quando illa
conceditur ob benemerita, prout eſt illa
Meſſanenſibus conceſſa, vt *in 3. ſupp. prin. di-
cetur.* Nempè, tunc talis immunitas eſt irre-
uocabilis, etiam ex cauſa ingratitudinis,
vt in diuidualiter voluit, *Hipp. de Marſ. in
in ſing. 333. circa med. Alexan. in conſ. 101. col.
1. vol. 1. Ruin. in conſ. 217. num. 7. vol. 1. Rolan.
qui alios citat in conſ. 13. num. 26. volum. 3. Becc.
in conſ. 140. num. 11. vol. 2. Alex. in cons. 216.
num. 3. vol. 2.* Nec illud inficiat, *ibid. num. 30.*
dum voluit, quòd Princeps poteſt ex cauſa
reuocare conceſſiones factas ſubdito in re-
munerationem, nempè loquitur de cauſa
reſpiente publicam vtilitatem, iuxta argu-
menta per eum ibidem adducta, & prout
ipſe clarius loquitur *in d. conſ. 101. num. 7.*
De cuius tamen rei veritate dicetur *in 3. &
vlt. part.* At ſecus eſt de cauſa ingratitudi-
nis, quæ non ſufficit ad reuocandam exem-
ptionem, ex cauſa remunerationis conceſ-
ſam, vt atteſtantur *DD. præcit. & in ſpecie
Hipp. in d. ſing. 333.* qui ad hoc mouetur au-
thoritate, *Alex. in d. conſ. 326.* quem ad hoc
pariter allegat, *Rolan. in conſ. 76. num. 20. vol.
2. & in d. conſ. 13. ſub nu. 27. Vol. 3.* qui etiam
allegat *Iaſ. in conſ. 103. col. 3. & in conſ. 121.
col. 4. vol. 4. & Tiraq. in d. l. ſi vnquam, in verb.
donatione largitus, num. 13. C. de reuoc. don. ac-
cedit Rim. Iun.* eadem *Alex.* authoritate ad-
ductus *in cons. 323. num. 5. vol. 3.*
17 Eſt enim generale, quod priuilegium
conceſſum, etiam ſubdito ex cauſa remune
rationis non poteſt per ingratitudinem re-
uocari, *Felin. in cap. nouit, num. 12. extra de iu-
dic. Bald. in l. ſi cum mihi, ff. de dol. Roman. in conſ.
436. incip. Quod indultum, nu. 15. cum concord.
traditis à Tiraq. vbi ſupra, num. 14. accedit Me-
noch. in conſ. 723. num. 9. & 10. vol. 8. & in conſ.*
18 *1003. num. 95. vol. 11.* Et propterea traditur
de feudo alicui conceſſo ex cauſa merito-
rum, fortè quia dominum à morte, vel ab
hoſtibus liberauit, quòd non poſſit ex cau-
ſa ingratitudinis illius conceſſio reuocari,
*Bald. in cap. 1. §. fin. quæ fuit prima cauſ. ben.
amit. & in cap. 1. num. 2. an mut. vel Imper.
& ibidem Martin. Lauden. num. 3. & Prepoſ. nu.
1. Lauden. in cap. 1. num. 8. de feud. guar. Tiraq. in
d. verb. donatione largitus, nu. 15. Roland. in conſ.
5. num. 14. vol. 1. & in d. conſ. 76. num. 21. vol.
2. & in d. conſ. 13. nu. 27. in fin. vol. 3. Curt. Iun.
in tract. de feud. in 5. par. num. 8. Thom. de Marin.
de gen. & qual. feud. tit. 3. num. 27. Capic. in eius
inueſt.*

Digitized by Google

inueſt.in verb. feudatariorum exactiones, in ver-
ſic.Cauſas, Iaſ.de feud.in 10.par. nu. 102.verſic.
Quarto fallit, Sonsbec.de feud.part.13.verſ.Fal-
lit quinto, num.6. & eſt communis opinio, vt
atteſtatur Ari.Pinel. in l.1.in 3.part. num.64.
verſ.Infertur 17.C.de bon.matern. etſi dubita-
re videatur, Henric. Aroſen. de feud. cap. 10.
concluſ.39.num.34.& ſeq. quod probabile, ac
verumeſſe conſtat, nempè conceſſio ex cau-
ſa meritorum tranſit in vim contractus one-
roſi, etiamſi ſubdito illa facta fuerit, ex ad-
ductis inferiùs, in 3.ſuppoſ.num. 89. Et per
conſequens Princeps contrahendo vtitur
iure priuati, ad tradita à Canon.in cap.1.extra
de probat, Menoch.in conſ.201. num. 138. Vin-
cen.de Franch.in deciſ.17.num.6.Surd.in deciſ.2.
num. 21. cum concord. de quibus in 2. par. in 9.
conſid. num.76. Et ſucceſſiuè eius conceſſio
ex cauſa remuneratoria, non reuocatur per
ingratitudinem, vt poſt alios voluit, Oſaſc.
in deciſ.139.num.28.& Petr.Surd. in conſ.419.
19 num.61.vol.3. Sicut de priuatis traditur,
quorum donatio remuneratoria ex cauſa
ingratitudinis non reuocatur, ad text. in l.ſi
pater, §.fin. & ibidem gloſ.& Doctores ff.de do-
nation. Alexan.in d.conſ. 101.col.1.Vol.1.& in
conſ.78.num.6.vol.4 Rom.in ſing.520.donatio,
& in conſ.26.col.fin.Soccin.in conſ.84.col.penul.
vol.3.Capic.in deciſ.121.num.15.Soccin.Iun.in
conſ.102.num.18.vol.2.Rip.in d.l.ſi vnquam,
num.29.C.de reuocand.donat.Abb.in conſ.3.in
26.dub.vol.2.Pariſ.in conſ.68. vol.1. Menoch.
qui alios citat in d.conſ.723.& in d. conſ.1003.
in precit.loc.
20 Secundò, quod dicit fiſcus non procedit,
ex quo non conſtat, quòd propter aſſertam
ingratitudinem fuerunt illa priuilegia re-
uocata (ſuppoſito quòd potuiſſent reuo-
cari) quandoquidem ingratitudo commiſ-
ſa à conceſſionario non priuat ipſo iure re
conceſſa, ſed requiritur actus reuocationis;
quod ſentit Bald. ex aduerſo allegatus, qui
arguit, quòd exempti ratione ingratitudi-
nis poſſunt in ſubiectionem priſtinam reuo-
cari: & ſic ipſo iure non cenſetur exemptio
ob ingratitudinem reuocata, ſed requiritur
actualis reuocatio, ad tex.in l.fin.& ibi Docto-
res C.de reuocand.donat. vbi donatio ex cauſa
ingratitudinis non reuocatur ipſo iure, ſed
deducta, ac probata ingratitudinis cauſa,
quia ipſo iure ingratus non cadit à re con-
ceſſa, gloſſa communiter approbata in cap.1.in
21 verb.committere, quibus modis feudum amitt. quę
verius eſſe probat, quòd vaſſallus non amit-
tit feudum ob ingratitudinem ipſo iure,
ſed poſt conuictam culpam: & ſic per ſen-
tentiam, Aluar.in cap.Imperialem, in §.callidis,
in 1.oppoſ.ſub num.4.de prohibit.feud.alienat.per
Federic. Iacob. de Beluiſ.Bald. Aluar.Mart.Lau-
den. & Præpoſ.in cap. 1. de feud.ſine culp.non
amitt.. Alex.conſ.124. num. 1.vol. 1. Curt. Iun.
qui teſtatur de communi in tract.de feud.in 4.par.
num. 155. fol. mihi 487. in parua impreſ. Iul.
Clar.qui teſtatur de communi in §. feudum, quæſt.
62.Petr.de Gregor.de conceſ.feud.in par.8.quæſt.
5.num.2.Nicol.Moz.de feud.tit.fin.num.40. In-
trigl.in 1.cent. feud.quæſt.97.nu.103.Schrader.
in tract. feud.part.2. part. 9. princ. ſectio. quæſt.
25.num.14.cum ſeq. quod pro regula ponit Aro-
ſent. in tract. de feud.cap.10.concluſ. 41.in princ.
qui concord.congerit in 1.glo.lit.A. Quinimo li-
cet ipſo iure reuocarentur priuilegia ob in-
gratitudinem, requiritur tamen ſententia
declaratoria, vt pęna ipſo iure impoſita
ſortiatur affectum, ad tex.in cap.cum ſecundum
de hære.in 6.Bald.in c.p.de feu.ſine cul. non amit.
quia ſic intelliguntur omnia iura quæ im-
ponunt pęnas ipſo iure, Archi. & Ioan. And.
in c.p.de homi.in 6.Alex.in l. ſi quis maior, num.
13.C.de tranſ.Ruin.conſ.2.num.9.vol.5 Maſtril.
deciſ.193.num.22.conueniunt tradita per Alex.
in conſ.103.num.17.vol.1.& in conſ.166.num.
5.vol.7.Couar.de ſponſ.in 2.part.tit.6.& Capic.
in deciſ.112.num.2.
22 Tertiò & vltimò non procedit, quod ob
aſſertam ingratitudinem fiſcus aſſerit, ſtan-
te quòd illa priuilegia Romanorum non
fuerunt ſimpliciter renouata à Gulielmo
Rege, iuxta terminos illius, tex.in d.cap.cum
dilecta, de conf.vtil.vel inutil. ſed etiam cum
ipſa renouatione fuerunt confirmata cum
eorum inſerto tenore, ex qua confirmatio-
ne nouum ius (dato quòd primum fuiſſet
extinctum ob aſſertam ingratitudinem) di-
23 citur Meſſanæ collatum. Nam confirmatio
facta cum inſerto tenore rei confirmatæ, di-
citur facta ex certa ſcientia, cap. venerabilis,
vbi notant Doctores de conf.vtil. vel inutil. Abb.
in d. cap. inter dilectos, de fid. inſtrum.& in cap.
examinata, de conf. vtil. vel inutil. Dec. qui con-
cor.allegat.in cap.2.num.mihi 6.& in d.c.Vene-
rabilis, in 1.notab.& in gloſ.2.num.6.& idem
Dec.in rub.præcit. ſub num.mihi 2.verſic. Simili-
ter, accedit Ruin.in conſ. 31.ſub num. 5.in 1.vol.
24 Vnde tribuit nouum ius, quando id quod
confirmatur ex certa ſcientia, eſt inuali-
dum, ex notatis in cap.1.& in cap.veniens, in
verb.confirmatum, extra de tranſact.Bart.in l.pri-
uilegia, C.de ſacroſan. eccleſ.Bald. & Salicet. in
l.ex verbis, C.de donat.inter.vir.& vxor.Abb.in
conſ.62.vol.1.Canon.in cap.1.vbi Dec. hoc reaſ-
ſumit in verſic. Tertiò Abbas num.mihi 6.de conf.
vtil.

vtil. vel inutil. Felin. in dict. cap. inter dilectos nu.
14. de fid. instrum. Pariſ. in conſ. 3. num. 39. vol. 4.
25 Nempè vbi quis ita confirmat actum
nullum, dicitur dare, ad tex. l. adoptio non iure,
ff. de adopt. Bart. in l. more maiorum, in 2. oppoſ.
ſub num. 5. & ibidem Angel. & Iaſ. num. 30. &
Dec. num. 21. ff. de iuriſd. omn. iudic. Pariſ. qui at-
teſtatur de communi in conſ. 19. num. 15. vol. 1.
26 Vnde talis confirmatio ex certa ſcientia fa-
cta, dicitur noua conceſsio, Iaſ. in d. l. more
maiorum. & in conſ. 101. vol. 4. Alex. qui loqui-
tur de confirmatione priuilegij immunitatis, in
conſ. 30. in 3. dub. ſub num. 8. vol. 5. Barbat. in
conſ. 26. col. 2. vol. 2. Dec. in conſ. 296. col. fin. &
in conſ. 498. col. pen. & Roland. in conſ. 5. num.
20. vol. 1.
27 Præterea, ſi de priuilegio Imperatoris
Arcadij quæritur, licèt ex aſſertis hiſtorijs
eius veritas negatur, & ab his, quibus
prouincia reſpondendi imminet, acerrimè
ex eiuſdem hiſtorijs defenditur: tamen per
terminos iuris illius redditur indubitata fi-
des, nempè non ſolùm illa ſuadetur ex pri-
uilegio Rogerij, in quo illud priuilegium
Arcadij, ſcripturam authenticam appellat,
dùm inquit, vrbem Meſſanam, velut Regni
caput, & Romanorum & Græcorum Impe-
rij tempore (ſcripturis authenticis indican-
28 tibus) ſemper præhonoratam fuiſſe, ſed
etiam redditur illa indubitabilis ex confir-
matione Cæſareæ Caroli Quinti, Catholicæ
Maieſtatis domini noſtri Regis aui digniſ-
ſimi, qui ex certa ſcientia conſultò & deli-
beratè confirmauit omnia, & ſingula priui-
legia Meſſanæ, tàm per Conſules & Impe-
ratores Romanos, & Græcos, quàm per
quoſcunq; Sereniſsimos Reges in Regno Si
ciliæ prædeceſſores, illaque de nouo con-
ceſsit, iuxta illorum ſeriem, continentiam,
& tenorem, quem volut ex Regia poteſta-
te, quatenùs opus eſſet haberi pro expreſſo
& inſerto, ac ſi de verbo ad verbum ibidem
eſſent inſerta, & latiſsimè expreſſata. Quæ
confirmatio præmiſſo modo facta, vltra no-
uum ius quod tribuit, vbi aliàs confirmata
eſſent inualida, & proximè diximus nu. 24.
cum ſeq. indueit etiam pro re confirmata
29 omnem præſumptionem, ſtante Clauſula,
ex certa ſcientia, quæ tollit omnem erroris
præſumptionem, Bart. in l. ſi dari, ff. de verb.
oblig. Bald. in l. 2. queſt. 7. in fin. C. de reſcin. vend.
& in l. mater. C. de rei vend. Ang. Alex. & alij in
l. ſed etſi quis, §. item quæritur, ff. ſi quis caut. Socc.
in conſ. 72. in princ. vol. 3. & in conſ. 79. num. 46.
vol. 4. Menoch. conſ. 37. num. 145. & remiſſiuè
idem Menoch. conſ. 265. nu. 9. Vnde per illam
clauſulam, ex certa ſcientia, præſumitur,
quòd Princeps ante relatorũ priuilegiorũ
confirmationẽ, illa videre voluit, non quòd
inconſultè, & ſine debita cognitione pro-
ceſſerit, Surd. in conſ. 419. num. 23. vol. 3. quod
in re noſtra, ſine hac iuris præſumptione in-
terueniſſe conſtat, dùm expreſsè aſſerit Cæ-
ſar conſultè & deliberate hoc feciſſe. Et
30 ideò clauſula, ex certa ſcientia, operatur,
quando Princeps informatus proceſsit, Pa-
riſ. in conſ. 1. ſub num. 81. vol. 1. vnde tunc om-
ne vitium ſubreptionis ceſſat, vt notat Ioan.
Andr. in cap. olim, de verbor. ſignific. glo. magn. in
cap. ad hęc in fin. extra de reſcrip. & in cap. 2. de
fil. presbit. Alex. in conſ. 116. in fin. vol. 6. Soccin.
in conſ. 120. num. 7. vol. 3. Corn. conſ. 313. num.
10. vol. 4. Cephal. poſt Gozad. Pariſ. & alios in
conſ. 617. num. 27. vol. 5. Gabr. in tit. de clau. con-
cluſ. 1. num. 26. Rodol. de abſol. Princ. poteſt. cap.
5. num. 13. ſicut enim ceſſat per clauſulam,
31 motu proprio, quę tollit omnem ſubreptio-
nem ab actu, cap. ſi motu proprio, de preben. in
6. Abb. & alij in cap. dilectus, el 2. eod. tit. Curt.
Sen. in conſ. 66. col. 6. verſ. Confirmatur, Pariſ. in
conſ. 11. num. 120. vol. 1. Lanar. in conſ. 21. num.
8. & maximè, quando vitium eſt reale, Me-
noch. de arbitr. iud. caſ. 201. num. 8. meminit, in
conſ. 378. num. 22. & de præſ. lib. 2. præſ. 13. nu.
32 11. & Rodol. in d. cap. 5. num. 15. Sic etiam pa-
riter id contingit per clauſulam, ex certa
ſcientia, cuius vis tanta eſt, quantum clau-
ſula, motu proprio, gloſ. in cap. ſtatutum, §. 1.
in verb. literarum, in fin. & ibidem Doctores de
reſcrip. in 6. Pariſ. in conſ. 3. num. 57. vol. 4. qui
poſt Bald. Curt. Sen. & Dec. atteſtatur, has clauſu-
las etiam ad petitionem alterius poſitas, earum ef-
fectum operari, vt latè declarat Menoc. de arbitr.
33 iud. in d. caſ. 201. num. 79. Quapropter vna ſe-
mel, quòd priuilegium Arcadij fuit ex cer-
ta ſcientia & conſultè, vna cum alijs à Cæ-
ſare confirmatum, illud in dubium reuoca-
ri non poteſt, Bartol. in l. conficiuntur, in princip.
ff. de iur. cod. per illa iura in l. 2. C. de legib. & in l.
1. de offic. Prefect. prat. quem refert. & ſequitur in
his terminis Ruin. in dict. conſil. 31. ſub nu. 5. verſ.
Et ſimiliter, vol. 1. Socc. iun. in conſ. 68. num. 12.
vol. 3. Pariſi. in conſ. 5. num. 126. vol. 4. Natt. in
conſ. 636. num. 159. vol. 4. & Menoch. in conſ.
34 378. num. 17. In tantum, quòd ſola confir-
matio ex certà ſcientia facta, ſufficit, quam-
uis confirmatum non oſtenderetur, ſiue de
certa ſcientia conſtet ex inſerto tenore rei
confirmatæ, vt ſupra deduximus num. 6. ſi-
ue aliàs per appoſitionem clauſulæ, ex cer-
ta ſcientia, vt indiuidualiter voluit Ruin. in
d. conſ. 31. quem refert & ſequitur Petr. Surd. in
d. conſ.

Digitized by Google

35 d.conſ.419.num. 23.vol.in 3. Quod in re no-
ſtra multò magis hoc verum eſſe conſtat,
ſtante clauſula à Cæſare poſita, quòd tenor
priuilegiorum habeatur pro expreſſo: quæ
clauſula operatur, ac ſi de verbo ad verbum
(vt ipſemet Cæſar voluit) expreſſa eorum
priuilegiorum fuiſſet facta narratio, & per
conſequens reſultat, Cæſarem eorum qua-
litatem ſciuiſſe, Butr.in conſ.2.in fin.Oldrad.in
conſ.117. Alber.in l.vnic. in fin.C.quand. imper.
int.pupil. & vid.Federic. de Sen.in conſ.47. Me-
noch.in conſ.817.nu.6.Petr.Surd.in d.conſ.419.
36 & Lanar. in conſ. 21.num. 21. Potuit enim
Princeps velle, quòd tenor priuilegiorum
haberetur pro expreſſo, vt notat Angel. per
illum text.in l.omnes, C.de præſcription.triginta
vel quadraginta annor.Bald.in titul.de pac.conſt.
in verſicul. Non obſtat, idem Butr.in d.conſ.
2. qui voluit, quòd Papa ad validitatem
actus poteſt fingere expreſſum quod non
eſt, per illa iura in cap. 1.de transaction.in cap.
illa, de election.& in capit.ſi motu proprio, cum
concordan.de preb. in 6.Bald.in c. ſuper literis, de
reſcript.& Ruin.in d.conſ.31.nu.6.vol.1.& in
conſ.104.num.15.vol.3.
37 Nec eorum authoritas nobis refragatur,
qui volunt, quòd clauſula, ex certa ſcientia,
nihil operatur, quando conſtat, rem aliter
ſe habere (vt in facto illius priuilegij, ex
aſſertis ex aduerſo argumentis ſupponitur)
vt poſt Bald.& Alex.in d.l.ſed etſi quis, §.item
quæritur, ff.ſi quis caut. inquit Socc.in d.conſ.72.
num.4. vol.3. Pariſ.in conſ.1.num.82.volum.1.
Menoch.conſ.2.num.331.vol.1. Vnde contra
talem clauſulam admitti probationem in
contrarium voluit Socc. in d.conſ.79.num.46.
vol.4. quia illa non purgat falſitatem nar-
ratorum; Dec.in cap. venerabilis, col.1. de conf.
vtil. vel inutil. Nempe nullo iure mihi proba
tur ex adductis ex aduerſo argumentis con-
tra illius priuilegij veritatem (etſi ea noſtri
hiſtorici non eluderent) conſtare rem aliter
ſe habere, ad euitandum effectum illius
clauſulæ in præmiſſa confirmatione adie-
ctæ, Ex quo tunc rem aliter ſe habere con-
ſtaret, ſi certis probationibus, non argu-
mentis, veritas illius priuilegij inficiaretur,
Abb.in cap.1.ſub num. 8. & ibid. Dec.ſub num.
mihi 7. Verſ. primus eſt, de confir. vtil.vel inutil.
qui voluit, quòd ad irritandum confirma-
tionem factam ex certa ſcientia, ex capite
ſubreptionis, neceſſe eſt quòd conſtet no-
toriè de tali vitio: idque poſt Innoc.in cap. 2.
eod.tit. exemplificat reſultare, vel ex confeſ-
ſione partis, vel ex tenore Bullæ, quorum
38 vtrumque notorium inducit, prout de pri-
100 *Tex. in l. Titius puerum, ff. de obſer. pat. præſ. non probat ſententiam Paul. de Caſt. nec terminis ſuis conuenit.*

101 *Vaßallus, ſeu ſubditus, differt à ſeruo, & potius æquiparatur liberto.*

102 *Vaſſallus non poteſt domino ſtipulari.*

103 *Conceſſio facta, pretio mediante, tranſit in contractum oneroſum, quando illud æquipollet rei conceſſæ.*

104 *Actus iudicatur ſecundum illud, de quo magis participat.*

105 *Feudi conceſſio facta, pretio, vel alio æquipollenti, an dicatur liberalis, vel oneroſa.*

106 *Fiſcus ad excludendum Meſſanam à titulo oneroſo ſibi quæſito ex priuilegio nouiſſimo Philippi II. conatur oſtendere, quòd quantitas collata à Meſſana nihil operatur, tum quia illam non de ſuo, ſed de iuribus Regijs, aut alienis contulit, tum etiam quia illa non correſpondet rei conceſſæ, ſed Vide num. 111. num. 117. & 119.*

107 *Priuilegium nouiſſimum, quid ex aduerſo fertur Meſſanę conceſſiſſe.*

108 *Priuilegium nouiſſimum arguitur de dolo, iniuſtitia, ac enormiſſima læſione, licèt Philippus II. atteſtetur deueniſſe ad illud, diſcuſſo negotio, cum deliberatione ſupremi Conſilij.*

Item arguitur de reciproca deceptione ibidem.

109 *Principi graue eſt, aliquem decipere.*

110 *Nihil eſt, quod magis præfulget in Principe, quàm recta fides.*

111 *Meſſana de ſuo, non de iuribus Regijs, contulit in priuilegio nouiſſimo.*

112 *Pupilli, ſeu minoris actus non valent, ſine tutoris, vel curatoris authoritate.*

Tutor, ſeu curator præſtans authoritatem, nihil de ſuo confert, ſed effectus ad pupillum, vel minorem pertinet.

113 *Ciuitas æquiparatur minori.*

114 *Gabella impoſita à Ciuitate Meſſanæ ſuper extractione ſerici, ſoluitur à ſubditis, non ab exteris ſericorum extrahentibus.*

115 *Res ratione oneris minus valet, quæ abſque onere maiori pretio diſtrahitur.*

116 *Immunitas venditoris prodeſt emptori, quando onus gabellæ retorquetur contra venditorem.*

117 *Meſſana, quod contulit Regi in priuilegio nouiſſimo, de ſuo, non de alieno contulit, & nu. ſeq.*

118 *Effectus rei ſpectandus eſt.*

119 *Collata quantitas in priuilegio nouiſſimo, præponderat conceßa, cum ſeq.*

120 *Gabellarum extinctio facta in priuilegio nouiſſimo, non eſt noua conceſſio, quia pro ea Meſſana ius, & iuſtitiam fouebat, vide nu. 122.*

121 *Rex eſt alter Deus corporalis, & lex animata in terris, electus à Deo pro iuſtitia miniſtranda.*

123 *Maior pars vniuerſitatis ſi quid conſtituit, illud cenſetur conſtitutum à tota vniuerſitate, ſi tamen duæ partes ordinis in actu interueniunt.*

124 *Tex. in l. quod maior, ff. ad municip. procedit in his, quæ pertinent ad ſingulos, vt vniuerſos, ſecus ſi ad ſingulos vt ſingulos, & num. ſeq.*

Nec procedit, quando agitur de auferendo alicui ius ſuum, num. 134.

125 *Maior pars non poteſt præiudicare, aut obligare patrimonium minoris partis, quod competit iure proprio.*

Negotium, quando tangit ſingulos, Vt ſingulos de vniuerſitate, ibid. & num. ſeq.

126 *Ciues, an & quando poſſunt deponere in cauſa vniuerſitatis.*

127 *Maior pars vniuerſitatis non præiudicat minori habenti priuilegium exemptionis.*

128 *Maior pars vniuerſitatis non præiudicat minori, in his, quæ ſunt grauis præiudicij, nec vbi agitur de auferendo alicui ius ſuum, num. 134.*

129 *Meſſana habet priuilegium Regis Alfonſi, vt maior pars in colloquijs generalibus ei non præiudicet, niſi eius Syndicus expreſſe conſentiat, licèt illud iniuſtum eße ex aduerſo traditur, ſed vide num. 131.*

Digitized by Google

130 Rex Alfonſus præſcripſit terminum quatuor menſium ad expectandam reſponſionem Regis, ſuper conſultatione facienda infra menſem in declaratione contra priuilegia, quibus elapſis, nec habita reſponſione mandabat mandatum exequi.

Sed illud nunquam fuit vſu receptum, num. 140. & num. 147.

Nec illud tollebat merita negotij principalis, num. 148.

131 Priuilegium Regis Alfonſi, in quo cauetur, vt in colloquiis generalibus maior pars non præiudicet Meſſanæ, defenditur ab aſſerta iniquitate, & iniuſtitia, & num. 133. & 138.

132 Priuilegium non redditur iniquum, ex eo quod illud eſt contra ius, quia de ſui natura ad illud emanat.

135 Rex Alfonſus in priuilegio conceſſo Meſſanæ cogitauit eam liberare ab obligatione, quæ oritur ex concluſione maioris partis colloquij generalis, & num. ſeq.

Coniecturis non eſt opus in claris, nec in eis indigemus gloſſa, ibid.

Legis vbi eſt deciſio, non cadit difficultas, ibid.

136 Princeps illud præſumitur velle, quod eſt de iure.

137 Princeps non intendit iuribus alterius præiudicium inferre.

139 Præiudicium nullum reſultabat regnicolis, ex immunitate Meſſanæ, in illis gabellis extinctis in priuilegio nouiſſimo.

141 Negatiua coarctata ad certam ſcripturam, eſt probabilis.

Legatum non eſſe factum, probatur ex inſpectione teſtamenti, & quod aliquis non ſit de collegio, probatur ex libro matriculę, ibid.

142 Citationis defectus probatur ex actis, ſi eis perquiſitis, illa non apparet.

143 Vſus immemorabilis obtinet vim priuilegij.

144 Priuilegio quæ poſſunt acquiri, conſuetudine, & præſcriptione immemorabili, acquiruntur.

145 Regalia reſeruata Principi, acquiruntur ex præſcriptione immemorabili, non minus quam per priuilegium.

146 Lex vſu non recepta nullam vim ligandi habet.

Et an in dubio ita præſumatur, ibid. remiſſiuè, & quid de priuilegio, ibid.

147 Meſſana prætendebat ex cauſſis expreſſis ſuæ Catholicæ Maieſtati: quod non tenebatur ſeruare priuilegium Regis Alfonſi, ſuper conſultatione facienda infra quatrimeſtre, & eius iura continentur in eulogio confecto in anno 1576.

148 Gabellarum merita, tempore nouiſſimi priuilegij pendebant in Regali Curia, non obſtante executione facta per lapſum quatuor menſium.

Executio, quæ facienda erat per lapſum quatuor menſium, non habita reſponſione Regis, vigore priuilegij Regis Alfonſi, non tollebat merita negotij principalis, quæ remanebant diſcutienda poſt executionem, ibid. & nu. 152.

149 Poſſeſſio, & proprietas nihil commune habent.

150 Executione facta in executiuis, remanent merita diſcutienda in cauſa oppoſitoria.

151 Executione facta illius decreti, à quo quis prohibetur appellare, merita principalia diſcutiuntur.

152 Gabellæ extinctę in priuilegio nouiſſimo, non erant eo tempore irreuocabiliter Regiæ Curiæ, ſed eorum merita ex debito iuſtitiæ pendebant diſcutienda, quod verum eſſe oſtenditur ex voluntate Regis.

Sententia per lapſum fatalium tranſit in rem iudicatam, ibid.

Fatalia non currunt in conſiſtorio Principis, ibid.

153 Inſtantia in auditorio Principis non datur.

154 Confirmatio priuilegiorum facta à Rege in priuilegio nouiſſimo, non fuit noua conceſſio, vt inter collata à Rege computetur.

Principis proprium eſt iura, & priuilegia confirmare, ibid.

155 Priuilegia valida, ſi confirmantur, non cenſentur per confirmationem donata.

Confirmans, non dicitur dare de nouo, ibid.

156 Dare, aliud eſt, & aliud confirmare.

Princeps confirmando priuilegia antiqua & valida, non dicitur illa donare, ibid. Quid de inualidis, num. ſeq.

158 Confirmatio in forma communi nihil operatur, quando confirmatum eſt inualidum, & in 3. par. num. 121.

159 Priuilegia antiqua non cenſentur derogata per conceſſionem noui priuilegij.

Meſſana nouam conceſſionem priuilegiorum, & immunitatum habitam in priuilegio nouiſſimo, obtinuit cumulatiuè, non derogatiuè antiquorum, ibid.

160 Inducta in augmentum, diminutionem operari non debent.

161 Forma tradita in priuilegio Regis Alfonſi circa conſultationes faciendas de contra priuilegia, aſſeritur alterata in priuilegio nouiſſimo.

Sed quid in hoc lucratur ciuitas Meſſana, vide num. ſeq.

163 Poſſeſſio, quæ poteſt retractari propter merita, dicitur res momentanea.

Momentanea reputantur, ac ſi facta non eſſent, ibid.

164 Forma præſcripta in priuilegio nouiſſimo, circa contra priuilegia, rationabilis & iuridica.

Executum de facto, de facto poteſt retractari, ibid.

165 Con-

165 *Conſultatione pendente, nihil eſt innocandum, maximè in poſſeſſoriis.*

166 *Accidens non eſt inſpiciendum.*

Accidens non mutat ſubſtantiam ſubiecti, & poteſt adeſſe & abeſſe præter illius corruptionem, ibid.

167 *Regentium in ſupremo ordine Italiæ virtus ſingularis, doctrina, & integritas admirabilis.*

168 *Res iudicata exequitur, & pro ea præſumitur.*

169 *Studiorum vniuerſitas confirmata, non de nouo conceſſa in priuilegio nouiſſimo.*

Verba ſunt mentis teſtimonium, & quid actum ſit, declarant, ibid.

170 *Studia generalia detinendi facultas à Principe conceditur.*

Idem in facultate doctorandi, ibid.

171 *Reges, qui ſuperiorem non recognoſcunt, dicuntur habere iura Imperii.*

172 *Rex Siciliæ nihil prorſus habet facere cum imperio, & dicitur totum continens in Regno, & habet ſuprema Regalia.*

173 *Priuilegium, an & quando amittitur ob non vſum.*

Meſſana detinebat ſtudia generalia ante priuilegium nouiſſimum, ibid.

174 *Priuilegium ob benemerita, non amittitur per non vſum.*

175 *Priuilegium conceſſum Eccleſiæ vel ciuitati, an per non vſum amittatur.*

176 *Meſſanæ priuilegia per non vſum non tolluntur, ex particulari priuilegio.*

177 *Facultas conceſſa Meſſanæ in priuilegio nouiſſimo imponendi gabellam, non transtulit aliquod ius Regale in ciuitatem, & num. ſeq.*

178 *Regalia reſeruata inhærens oſſibus Principis, abſque ſpeciali conceſſione nunquam cenſentur tranſlata.*

179 *Prohibitio, ne alibi ſericum extrahatur, de qua in nouiſſimo priuilegio, quid dicatur contuliſſe Meſſanæ.*

Quæ tamen ex aduerſo potuiſſet diſſimulari. ibid.

180 *Paria ſunt non facere, vel inutiliter facere.*

Factum non dicitur, quod non releuat, ibid.

181 *Verba cum effectu intelligi debent, Nec illa ſufficiunt, vbi facto opus eſt & num. ſeq.*

182 *Promiſsio de faciendo, differt à facto.*

Potentia eſt inanis, ſi ad actum non perducitur, ibid.

183 *Officia duo parua obtinuit Meſſana in priuilegio nouiſſimo.*

Officia, quæ leuibus præponuntur, dicuntur leuia, ibid.

94 CVius ſuppoſiti veritas coadiuua-
tur authoritate illius nouiſſimæ
conuentionis, ac priuiuilegij ob-
tenti in anno 1591. ab inuictiſſi-
mo, ac Regum omnium ſapientiſſimo do-
mino olim Rege noſtro, æternæ memoriæ
Philippo Secundo, Catholici domini noſtri
Regis Philippi Tertij genitore digniſſimo,
qui habito à Meſſana donatiuo aureorum
de auro quingentorum mille, accedente ſu-
premi Conſilij deliberatione, ex certa ſcien
tia, deliberatè, conſultò, ac de plenitudine
poteſtatis in ampliſſima forma priuilegia
omnia, ac immunitates Meſſanæ confirma-
uit, necnon ad eiuſdem vrbis cautelam præ-
miſſas immunitates, ac priuilegia, omniaq;
& ſingula in eis contenta, de nouo pleniſſi-
95 mè conceſſiſit. Ex qua cõfirmatione, pretio
mediante habita, reſultat qđ ſupponimus,
quod hæc priuilegia non ſolùm ob beneme
rita, ſed etiam ob pretiũ obtinent vim con-
tractus oneroſi, *ex doctrina Bald. in d. l. qui ſe pa
tris, C. vnde liber.* qui voluit, quòd quando
Princeps concedit priuilegium, pecunia
mediante, illud tranſit in venditionem,
etiamſi Princeps vtitur verbo, indulgemus,
vel ſimile, vt dictum eſt, cuius authoritate
atteſtantur DD. priuilegium pecunia ob-
tentum tranſire in contractum oneroſum,
*Felin. in cap. quæ eccleſiarum, num. 51. de conſt.
Gozad. in conſ. 14. in fin. & in conſ. 62. num. 19.
Natt. in conſ. 511. num. 9. & in conſ. 512. num.
15. Rolan. in d. conſ. 13. num. 11. vol. 3. Peregr.
de iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. num. 28. Surd. in d. conſ.
419. ſub num. 53. in 3. Vol. & D. Tap. in d. l. fin.
96 in 2. part. cap. 9. in prin. ff. de conſt. Princ.* Nem-
pè vbi pretium interuenit, ſemper dicitur
contractus, *Bart. in l. 1. §. 1. in fin. ff. de ſuperf.
vbi Alex. in addit. tenet*, quòd vbi fit mentio
de pretio, intelligitur emptio & venditio,
*Romanus conſ. 252. num. 3. Anchar. in cap. 1.
num. 8. verſ. Ex qua infero. de conſt. Natt. in conſ.
657. num. 3. vol. 4.* Et ideò quælibet con-
ceſſio obtenta per pecuniam tranſit in vim
contractus, *Lofr. ex authoritate Bald. in deciſ
97 125. Abb. in cap. nouit. de iudic. Ioan. Ber. in de-
ciſ. 38. num. 4. Iaſ. in conſ. 105. verſ. ſexiò & vl-
timò, vol. 1. Petr. qui horum dicta refert de autho-
ritat. Tritt. cap. 32. in 2. dub. nu. 156. cum duob.
ſeqq. fol. 181.*
98 Bene verum eſt, quòd domini ex aduerſo
totis viribus conantur illud nouiſſimum
priuilegium euitare, & in ſpecie, ne illius
vigore poſſit titulus oneroſus à Meſſana al-
legari, & licèt quoad hoc multa afferant,
ad duo tamen principalia fundamenta eo-

rum

rum dicta reſtringimus Quorum alterum
eſt, quòd illa oblatio & ſolutio pecuniæ eſt
facta à ſubditis. Alterum verò, quòd quan-
titas non æquipollet rei conceſſæ in præmiſ-
ſo priuilegio, & ideò, tàm ex primo, quàm
ex ſecundo capite, titulus oneroſus ex eo
non reſultat.
99 Primò igitur principaliter traditur,
quòd illud priuilegium non parit titulum
oneroſum, ex quo res eſt inter Principem &
ſubditum, cui ſi conceditur priuilegium,
etiam habita pecunia, illud erit reuocabile
quia Princeps dicitur vti liberalitate. Al-
legatur tùm à *D. Corſet. fol. 100. à tergo, tùm*
etiam à domino fiſc. Patrono in 7. replicat. ſub
verſ. Ex alio etiam, *Paul. de Caſtr. in l. ſi mihi*
& tibi, §. fin. in lect. Bonon. ff. de leg. 1. relatus ab
Alexand. in addit. ad Bald. in d. l. qui ſe patris, nu.
14. in verbo lucratus, Soc. in conſ. 87. ſub num.
12. vol. 3. & Petr. de poteſt. Prin. in d. c. 32. in
2. dub. ſub num. 160. fol. 181. qui hoc atteſtatur
adductus argumento illius tex. in l. Titius puerum,
ff. de obſe. patr. præſt. vbi dominus, qui recep
ta pecunia à ſeruo, ei præſtat libertatem,
dicitur vti liberalitate, & poteſt eam reuo-
care: Sed hoc dictum *Paul. de Caſtr.* eſt con-
tra illud, quod à maioribus noſtris fertur in
terminis priuilegij ſubdito conceſſi, pecu-
nia mediante, quod tranſire in contractum
oneroſum teſtantur, *ex Bald. poſt. Nicol. de*
Mata. in d. l. qui ſe patris. (licèt Paul. de Caſtr.
hoc velit opponendo contra Bald.) vt tradit Soc.
in conſ. 4. num. 4. & 5. Vol. 3. Peregr. de iur. fiſc.
lib. 1. tit. 3. nu. 28. & Petr. Surd. in d. conſ. 419.
num. 53. Et ſi illud verum eſſet, deſtrueretur
communis Doct. aſſertio loquentium de ef-
ficacia contractus celebrati inter Principem
& ſubditum, de qua communi aſſertione
atteſtatur *idem Paul. Caſtr. in conſ. 317. ſub nu.*
5. verſic. Tùm quia communiter, vol. 1. & habe-
tur per DD. in l. digna vox, C. de legib. & in cap.
nouit, de iud. & in cap. 1. de prob. & alibi, vt tra-
100 *detur ordine ſuo in 2. part. in cõſid. 9.* Nec ille tex.
in d. l. Titius puerum, cuius argumento mouetur
Paul. Caſtr. illius ſententiam probat, dato
quod terminis noſtris conueniret, nempè
ipſe voluit per illum tex. quod conceſſio fa-
cta ſubdito ob certam pecuniam, ſit mera
liberalitas, & per conſequens eſt reuocabi-
lis ſine cauſa, prout & *Corſ. & Fiſc.* referen-
tes *Paul. Caſtr.* audent atteſtari, quorum al-
ter inquit, quod ad nutum, alter verò,
quod ad libitum reuocari poteſt, & tamen
contrarium probatur in illo tex. etiam in
terminis, in quibus pecunia præſtatur à ſer-
uo ipſi domino pro libertate, quem ſine in-
gratitudinis cauſa ad ſeruitutem reuocare
non poteſt, vt animaduertit *Petr. de author.*
Princ. in loc. præcit. in verſ. Sed iſtud dictum, vbi
propter hoc inquit, *dictum Paul. Caſtr.* non
eſſe verum, cui nec illius text. argum. con-
uenit, etiam ſi ibidem libertas eſſet ad nu-
tum reuocabilis: nam loquitur de ſeruo,
qui ſecundùm iuris regulas, quicquid ac-
quirit, domino acquirit, & ideò ſi domino
præſtat pecuniam ob libertatem, dicitur ex
liberalitate manumiſſus, & libertus effici-
101 tur. Quæ ratio non militat in ſubdito, ſeu
vaſſallo dante pecuniam Principi, ob con-
ceſſionem aliquam, qui longè differt à ſer-
uo, & potiùs liberto comparatur, *gloſ. in c.*
1. §. fin. in verb. potuerit, de alien. feud. pater. &
in cap. 1. de vaſ. qui cont. fue. & in cap. 1. §. ſed
quid e lator, de cõſ. rec. feud. And. in c. 1. quib. mod.
feud. amitt. & alibi, vt citat Camil. de Curt. in 1.
part. diuerſ. iur. feud. in verb. licet. num. 44. Bald.
in l. libertis, num. 35. C. de oper. liber. Iaſ. in prælud.
feud. num. 20. & ibid. Afflict. nu. 73. & ſeq. cum
concordan. traditis ab Intrigl. in 1. cent. feu. quæſt.
102 *58. in princ.* Hinc eſt, quod licet ſeruus poſ-
ſit contra iuris regulas domino ſtipulari,
ex vulg. vaſſallus tamen illud facere non
poteſt, *Bart. in l. ſi quis ita ſtipulatus, §. Chriſogo-*
nus, & ibidem Imol. Angel. & Alex. ff. de verb.
oblig. idem Angel. in l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff.
eod. tit. Curt. Iun. in tract. de feud. in 2. part. in 7.
q. in 2. dub. num. 62. fol. 204. à tergo in parua
impreſ. Intrig. in 2. centu. feud. artic. 30. num. 6.
Qua de re ex illo tex. non rectè arguitur ad
terminos conceſſionis factæ ſubdito, pecu-
nia mediante, vt ex ea non poſſit ſubditus
prætendere titulum oneroſum, vnde nimi-
rùm, *ſi Paul. Caſtr. ibid.* in hoc non firmat pe-
des, nec recedit ab opinione *Bald.* eam ta-
men intelligens (vt etiam domini ex ad-
uerſo referunt) in caſu quo illud quod da-
tur, æquiualet rei conceſſæ, prout idemmet
Bald. hoc voluit, dum inquit, quod datum
vel factum debet habere perpetuam com-
menſurationẽ cũ re conceſſa, Ex quibus ver
bis domini ex aduerſo implicãt (ſentientes
primum non ſubſiſtere) ſecundum funda-
mentum, quo probare conantur, ex illa no-
uiſſima conceſſione titulum oneroſum præ-
tendi non poſſe.
103 Secundò ergò traditur principaliter ad
inficiandum titulum oneroſum, qui ex præ-
miſſo priuilegio reſultat, quòd tunc con-
ceſſio facta pretio mediante tranſit in con-
tractum, & oneroſum parit titulum, quan-
do illud æquipollet rei conceſſæ, & ſic ha-
bet, ſecundum *Bald. in d. l. qui ſe patris,* cum ea
per-

Digitized by Google

perpetuã commeſurationẽ: nam ſicut merita debent æquipollere conceſſioni, vt ſupra deductum eſt *nu.*81, ſic pariter debet æquipollere pretium, quod datur pro re conceſſa, *Socin.in d.conſ.4.num.4.cum ſeq.vol.3. & in d.cons.87.num.12. eodem.vol.Aretin. Felin. & alij in d.cap.nouit.Iaſ.ex aduerſo allegatus in conſil.56.Vol.1.Crauet.in tract. de antiquit.tempor. in 2. par.1. partis prin.num.38. Oſaſcus in deciſion.139.num.10.Rolan.in d.conſ. 13.num. 12. Vol.3.Petr.de author.Princip.in dict. 2.dubit.capit.32.num.159.Menoch.in conſ.981. num.15. Peregr.de iur.fiſc.lib.1.tit.3.num.29.& Petr. de Greg.de conceſ. feud.in pri.par. quæſt.7.num.22.*

104 ſentientes, quod quando conceſſio præponderat, eſt gratia, nec puri priuilegij nomen amittit: quia actus iudicatur ſecundùm illud, de quo magis participat, argumento *l.quæritur,ff.de ſtatu homin.l.fundi partem,ff.de contrahen.emptior.& cap.ad quæſtionem,cum ſi-*

105 *mil.extra de rerum permut.* Hinc à maioribus noſtris fertur de conceſſione feudi, quæ ſi contra naturam feudi pretio, vel alio æquipollenti facta fuerit, ita vt magis de onere, quàm de pura liberalitate participet: dicitur oneroſa & irreuocabilis, vt poſt *Baldum in d. l.qui ſe patris, declarat Petr.de Gregor.de conceſſion.feudi, in 1.par.in 7.quæſt.num.10.& in 2.par.quæſt.5.num.11.Dec.in conſ.390. num. 7. Curt. Iun. in tract. de feud. in 1.par. quæſt. 6. Verſ.circa ſeptimum, Cumi. in prælud. cap.ſi aliquem num. 109. Intrig.in 1. centur. feud. quæſt. 18. nu. 18.* aliàs, ſi liberalitas præponderat, dicitur gratia, ac beneficium iuxta naturam feudi, *ad tex.in cap.1.§.beneficium,ex quib.cauſ. feud.amitt.Curt.Iun.in d. quæſt.6.num.14.& q. 11.circa prin. Cumi. in d.prælud. num. 107. cum concordan.tradit.ab Intrig.in dict.quæſt.15.nu.2.*

106 Sed in propoſito ex aduerſo aſſeritur, præmiſſa applicando ad factum, quod illa quãtitas ſuæ Catholicæ Maieſtati ſoluta, non æquiualet rei conceſſæ in præmiſſo priuilegio, & ideò conſequentiam faciunt, quòd illius vigore titulus oneroſus prætendi non poteſt. Hanc minorem propoſitionem duobus modis (vt animaduertimus) probare conantur, arguendo tùm à parte illius quãtitatis, tum etiam à parte cõceſſionum obtentarũ. Arguunt primò à parte illius ſummæ, quam dicunt Meſſanam verè nõ de ſuo, ſed de iuribus, aut ſuæ Maieſtatis, aut alienis contuliſſe; nempè in facto eſt, quod Meſſana tunc obtinuit à Rege facultatem imponendi gabellam granorum viginti quinque pro qualibet libra ſerici extrahenda ex dicta Ciuitate cum prohibitione, quòd à Thermis vſque ad Syracuſas, alibi ſericum extrahi non poſſit: cuius gabellæ redditus ſubiugauit pro ea ſumma, quam Regi perſoluit: ex quo inferunt, alterum de prædictis duobus, aut de iuribus Regijs, aut de alienis, Meſſanam illam quantitatem contuliſſe. Primum iuris eſt, illudque probat dominus fiſc. Patronus, ex eo quod cum ex redditibus dictæ gabellæ Regia authoritate impoſitæ fuit illa quantitas collata, vtique id ſequitur, quod de iuribus ipſiuſmet principis illa fuit ſoluta. Nempè Ciuitas ſuperiorem recognoſcens, non habebat facultatem imponendi gabellam prædictam, ſine authoritate Principis, ad quem ſpectat hoc ius imponendi noua vectigalia, vt dicetur in *3.par.princ.num.3.* Vnde quatenus illa fuit de authoritate & confirmatione Principis impoſita, illa dicitur ab ipſo Principe confirmante procedere, quia confirmatio ſuſtinet actum, tanquam à confirmante factum, quando actus ſine confirmatione eſſet nullus, allegatur *Surd.in conſ.63.num.27. vol.1.* & tunc confirmans dare videtur, *ex Dec.in conſ.341.nu.9.* & actus tribuendus eſt Principi, *ad tex. in d.l.& quia vbi latè Rebuf. ff.de iuriſdict. omn. iud.* quibus nos addimus, quæ de confirmatione tradidimus ſupra in *1.ſuppoſ.num.24.cum duobus ſeqq.* Secundum verò facti eſt, illudque breuiter oſtendit, dũ inquit, quod redditus dictę gabellæ, ex quorum ſubiugatione fuit illa quantitas ſoluta, non ex ſericis Meſſanenſium, quia parua eſſe, & in partem extrahi atteſtatur, ſed ex alijs regniculorum proueniunt, quæ ex Regno huc adducta inde extrahuntur: & ſic in effectu volunt nihil Meſſanam de ſuo contuliſſe, & per conſequens nullum ex dicto priuilegio poſſe titulum oneroſum prætendere. Arguunt ſecundò principaliter à parte eorum quæ in dicto priuilegio fuerũt conceſſa, quæ inæſtimabilis pretij eſſe ſupponunt omnes, ita vt eorum quodlibet (vt D. Matute atteſtatur) ipſam quantitatem

107 ſolutam præponderet. Fertur enim primò, Meſſanam obtinuiſſe extinctionem duarum gabellarum tareni vnius ſuper pilo, & mercibus, & alterius tareni ſuper qualibet libra ſerici extrahenda, quæ tunc fuerant in Comitijs generalibus impoſitæ, quarum redditus ad minus (vt d. fiſc. Patronus atteſtatur) aureis centummille ſingulis annis importabant, quorũ ſors, ſeu capitale in quatruplum excedebat ſummã aureorum quingentorum ab vrbe collatam. Secundò fertur obtinuiſſe cõfirmationem priuilegiorũ,

& præ-

Digitized by Google

& præſettim pleniſſimæ immunitatis ab om
nibus & ſingulis gabellis, collectis, datijs, &
alijs impoſitionibus, quæ ordinariè & extra-
ordinariè ex quacunq; neceſſitate imponun
tur. Tertiò fertur obtinuiſſe formã ac mo-
dum circa cõſultationes faciendas cum ſua
Catholica Maieſtate ſuper declaratione con
trapriuilegia, alterando diſpoſitionem
priuilegij Regis Alfonſi, in quo aliter diſpo
nebatur. Quartò fertur, obtinuiſſe vniuer-
ſitatem ſtudiorum, cum facultate graduan
di. Quintò & vltimò traditur, obtinuiſſe
illa tria, *quę D. Corſet. inquit fol. 91*. ſufficere ſo-
la ad intentionem fundandam, videlicet Fa
cultatem imponendi vectigal; Prohibitio-
ne, ne alibi à Thermis vſque ad Syracuſas
ſericum extrahatur; ac Cõceſſionem officio
rum, quæ omnia inæſtimabilis pretij eſſe te
ſtatur, ita quòd ſumma collata eis non æqui
ualet, & per conſequens ceſſare onerosum
titulum, omnes vno ore affirmant. Quini-
108 mò non deſinunt illud priuilegium ex capi-
te doli, iniuſtitiæ, ac enormiſſimæ læſionis
redarguere: non aduertentes, quod ſapien-
tiſſimus ille Princeps dominus noſter Phi-
lippus II. atteſtatur ad illud deueniſſe
cum deliberatione ſacri, ac ſupremi Conſi-
lij, in quo ſedebant tot integerrimi, & ocu-
latiſſimi legum vertices, à quibus negotiũ
ipſum totum prius fuerat diſcuſſum, & di-
ligenter examinatum, facta illius tranſmiſ
ſione ad Proregem, cuius cum interuentu
fuit illud pertractatum, apud quem pari-
ter non deficiebant celebratiſſimi, & peri-
tiſſimi Iuriſconſulti, qui in ea conuentione
iura S.C.M. diligentiſſimè inſpexerunt, non
minus quàm nunc faciunt iſti domini Con
ſiliarij ex aduerſo ſcribentes, nec illam con
ſuluiſſent, ſi aſſertus dolus, iniuſtitia, &
enormiſſima læſio interueniſſet. Sed ex his,
quæ aduerſus illud priuilegium afferuntur,
illud notabile nobis videtur, quod à domi-
no Conſultore Matute traditur, qui tamen
agnoſcens illius exorbitantiam, proteſtatur
cum reuerentia illud afferre: inquit enim
credere in eo deceptionem ad inuicem inter
ueniſſe, iuxta illam iuris Ciuilis regulam, li-
cèt à ſacris Canonibus improbatam, qua ca
uetur, licere partibus ad inuicem ſe decipe-
re, aſſerens in illa facti ſpecie, vtramque par
tem fuiſſe deceptam, dùm ciuitas obtulit
Regi, quæ Regis erant, & Rex conceſſit, quæ
in præiudicium Regni, ſucceſſoris, ac ſubdi-
109 torum concedere non poterat. Quod quàm
graue eſt aſſerere de Principe, vir tantæ au-
thoritatis, ac doctrinæ ignorare non debue-
rat, ad tradita per *Crauet. in conſ. 241. num.
19. Cephal. in conſ. 545. nu. 100. vol. 4. Iaſ. in cõſ.
10. vol. 3. Pariſ. in. conſ. 82. nu. 49. vol. 1. Belon.
conſ. 37. in fin. Roland. in conſ. 1. num. 32. vol. 2.
Menoc. in conſ. 1. num. 227. & in conſ. 27. nu. 42.
& in conſ. 721. num. 3. & Redol. de abſo. Princ.*
110 *poteſt. cap. 6. num. 183*. Cum nihil eſt, quod
magis præfulgeat in Principe, quàm recta fi-
des, *ad tex. in l. inter claras. C. de ſumm. Trin. &
fid. Cathol. Alex. in conſ. 54. num. 15. vol. 4. Rol.
in conſ. 13. num. 53. vol. 3. Folle. in pract. conſ. in
verſ. Et ſubmiſſionis cuiq; foro. nu. 10. & Redol.
in loc. præcit. num. 184.*
111 Quapropter deueniendo ad ſolutionem
oppoſitorum, non refragatur primum argu-
mentum, à quantitate collata ſumptum,
quam verius Meſſana, de ſuo, non autem de
Regijs, aut alienis iuribus contulit. Et pri
mò quoad illud, quod traditur, illam quan-
titatem de iuribus Regijs contuliſſe, ſub prę
textu quòd eam percepit ex ſubiugatione
redituum illius gabellæ Regia authoritate
impoſitæ, animaduertimus hanc conſequen
tiam non valere. Nam licèt ciuitas non po-
tuiſſet gabellam prædictam iure proprio im
ponere, & quòd ideò illius impoſitio ſuſti-
netur authoritate Principis; iuxta ex aduer
ſo allegata, tamen ex hoc nõ ſequitur, quòd
nihil de ſuo, ſed de iuribus Regijs contulit.
Nempè, qui in actu authoritatem præſtat, li
cèt ſuſtineat actum eius authoritate, de ſuo
tamen nihil dicitur, præſtando authorita-
tem, conferre, ſed commodum & incommo
dum ipſius actus ad eum ſpectat, cui autho-
112 ritas ipſa præſtatur. Patet in pupillis & mi
noribus, quorum actus iudiciales, vel extra-
iudiciales iure proprio non valent, ſed tu-
torum, vel curatorum authoritate ſuſtinen
tur, & confirmantur, *l. fin. C. ſi aduerſus rem iu-
dicatam, l. clarum. C. de author. præſt. l. ſi curato-
rem, C. de integrum reſtitu. & in. ſtit. de author. tu-
tor. in princ.* Verùm tutores, vel curatores ni-
hil de proprio conferunt, præſtando autho-
ritatem, niſi ſubſiſtentiam actus, illiuſque
validitatem. Cæterum commodum & in-
commodum ipſius actus ad pupillos, ſeu mi
nores pertinet, *ad tex. in l. 2. ff. de author. tutor.
l. ſi ſe non obtulit, & ibi gloſ. in verb. iudicati, ff. de
re iudic. l. 1. & l. ſi in rem, C. quãd. ex fact. tuto. &*
113 *dict. l. fin. & ibi gloſ. C. ſi aduerſus rem iudicat.* Vn-
de ex his arguendo ad ciuitatem, quæ mino
ri æquiparatur, *l. Rempublicam, C. de iur. Reipu-
bl. lib. 10. l. Præſes, & ibi DD. C. de tranſact. Crau.
in conſ. 680. num. 21. vol. 4. Rolan. in conſ. 5. nu. 4.
vol. 1. Menoc. in conſ. 726. nu. 33. & conſ. 1169.
num. 20. verſ. Nec obſtat,* rectiùs affirmari po-

teſt ad Meſſanam onus, ac incommodum di-
ctæ gabellæ ſpectare, licèt in illius impoſitio-
ne Princeps præſtitit authoritatem, ita vt
quid quid contulit, facta ſubiugatione ſuper
reditibus gabellæ prædictæ, de ſuo contuliſſe
dicatur: & certè nemo eſt qui non vidit,
quàm leue ſit aſſerere ciuitatem nihil de ſuo
conferre, quando ex gabellis, quas ſibi Re-
gia authoritate imponit, Regi aliquid do-
nat, quod ſi ita eſſet, pariter nihil de ſuo præ
ſtaret Regnum in donatiuis, pro quibus ſol-
uendis (vt tota die videmus) Regia autho
ritate gabellas imponit. Nec mouet ratio
differentiæ tradita à domino Matute, dùm
ait, quòd illa gabella ab extraneis, & non
ſubditis, maiori ex parte perſoluitur: reli-
quæ verò à Regno poſitæ, ſoluuntur à ſubdi
tis, tum quia dato quòd non a ſubditis illa
ſolueretur, non propterea ſequitur, quòd de
iuribus ſuæ Catholicæ Maieſtatis fuit illa
quantitas collata, ſed potiùs videtur poſſe
inferri, Meſſanam de alieno contuliſſe, quod
in facto non militare ſtatim oſtendetur: tùm
etiam quia ipſe aſſentit, quòd quando gabel
la, Regia authoritate impoſita, ſoluitur à
ſubditis pro Regijs donatiuis, ipſi illud onus
114 præſtant. Et quidem talis eſt gabella, quam
tunc impoſuit ciuitas, nempè illa ſoluitur à
ſubditis, & præſertim a Meſſanenſibus domi
nis ſericorum, non autem ab exteris & non
ſubditis, ipſum ſericum extrahentibus, qui
ratione dictæ gabellæ tantò minùs ſoluunt
de pretio pro qualibet libra ſerici, vt docuit
experientia anno præterito, de menſe Augu
ſti, dùm in dubio erat, an iſtius noui vecti-
galis exactio procederet, quo tempore noto
rium fuit, mercatores exteros conueniſſe
cum dominis ſericorum, tantò plus ſoluere
pro qualibet libra ſerici, quantùm hec noua
gabella importabat, ſi illius exactio non fie-
ret: ſin autē tantò minùs, & ſic per indirectū,
conſtat ſubditos onus illius gabellæ ſubire.
115 Et quidem hoc de iure traditum eſt, nam res
ratione oneris minùs valet, quæ abſque one
re maiori pretio diſtrahitur, *l. ſi venditor, §. fi.
ff. de ſeru. exportand. l. cum qui, §. fin. ff. de in diem
addict. gloſ. in l. gener. §. fin. de vſufruct. legat. Lu-
cas de Pen. in l. agros, col. 3. C. fund. limitro. lib. 11.
Angel. in l. pretia rerum, & ibi Alex. col. 1. ff. ad
l. falcid. Decius in conſ. 167. num. 2. Tiraquel. qui
alios congerit de retract. conuention. in præfation.
num. 20. accedit Oſaſc. poſt Briuum, quem ipſe ci-
116 tat, in deciſ. 91. nu. 10.* Qua ratione Doctores
atteſtātur, quòd immunitas venditoris pro-
deſt emptori, quādo aliàs vēditor tantò mi-
nus venderet, ratione gabellæ, quæ retorque

tur contra ipſum venditorem, vt alias la-
tè con ſului pro vrbe, & gabellarijs Meſſa-
nenſibus, *ex Bald. in conſ. 31. vol. 1. Ioann. de
Amic. in cōſ. 18. Boer. in deciſ. 213. col. fin. Alciat.
in reſpon. 216. num. 17. Decius in conſ. 48. num. 3.
Roland. in conſ. 61. num. 17. & ſequen. vol. 4. Ri-
minald. iun. in conſ. 724. num. 47. Menoc. in conſ.
136. num. 13. & in conſ. 716. numer. 7. & Petr.
117 Surd. in conſ. 301. nu. 80.* Secundò, quoad illud
quod aſſeritur, Meſſanam de alieno contu-
liſſe: ex quo introitus dictæ gabellæ proue-
niunt de alienis ſericiss quæ ex Regno (ſtan
te prohibitione extractionis alibi faciendæ)
illuc adducta, extrahuntur, & non de ſericis
ipſorum Meſſanenſium, quorum pauca eſſe
dicunt, pariter animaduertimus, rem aliter
in facto ſe habere; ex duobns, quorum al-
terum eſt, quòd ſericum, quod ex portu Meſ
ſanæ extrahitur, maiori ex parte eſt illud
quod fit in conſtrictu, & diſtrictu Meſſanæ:
tùm quia notorium eſt, quod literæ prohibi
toriæ, quòd a Thermis vſque ad Syracuſas
alibi ſericum non extrahatur, iuxta formam
priuilegij, nunquam a Tribunali Regij pa-
trimonij, emanauerunt: tùm etiam, quia in
dicto conſtrictu & diſtrictu, hæc induſtria vi-
get plus, quam in aliqua parte Regni, ita vt
quod extrahitur, magna ex parte eſt ipſo-
rum Meſſanenſium, qui non ſolum in con-
ſtrictu, ſed etiam in locis diſtrictualibus ha-
bent eorum ſicomorum viridaria, cum qui-
bus ſericum ipſum conficitur, quod inde ad-
ductum Meſſanæ, ex illius portu extrahitur:
propter quod Meſſanenſes pro maiori parte
onus dictæ gabellæ ſubeunt, ita vt reliquum
in conſideratione non ſit: argumento tex-
tus, in, *l. quod maior, ff. ad municip. l. nulli, cum le-
ge ſequen. ff. quæ cuiuſque vniuerſit. nomin. & l. no
minationum, cum ſimilibus, C. de Decurion. lib. 10.*
Alterum verò eſt, quòd dato quòd reditus
dictæ gabellæ maiori ex parte perciperentur
pro extractione ſerici regnicolorum: tamen
ſi facti ſpeciem rectè conſideramus, Meſſa-
nam de ſuo illam ſummam contuliſſe inue-
niemus, nempè dicta gabella granorum vi-
ginti quinque, fuit impoſita, vt promptuaria
ſit illius ſummæ oblatæ ſolutio, per ſubiuga
gationem redituum dictæ gabellæ, ſtante
quod ciuitas (vt in ſecundo capite illius con
uentionis aſſeritur) non habebat patrimo-
monium, vnde potuiſſet illam quantitatem
paratam habere, verùm ſubiugationes de-
ſuper factas, habet reluere Ciuitas ex in-
troitibus alterius gabellæ obulorum qua-
tuor ſuper quolibet quartucio vini, quæ ab-
ſolutè ſoluitur ab ipſis Meſſanenſibus, &
habita-

habitatoribus vinum ipſum minutim con-
118 ſumentibus. Vnde arguendo ab effectu rei,
qui ſpectandus eſt, *Dec.conſ.164.num.3.Boer.*
in deciſ.182.num. 3. Aluar. Valaſc.de iure em-
phy.quæſt.32.num. 20.lib.4.Menoch.qui eos ci-
tat in conſ.708.num.15. nemo negabit, quod
dictum capitale, pro quo reditus gabellæ
ſerici fuerunt ſubiugati, effectiuè confertur
ab ipſa Ciuitate de bonis ſuorum ciuium
ſoluentium gabellam præmiſſam obulorum
quatuor, de quorum introitibus ſunt re-
luendæ ſubiugationes: ita quòd licèt prima
facie appareat, quòd quantitas oblata fuit
habita de introitibus gabellæ granorum vi
ginti quinque, in quibus in aliquo confe-
runt alij, vltra Meſſanenſes, ſericum Meſ-
ſanæ apportantes, tamen (exitu rei inſpe-
cto) tota illa ſumma fuit collata ab ipſa
Ciuitate, dùm de introitibus alterius ga-
bellæ, quam abſolutè ſubeunt Meſſanenſes,
illud capitale redimitur. Nec aliquid præ-
miſſis refragatur, quod ex aduerſo tradi-
tur, ſi eorum dicta ad hoc tendunt, dum
in facto diceretur, verum non eſſe, quòd
redemptio dicti capitalis ſit abſolutè de in-
troitibus dictæ gabellæ paruulorum qua-
tuor: ex quo etiam de reditibus alterius
gabellæ granorum viginti quinque, ſuper-
eſt quolibet anno certa quantitas, vltra il-
lud quod ſubiugatarijs creditoribus annua
tim ſoluitur: ex qua pariter ex tenore no-
uiſſimi priuilegij debet fieri redẽptio, adeò
quòd videtur, quòd ſimpliciter non poſſit
affirmari, quòd exitu rei attento, totam il-
lam quantitatem Meſſana dicitur conferre;
Quandoquidem illud conſiderare oportet,
quod à principio introitus dictæ gabellæ
granorum viginti quinque non fuerunt ſuf
ficientes pro ſoluendis cenſibus ipſis ſubiu-
gatarijs: nam vt nobis relatum eſt fuit illa
arrendata pro ſcutis triginta nouem mille,
& ducentũ, & ſubiugationes aſcendebant
ad ſcutos annuos quadraginta ſex mille &
ſexaginta in circa, adeò quod ciuitas annua
tim ſupplebat de alijs ſuis gabellis: & licèt
ad præſens ob redemptiones factas de redi-
tibus alterius gabellæ, & ob augmentum
redituum illius gabellæ ſerici, aliquid de
eis ſupereſt vltra ſubiugationes, illud ta-
men non attingit illud, quod percipitur
ratione eiuſdem gabellę ſuper ſerico ipſo-
rum Meſſanenſium, ita quod etiam appli-
cata illa ſumma, quæ hodie ſupereſt pro re-
demptione dicti capitalis, adhuc Meſſana
dicitur de ſuo luere, & per conſequens af-
firmari rectius poteſt, illam quantitatem
in priuilegio nouiſſimo oblatam, Meſſanã
de ſuo contuliſſe, ita vt primum argumen-
tum, aliquo modo non refragetur.
119 Prætereà non refragatur aliud ſecundo
loco traditum argumentum, ſumptum à
parte eorum, quæ in dicto priuilegio, fue-
runt conceſſa, quibus collata quantitas nul
latenùs æquiualet: nam licèt vrbs Meſſana
ob ſuorum ciuium erga Catholicam ſui Re
gis Maieſtatem ingentem affectum, pro cu-
ius ſeruitio, ſi ſuorum filiorum ſanguinem
effunderet, parum tamen, ſeu nihil facere
arbitretur, & verſa vice, quod ab eadem
Maieſtate ſibi confertur, ex gratioſa tanti
Principis liberalitate fluere, iure optimo
credat, licebit tamen ſecundùm iuris ter-
minos, rem ipſam ponderando, affirmare
præmiſſum argumentum non procedere, ex
quo quantitas collata, etſi longè minor
fuiſſet, adhuc tamen præponderaret, vnde
pro rei dilucidatione conceſſa, quę feruntur
ex aduerſo ſigillatim conſideramus.
120 Et primò in illa gabellarum extinctione
non eſt faciendum aliquod fundamentum,
dùm res agebatur cum iuſtiſſimo Principe,
quia nihil propter hoc fuit de nouo vrbi
conceſſum, ſed quod ſuum erat ex debito
iuſtitiæ fuit tributum, ſtante illius pleniſſi-
ma immunitate, cuius vigore inſtabat ciui-
tas apud Catholici Regis Maieſtatem, ab
onere dictarum gabellarum liberari, ex quo
earũ indicio facta in Comitijs generalibus
non potuerat Meſſanam afficere, illaque
quoad vrbem erat contra illius notoria pri-
uilegia, prout fuerat iam declaratum ab
ipſis iudicibus Regijs delegatis. Cuius vr-
bis iuſtitia, illiuſque merita tempore initæ
conuentionis, ac conceſſi priuilegij pende-
bant in ſuprema Regali Curia, ita vt ſi ad
dictam concordiam non fuiſſet deuentum,
Meſſana ſtantibus præmiſſis notorijs priui-
legijs, ac pleniſſimis immunitatibus, ſuper
extinctione dictarum gabellarum, ſuam, re-
121 portaſſet iuſtitiam. Suadet hoc magna il-
lius optimi Principis Philippi Secundi reli-
gio, in cuius ſupremo Auditorio res ipſa
agebatur, qui tanquam alter corporalis
Deus, *ad tradita per Bald.in cap.1.§.final.num.*
24.de probibit.feudi alienation.per Federicum,
Afflict.in prælud.conſtitution.Reg.quæſt.14. &
in rubric.quæ ſiunt Regal.num.16. & lex anima-
ta in terris, vt inquit, *Curt.Sen.in conſ.66. Boſ-*
ſius in tit.de princip.num.9. Alber. Brun.in tract.
de ſtatut.artic.13.num.17.Corſet.in tractat.de
poteſt.Reg.in 4.part.quæſt. 11.num.4. Camil.de
Curt.in 1.part.diuerſ.iur. feud. in §.ſemper, num.

30.*fol.*4. in cuius pectore vti à Deo viuo & immortali electus pro iuſtitia miniſtranda *ad tex.in authent.de armis, in princ. Menoch. in conſ.* 202.*num.* 164.*& conſ.*411.*num.* 20. fons illius indeficiens reſidebat, vt inquit, *Boſſ. vbi ſupra num.*18. abſque alia recompenſatione, cognitis illius negotij meritis, gabellas præmiſſas remiſiſſet ex debito iuſtitiæ, quam infra dentes fatetur, *D.Matute in* 2.*p. ſolution.* 3.*fund. ſub verſic.* Ad quartum reſponderi, dùm conatur diuerſificare eam facti ſpeciem, *in qua Bologn.* tunc conſuluit à terminis noſtris, dùm in ea quærebatur de gabellis impoſitis à Generali Colloquio; at in his tractatur de gabella impoſita à Principe, ſentiens ius & iuſtitiam, quam in ea facti ſpecie Meſſana fouebat, in his terminis non militare: & licèt inferiùs idem D. Conſul. atteſtatur, quòd in ea ciuitas ipſa ſuccubuit: contrarium tamen verius eſt in facto, quia eo tempore pendebant merita, vt ex illo priuilegio perpenditur, & inferiùs illa nunquam de iure petijſſe oſtendetur.

122 Eſt tamen bene verum, quòd D.Corſetus ſub verſicul. Alterum fundamentum, *fol.* 84. *à tergo*, conatur in hoc propoſito, iuſtitiam illarum gabellarum ſuſtinere, ſub prætextu quòd fuerant impoſitæ in comitijs generalibus, in quibus totius Regni interuenit conſenſus, vocata & non comparente Meſſana. Ex quo reſultat, quòd illarum impoſitio potuit præiudicare Meſſanæ
123 quia quod maior pars vniuerſitatis conſtituit, dicitur à tota vniuerſitate conſtitutum, *ad text. in l. quod maior, ff. ad municipal. & cap.*1.*de his quæ fiunt à maior. part. capit.* Nec poteſt minor pars impugnare, quando ſaltem duæ tantùm partes vniuerſitatis in actu interueniunt, & earum maior pars conſentit, *gloſ. in d. l. quod maior, ad tex. in l.* 3. *ff. de decret. ab ordin. faciend. l. nulli, & l. planè, ff. quod cuiuſque Vniuerſit. nomin. l. Decurionum, C. de Decurion. lib.* 10. *Abb. & Canoniſt. in cap. cum omnes, num.* 11. *de conſtitution.* conueniunt & alij ex aduerſo allegati, quibus accedunt, *Ruin. in conſ.* 189. *num.* 5. *vol.* 1. *Cur. Iun. in conſ.* 164. *num.* 37. *Iaſ. in conſ.* 54. *col.* 2. *vol. p. & in conſ.* 140. *col.* 2. *verſic. Item ad hoc, vol.* 4. *Soc. in conſ.* 95. *num.* 7. *vol.* 3. *Roland. in conſ.* 90. *num.* 19. *vol.* 1. *Becc. qui alios citat in conſ.* 163. *num.* 16. *vol.* 2. qui illam ſententiam amplectitur (etſi aliud ſentiat dominus Corſet. vbi ſupra) quòd non ſufficit omnes eſſe vocatos, ſed oportet duas partes ordinis aſſicacitet interuenire, & ſic vniuerſitas ſuperioris authoritate congregatur, iuxta opinionem *Bart. l. omnes populi, in* 2. *quæſt. princip. ff. de iuſtit. & iure, & in d. l.* 3. *ff. de decret. ab ordin. faciend. & in l.* 1. *ff. de alb. ſcrip. quam ſequitur Paul. de Caſtr. in d. l. nulli, num.* 7. *& defendit Dec. contra Abbat. in d. cap. cùm omnes, num. mihi* 11. Super quo non eſſe immorandum arbitror, tùm quia res ipſa habet controuerſiam, ad tradita per *Natt. in conſ.* 1. *num.* 4. *& ante eum per Abbatem in cap. in cauſis, num.* 9. *de elect.* licèt primum ſit magis commune, tùm etiam, quia in ea facti ſpecie res ita ſe habuit in illarum gabellarum impoſitione, quod non eſt neceſſe de hoc quærere, adeò quòd ſubſiſtere videtur fundamentum domini Corſet. quòd gabellæ præmiſſæ legitimè fuerunt tunc impoſitæ à Generali Colloquio, in quo factum à maiori parte præiudicat minori, iuxta prædicta. Sed certè hoc motiuum non eſt nouum, nam eo tempore ex parte Regij fiſci fuit propoſitum, & in eius ſolutione, *Bolog. inſtetit in eius conſ.* 1. *nu.* 22. *cum ſequen.* qui ex multis probat, non potuiſſe Regnum, Meſſanæ præiudicium inferre in impoſitione illarum gabellarum, qua de re tribus modis huic fundamento reſpondetur.

124 Primò, quòd regula illius *text. in d. l. quod maior cum concor.* procedit in his quæ pertinent ad ſingulos, vt vniuerſos: at ſecùs ſi tractatur de his quę ſpectant ad ſingulos, vt ſingulos: quo caſu maior pars vniuerſitatis non præiudicat minori, quia quod omnes tangit, vt ſingulos, ab omnibus debet approbari, nec maior pars diſponit in præiudicium eius, qui non conſentit, *gloſ. in cap. quod omnes, de reg. iur. in* 6. *& in d. c. cum omnes, vbi Felin. num.* 15. *& communiter Canoniſt. gloſ. in l. iuriſgentium, §. hodie tamen. in verb. parte, & ibi DD. potiſſimè Iaſ. num.* 6. *cum ſeq. ff. de pact. per illum tex. in l. per fundum. vbi Bart. & DD. ff. de ſeruitut. ruſticor. præd. l. in concedendo, ff. de aqua pluu. arcend. l. eſt receptum, ff. commun. prædior. cum ſimil.* In qua re nobiſcum conuenit dominus Corſet. dùm *Vincen. de Franc. allegat in deciſ.* 2. licèt in applicatione differimus, dùm ſentit, illarum gabellarum impoſitionem tangere ſingulos, vt vniuerſos, non vt ſingulos, prout nos veriùs vnà cum Bologn. ſupponimus: Mouet, quia onus illarum gabellarum proprium ſingulorum marſupium tangebat, & per conſequens maior pars ordinis eo caſu non po-
125 tuit obligare bona, ſeu patrimonium minoris partis, competens iure proprio, vt indiuidualiter voluit *Imol. in cap. ex parte, & ibid.*

Abb.

Abb.num.4.& 5. de his quæ fiunt à maior. par.
*cap.Lofred.in conſ.*51.quod nec inficiat *Vinc.*
de Franc.in d.deciſ. 2.num.4.& 10. licèt in ea
facti ſpecie, *ſub num.* 11. hoc non conuenire
concedat, nempè res ipſa tangit ſingulos,
quando ſinguli de vniuerſitate in proprio
marſupio commodum, vel incommodum
126 ſentiunt, vt tradunt DD. de ciuibus qui
non poſſunt in cauſa vniuerſitatis depone-
re, quando effectus cauſæ proprium ipſo-
rum ciuium tangit marſupium, ea ratione
adducti, quia tunc negotium tangit ſingu-
los, vt ſingulos, & cenſentur in cauſa pro-
pria deponere. At vbi commodum & in-
commodum tangit principaliter vniuerſi-
tatem, non proprium marſupium ciuium,
tunc ciues admittuntur, quia negotium
ſpectat ad ſingulos, vt vniuerſos, *Bart. in l. in*
tantùm, §. vniuerſitatis, ff. de rerum diuiſ. Alex.
in conſ.68.num.14.& 17.vol.2.& in conſ.99.
num.15.vol.5.Canoniſt. in cap.inſuper, & ibid.
Dec.num.mihi 6.& 7.extra de teſtib.Couar.præ-
ctic.quæſtion.cap.18. Dec.in conſ.342.num.4.
Afflict.in deciſ.400.num.1.cum ſequen.Capic.in
deciſ.152.nu.4.Menoch.de arbitr.iudic.caſ.106.
in 2.& 3.caſ.num.4.& 13.Petr. Surd. in conſ.
28.num.41.& in conſ.65. num. 8.vol.1. Nec
refert, ſi replicetur, hoc verum eſſe, ſi ciui-
tas interueniſſet in dictis comitijs generali-
bus, quo caſu non potuiſſet maior pars præ-
iudicare illi ciuitati diſſentienti. At ratio-
ne contumaciæ eius vox cenſetur, alijs in-
teruenientibus applicata, & per conſequens
videtur conſenſiſſe, & ſibi præiudicium pa-
raſſe: nam quod attinet ad aſſertam con-
tumaciam, & ſucceſſiuè ad prætenſum præ-
iudicium, optimè diluitur à *Bolog. vbi ſupra*
num.29.30.& 31. cuius dicta aliquo ſupple-
mento non indigent.

127 Secundò reſpondetur, quòd non potuit
Regnum præiudicium inferre Meſſanæ, non
obſtante regula *d.l.quod maior*, ob immuni-
tates ei competentes, non ſolum vigore ca-
pitulorum Regni, ſuper quibus Bologn. eo
tempore fecit fundamentum, de quo ordi-
ne ſuo inferiùs dicetur, ſed particularium
priuilegiorum ipſius vrbis, ex quibus Meſ-
ſana ob omni onere, ſubuentione & gabel-
la, eſt immunis & exempta, vnde licèt Re-
gnum impoſuerit gabellas prædictas, non
ideò potuit Meſſanæ exemptæ præiudicium
inferre, conueniunt *deciſ. Guid. Pap. quas re-*
cenſet Bologn. ſub num. 27. verſ. Et pro iſta opi-
nione, per quas oſtendit, quòd per ſubuen-
tiones, quæ fiunt in Delphinatu per vniuer-
ſitates de conſenſu ſuperioris, non poſſunt
grauari exempti, vt ipſe tradit *in deciſ. 376.*
cum multis ſequent. a Bolog. relatis, ad cu-
ius rei confirmationẽ facit ratio illa, quàm
in ſuo propoſito tradit *Menoch. in conſ. 426.*
128 *ſub num.38.cum ſequen.* Nam in his, quæ ſunt
grauis præiudicij, quale eſſet illud, vt ciui-
tas exempta ſubijceretur ſeruituti illarum
gabellarum, non ſufficit, quòd maior pars
vniuerſitatis conſentiat, *ex l. ſi quis hac lege,*
§.quoties, ff. qui & à quib. per quem tex. ſic limi-
tant Doctores regulam dict. l. quod maior, præſer-
tim Iaſ. poſt Ruin. Angel. & Rom. in d.l. iuris gen-
tium, §. hodie tamen, ſub num.8. in 13. limitat. ff.
de pact. Dec. in d.cap. cum omnes, ſub num. mihi
6. verſ. Dominus Andr. & Gomez. in §. item ſer-
uiana, nu.41. in fin. inſtit. de action.

129 Tertiò & vltimò, fundamentum prædi-
ctum poteſt euitari, vt ipſemet D. Corſetus
animaduertit, ob priuilegium Regis Alfon-
ſi in Eulogio præſentatum, in quo ſpeciali-
ter conceditur Meſſanæ, quòd maior pars
ordinis in colloquijs Regni nõ poſſit ei præ
iudicium inferre, nec aliqua concluſio, aut
deliberatio in eis ſumpta, eam liget, niſi
eius Syndicus legitimè conſtitutus expreſsè
conſentiat: & ideò ſtante ſpeciali priuile-
gio ſumus in claris, quòd generalis regula
d.l.quod maior, non trahitur ad caſum in quo
aliud ſpecialiter eſt prouiſum, *ad tex. in l. ſan-*
ctio legum, ff. de pœnis, & in c. generi. cum ſimil.
de reg. iur. in 6.

Sed non omittimus, quòd D. Corſetus
hoc ex duobus diluere conatur: quorum
alterum eſt, quòd cum illius priuilegij vi-
gore non aſſentiendo Meſſana, obligationes
ad quas de iure tenetur, euitat, atque inde
totum onus à cęteris regnicolis ſuſtinetur,
vtique tale priuilegium vti alteri nociuum,
iniuſtum & iniquum, non valet, *ad text. in l.*
nec auus, C. de emend. libe. l. reſcripta, & l. nec dam
noſa, C. de precib. Imper. offeren. cum ſimil. Alte-
rum verò eſt, quòd licèt gabellæ prædictæ in
comitijs generalibus impoſitæ, Meſſanam
non afficerent, ſtantibus prædictis: tamen
de his meritis tempore conceſſionis priuile-
gij nouiſſimi non erat ampliùs tractandum,
quia iam perierant, ſtante alio eiuſdem Re-
gis Alfonſi priuilegio: in quo cautum erat,
quòd facta declaratione contra priuilegij,
debebat fieri cõſultatio cum ſua Maieſtate
infra menſem, & deinde elapſis quatuor
menſibus, nec habita reſponſione à Rege
ſuper conſultatione facta, iuſſio, reſcriptum,
aut mandatum, executioni mandabatur,
non obſtante declaratione prædicta, prout
ſupponitur in facto fuiſſe gabellas prædi-

ctas executioni demandatas, ſtante lapſu
quatuor menſium, vigore literarum ſuæ C.
M. iuxta diſpoſitionem dicti priuilegij. Ex
quo reſultat, quòd quidquid ſit de meritis,
gabellæ tamen prædictæ tunc ſubſiſtebant
pro Regia Curia, ita vt earum extinctio fa-
cta in dicto priuilegio nouiſſimo videatur
conſiderabilis, & conceſſio efficax.
131 Sed re diligenter perpenſa, prædictis re-
plicare facile eſt. Vnde non obſtat prima
reſponſio fundata in dicti priuilegij iniqui-
tate, ſeu iniuſtitia: nam aut illa conſidera-
tur ex eo, quòd Meſſana eximitur ab illa iu-
ris diſpoſitione, de qua *in d. l. quod maior*, &
proptereà illud tanquam contra ius reddi-
tur iniquum *ad textum in l. final. C. ſi contra ius
vel vtilit. public. & in d. l. nec damnoſa, & d. l.
reſcripta, C. de precib. Imper. offer. & l. iubemus
nullam. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Aut conſideratur
ex eo, quod inde reſultat, vide licèt præiu-
dicium totius Regni, ad quod totum onus
pertinet, data exemptione iſta, & ideò non
valet, quia continet iniquitatem, *gloſ. in cap.
reſcripta, 25. quæſt. 2. Apont. de poteſt. Proreg.
in tit. de tract. num.* 32. vti præiudiciale alte-
rius, *ad tex. in l. quoties, C. de precib. Imper. offe.*
Vtrumq; enim videtur implicare D. Corſ.
in hac ſua prima reſponſione. Verùm in
vtroquè ceſſat prætenſa iniquitas & iniuſti-
132 tia. Nam quoad primum non redditur
iniquum priuilegium, ex eo quòd ſit contra
ius, cùm ex ſui natura ad illud emanat, vt
deſcribendo dicunt *DD. Abb. in cap. olim, de
verb. ſign. Abb. & Canon. & ibidem Rip. num.
19. in rub. extra de reſcr. Hoſtien. in ſumm. de pri-
uil. in princ. Bart. in l. 1. ff. de iuris & fact. ignor.
& in d. l. fin. C. ſi cont. ius vel vtilit. public. & in
l. ſi finita, §. ex hoc edicto, ff. de damn. infe. Alex.
in l. quia tale, in princ. ff. ſolut. matrim. Iaſ. in l. fin.
num. 17. ff. de conſt. Princ. Dec. in conſ. 32. num.
5. Natt. in conſ. 163. num. 3. & Petr. Surd. in
conſ. 140. num. 13. vol. 1.* quod in ſuo propo-
ſito animaduertit *Bolog. ſub num. 69. verſ. in
priuilegijs*, qui diſtinguit priuilegium à re-
ſcripto, quod emanat ſecundùm ius, & ad
iuris communis obſeruationem, ad tradita
*per Doctor. Vbi latè diximus in rubr. extra de re-
133 ſcrip.* Prætereà, nec dictum priuilegium Re-
gis Alfonſi eſt contra ius, ſub prętextu quòd
in eo conceditur, quòd maior pars non præ-
iudicat Meſſanæ, contra regulam *d. l. quod
maior*, nam vt dictum eſt, illa locum habet
in his, quæ fiunt ab vniuerſitate, quæ tan-
gunt ſingulos vt vniuerſos, non autem vt
ſingulos, prout tangunt gabellarum impo-
ſitiones, quæ fiunt pro Regij donatiuis in
comitijs generalibus: quo caſu maior pars
non præiudicat minori, ſed omnium requi-
ritur conſenſus, *iuxta gloſ. in d. c. quod omnes, de
regul. iur. in 6. & in cap. cum omnes, cum concor.
de conſt.* Et tantò magis in terminis illius
priuilegij, in quo illud conceditur, ne con-
cluſiones quæ fiunt in colloquijs generali-
bus, tendentes contra priuilegia Meſſanæ,
eam ligent nec afficiant, niſi aſſentiat Syn-
dicus legitimè conſtitutus, quod ſecundùm
134 ius procedit. Nam *text. in d. l. quod maior*,
non habet locum, quando agitur de aufe-
rendo alicui ius ſuum; quo caſu, quia quod
geritur, derogat iuri particularium, nec eſt
æqualiter generale, ſingulorum conſenſus
requiritur, *gloſ. in l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.
Angel. in conſil.* 270. Viſis & examinatis,
*verſicul. Secundò principaliter, Felim. in dicto
cap. cum omnes ſub num. 18. verſ. 10. accedit Me
135 noch. in conſ. 426. num. 40. vol. 5.* Qua de re ex
his liquet, quòd non bene ſubdit D. Cor-
ſet. qui ait, quòd Rex non cenſuit per illud
priuilegium, à nexu obligationis legalis di-
ſponentis maiorem partem prȩiudicare mi-
nori, Meſſanam eximendam eſſe in præiudi-
tium totius Regni, tum quia ex tenore pri
uilegij contrarium colligitur: & ideò in cla-
ris non oportet incedere per coniecturas, *l.
ille aut ille. §. cum in verbis, ff. delegat. 3. l. con-
tinuus, §. cum ita ff. de verb. obligat.* Nec indige
mus gloſa, *Socin. in conſ. 13. nu. 38. vol. 1. & in
conſ. 9. num. 10. vol. 3. Roland. in conſ. 80. num.
51. vol. 3.* Nec in caſu legis cadit difficul-
tas, aut dubitatio, *gloſ. in l. ancillæ, C. de furt.
Dec. in conſi. 492. in fin. Crauet. in conſ. 273. num.
7. Becc. in conſ. 14. num. 28. & in conſil. 112. in
136 fin. Vol. 1. & Surd. in conſil. 53. num. 6.* Tùm
etiam, quia illud priuilegium concurrit po-
tius cum iure communi, & ideò illud tan-
quam legitimum, præſumitur Principem
cenſuiſſe, *Doct. in l. digna vox per illum textum,
C. de legib. Bald. in cap.* 1. apud quem, vel apud
quos, *Rolan. in conſ. 86. num. 58. vol. 1. cum con-
cord. traditis à Domino Reg. Tap. in rub. ff. de con-
ſtit. princip. cap. 2. num. 1.* quibus accedit, *Me-
noch. in conſ. 411. num. 15. & in conſ. 1156. num.
1.* & tantò magis illud cenſuit princeps re-
torquendo argumentum, ne aliàs ex con-
cluſione facta in Colloquijs generalibus ge
neretur præiudicium Meſſanæ in eius iuri-
bus, ac priuilegijs, quibus nunquam inten
137 dit princeps præiudicium inferre. *l. 2. §. me-
rito, & §. ſi quis à principe, ff. ne quid in loco pu-
blic. cap. ex tuarum de aucto. & vſu pal. cap. ſu-
per eo de offic. deleg. Felim. in cap. cauſamque in
verb. interpretatio de reſcript. Dec. in conſ. 11. nu.*

E C 4. &

4.& in conſ. 271.& conſ.606. nu.17. Curt. Iun,
in conſ. 88.num.8. Marſ. in ſing. 440. Alciat. de
præſump. reg. 3. præſumpt. 11. Socin. Iun. in conſ.
77. nu.26. vol. 1. Iaſ. in conſ. 10. num. 36. vol. 1.
Menoch. in tract. de arb. iud. quęſt. 9. nu. 11. Rimi
nal. Iun. in conſ. 6. nu. 68. vol. 1. & Ioan. Franc.
138 Apout. conſ. 59. num. 35. Pariter nec redditur
iniquum, & iniuſtum illud priuilegium Re
gis Alfonſi, ſub prætextu quòd non com-
prehenſa Meſſana ſub concluſionibus collo
quij generalis, totum onus ſuſtinetur ab a-
lijs recognicolis, de quorum agitur præiudi
cio, ſuper quo hic non inſiſtimus: nam hoc
implicatur in eo, quod ex aduerſo deduci-
tur, quòd hæc immunitas, qua lætatur Meſ
ſana, ſuffragari pro ea non debet, ex quo
cæteri vaſſalli læduntur, de quo ordine
ſuo inferius dicetur in 3. parte, num. 182.
Sed ne, quod attinet ad gabellas prædictas
omittatur, hoc inſinuare ſufficit, quòd ſe-
139 cundum naturam rei, nullum in ea facti
ſpecie reſultabat præiudicium regnicolis,
(non comprehenſa Meſſana ſub dictis ga-
bellis) in quibus ex vnius exemptione non
reſultat præiudicium alterius; nec quod
detrahitur ab vno, ratione immunitatis,
accreſcit alteri, vt dicebat, Bolog. in eius conſ.
1. num. 100. verſ. 3. etiam, pro quo facit, quia
agebatur de certo vectigali impoſito cuili-
bet: & ſic diuiſo per capita, quo caſu vnus
non tenetur pro alio, ſed vnuſquiſque onus
ſuum portat, & quod detrahitur ob immu-
nitatem, cedit in damnum Regiæ curiæ, ad
quam commodum illarum gabellarum
pertinebat, Bart. in l. 2. ſub nu. 3. verſ. aut con-
ſiſtit. C. de apoc. pub. lib. 10. Felin. in cap. acceden-
tes num. 18. de præſ. & Franc. Marc. in deciſ. 457.
ſub num. 26. vol. 1. cum concord. ſuo loco traden-
dis, inf. in 3. par. num. 201. cum ſeq. adeò quod
hæc aſſerta iniquitas, propter quam cona-
tur euitare dictum priuilegium Dominus
Corſet. non militat.

Non obſtat alia reſponſio, dum hæc for-
tè præſentiens D. Corſet. inquit, quòd me-
rita circa iuſtitiam, vel iuſtitiam dictarum
gabellarum, iam perierant tempore nouiſ-
ſimi Priuilegij, quia per lapſum quatuor
menſium, vigore priuilegij mentionari Re-
gis Alfonſi, gabellæ prædictæ legitimæ ſub-
ſiſtebant pro Regia Curia, nam quoad di-
ctum priuilegium duo occurrunt pro repli-
140 catione. Primò, quod licèt ita in dicto pri-
uilegio cautum erat, ſtylus tamen, & vſus
immemorabilis aliter ſe habuit, nam facta
declaratione, & redutione ad priſtinum iux
ta formam alterius priuilegij Regis Alfon-
ſi, de quo in eulogio Venetici in ſupremo
Italiæ conſilio introducto fol. 165. numquã
fuit habita aliqua conſultatio, prout ex fi-
de, & relatione negatiua magiſtri notarij,
141 tum Curiæ ſtraticotialis, tum etiam officij
Senatus, coarctatam ad certam ſcripturam,
in qua ſolent literæ conſultationis regiſtra-
ri, apertiſſimè conſtat, ex qua, negatiua iſta
ſic coarctata, redditur probabilis, ad tex. in
cap. quoniam contra, & ibi Doctores, extra de
probat. Bart. in l. fin. per illum textum, C. de reb. cre
den. idem Bart. in l. Titiæ teſtores, in 2. notabil. ff.
delegat. 1. & in l. 2. C. de error. aduocat. vbi vo-
luit, quod ex inſpectione teſtamenti, vel
matriculæ probatur negatiua, quòd non
fuerit legatum, vel aliquis non ſit de colle-
gio, Imol. in conſ. 110. in cauſa, quæ vertitur
142 in principio, vbi inquit, quòd ex actis pro-
batur defectus citationis, ſi eis perquiſitis,
illa non apparet, Dec. in conſ. 483. num. 4. &
5. Bald. in l. ſi contra, C. de appellation. Alex. in
conſ. 123. col. 3. vol. 1. & in conſ. 95. in princip.
vol. 6. Aimon. Crauet. de antiq. tempor. in 2. par.
verſ. ex præmiſſis num. 53. Vant. de nullit. in tit. à
quo, & à quibus, num. 12. Maſcard. de probation.
in concluſ. 1110. num. 11. vnde cum ita ſe ha-
buerit ſtylus, & vſus immemorabilis, prout
conſtat ex dictis fide, & relationibus nega-
tiuis ab anno 1444. & non ante, quia libri
ob vetuſtatem erant conſumpti, vt magiſtri
notarij atteſtantur, vt ique ille vſus, ac im-
memorabilis ſtylus obtinet vim priuilegij
143 pro vrbe Meſſana: tum quia varijs Princi-
pum, ac Regum priuilegijs confirmatur,
prout in ſpecie Carolus Quintus ex cer-
ta ſcientia confirmauit; tùm etiam quia il-
lud de iure procedit, ad tex. in l. hoc iure, §.
ductus aquæ, ff. de aqua quot æſtiu. cap. ſuper qui-
buſdam, §. præterea de verb. ſignific. Bald. in conſ.
49. vol. 1. Aymon. Crauet. in conſil. 10. num. 11.
vol. 1. Socin. in conſil. 181. colum. penult. volum.
1. Afflict. in cap. 1. §. ſi quis per triginta nu-
mer. 10. ſi de feud. fue. controu. inter domin. &
agnat. Alex. in conſ. 6. col. 2. in princ. volu. 1. &
in conſ. 35. col. 2. volum. 2. & in conſ. 78. nu. 3.
& 11. vol. 6. Dec. in conſ. 586. num. 2. Balb. de
præſcript. in 2. part. 5. part. princip. quæſtion. 6.
num. 2. & Roland. in conſil. 66. numer. 4. vol. 2.
144 Hinc eſt, quod omnia, quæ poſſunt acquiri
priuilegio, quæruntur etiam ex conſuetu-
dine, & præſcriptione immemorabili, Abb.
in cap. cum contingat ſub num. 21. & ibid. Felin.
ſub num. 2. Dec. & alij de for. compet. Bald. in re-
petit. l. 1. num. 10. C. de emend. libero. Alb. in conſ.
64. num. 48. cum concord. traditis à Peregr. de
iur. fiſc. lib. 1. tit. 2. ſub 61. acce Rodolfin. de
abſol.

Digitized by Google

145 *abſol.princ.pot.cap.2.num.13.* Quod vendicat
ſibi locum, etiam in regalibus reſeruatis
Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, in
quibus conſuetudo immemorabilis obti-
net vim priuilegij, & per eam illa acquirun
tur, non minus quam per priuilegium, *Ant.*
de Butr.& Can. in cap.fin.extra de conſuet. Iaſo.
in l.de quibus ſub nu.45. ff. de leg. Cranet in conſ.
96.col.penult.vol.1.& in tract.de antiq.temp.in
4.part.4.part.princ.quæſt.2. Alb.in conſ.62.nu.
34. Socin.iunior conſ.76. num.86.cum ſeq. vol.
1.Couarruu.in cap.poſſeſsor in 2.par.§.tert.nu.3.
de reg.iur.in 6.Menoch.in 2.reſp. cauſ.fin.nu.71.
& 72. Peregrin.vbiſupra, qui alios citat.nu.64.
& Rodolfin.in loco præcit.Maſcard.in cõcluſ.424.
num. 40. & Aroſen. de feud.cap.5. conclus.16.
146 *num.3.vol.1.* Qua de re ex his reſultat, quòd
cum illa lex adiecta in dicto priuilegio Re-
gis Alfonſi non fuit vſu recepta, nullam vim
ligandi habuit, *gloſ.in cap.erit autem 4.diſtin.*
Abb.& Felin.poſt.gloſ.in c.1.de treg.& pac Ale
xander in conſ.132.col.1.vol.1.Dec.in conſ.162.
col.fin.latè Socin. iun.in conſ.32.num.44.& in
conſ.126. num.25.lib.3. Rolan.in tract.de lucr.
dot.quæſt.99.& in conſ.90.num.53.vol.1.Me-
noch.in conſ.1003.nu.33. Quinimò ita in du-
bio præſumi aliquorum fuit ſententia, prout
indiuidualiter de priuilegijs voluit, *Ber-*
trand.in conſ.149. num.2.lib.1.& alibi, vt citat
Menoch.qui iſtud proſequitur in tract.de præſump.
147 *lib.2.præſum.2.* Et hac de re in nouiſsimo pri
uilegio in 4.capit.illius concordiæ aſſeritur
quòd dicta ciuitas Meſſana prætendebat ex
cauſis expreſſis ſuę Catholicę Maieſtati non
teneri ad obſeruantiam dicti priuilegij Re-
gis Alfonſi, de cuius iuribus patet in eulo-
gio confectò, dum literæ ſuæ Catholicæ Ma-
ieſtatis, Madriti die xij.menſis Maij 2576.
emanatæ pro executione dictarum gabella-
rum, ſtante lapſu quatuor menſium fuerunt
allegatæ, & declaratæ contra priuilegia, de
menſe Decembris eiuſdem anni, vt ex decla
ratione, cuius copia in hoc eulogio eſt præ-
ſentata, apertiſſimè liquet.

148 Secundò, pro replicatione occurrit, quòd
dato, quod priuilegium Regis Alfõſi fuiſſet
vſu receptum; non tamen valet conſequen-
tia, quòd per lapſum quatuor menſium, &
facta executione dictarum gabellarum, me-
rita negotij principalis perierunt, & quòd
ideò tempore nouiſſimi priuilegij gabellæ
prædictæ erant irreuocabiliter Regiæ Curiæ,
& ampliùs Meſſanenſium priuilegijs non ſu-
biacebant, vt dominus, *Conſer.atteſtatur.fol.*
90.verſ.ex bis itaq: Nam illa executio, quæ fa
cienda erat illius priuilegij vigore, non tol-
lebat merita negotij principalis, ſed tantum
reſpiciebat rei poſſeſſionem, ſeu quaſi, qua
aſſecuta, omnium meritorum iura inuiola-
ta remanebant, *ad tex in l.1.C.ſi de nomen.poſ-*
ſeſ. Vnde de poſſeſſione ad merita principa-
lia ex lapſu quatuor menſium, non rectè in-
149 fertur, quia hæc nihil commune habent, *l.*
naturaliter,§.nihil.commune,& ibi, D D.cum ma
teria ſua ff.de acq.poſſ.conuenit.ut tradita à Cano-
niſ.in cap.cùm dilectus, de cauſ poſſeſ.& propriet.
& in capit.vemens, vbi Imol.num.11.Abb.nu.
26.& Pariſ.n.29.de preſcr.Bald.in l.ſi de vi col.
1.verſ.Sed numquid.ff.de iudic.Salicet.in l.incer-
ti col.9.verſ.quæro ab extra C.de interd.quibus ac
cedit Menoch.de retin.poſſ.remed.3.nu.808. Ita
que dùm Rex Alfonſus mandabat, quòd
elapſo quatrimeſtre, nec habita reſponſione
fieret executio, non propterea peremptorias
exceptiones remouebat, ſed tantum ſuſpen-
debat ad hunc effectum, ne earum vigore im
pediretur executio mandati, *ad tex.in l.quo-*
ties C.depre.imp.offe. Cæterum, executione fa
cta, merita erant diſcutienda, prout fieri ſo-
let in executiuis, in quibus, facta executione,
150 merita in cauſa oppoſitoria diſcutiuntur,
prout in terminis Regiæ pragmatice, *decenſ.*
tradit Foller.in dict.reg.prag.in verſicul.quæ qui-
dem executio Intrigl..ſuper Bulla, quæſt.14.num.
151 *4.& quæſt.46.num.23.* Sicut etiam fieri ſolet
in caſu, in quo quis prohibetur, appellare,
prout in decreto aſſiſtentiæ, eſt prouiſum in
Regno Neapolitano, vigore Reg. pragm.
aſſiſtentiã, vel in cauſis minimis infra duas
vncias vigore, *Rit.257.* in quibus caſibus fa-
cta executione, merita principalia diſcutiun
tur, *Afflict.in deciſ.261.*

152 Quod etiam verùm eſſe in terminis illius
priuilegij, oſtenditur ex clara ſuę Maieſtatis
voluntate, nam dùm mandauit per ſuas Re
gias literas in hoc eulogio præſentatas, ac
expeditas de menſe Iunij 1565. ſuper prima
impoſitione dictarum gabellarum, quòd
ſtante lapſu quatuor menſium, exequeren-
tur dictæ gabellæ, vtitur his verbis: Antes de
entrar en la diſcuçion de ſus priuilegios, pro
ueays ſe execute, y cumpla, &c. Ex quibus
verbis innuit merita principalia non perire,
ſed remanere intacta diſcutienda poſt execu
tionem, quam illorum diſcuſſionem pręcede
re voluit, quod pariter declarauit Excel. Do
mini Proregis, cui eo tempore cùm fuiſſet
ſupplicatum ex parte vrbis, ne procederet
ad executionem dictarum literarum, fuit ex
parte ſuæ Excel. in calce ſupplicationis in
eulogio præſentatæ reſponſum, quod ſtetur
prouiſis, quoad executionem gabellarum;
ſed

ſed quoad merita negotij habeatur recur-
ſus ad S. C. Maieſtatem, prout idem dom.
Corſet. facti ſpeciem referens fol. 5. illius de
creti verba inſerit Vnde valde mirãdum eſt
de tanto viro, qui illius nunc oblitus, tam
aperto ore atteſtatur quòd, quicquid ſit de
meritis iuſtitiæ impoſitionis dictarum ga-
bellarum ante lapſum quatuor menſium, in
ſpecto tamen tempore priuilegij nouiſſimi,
gabellæ erant irreuocabiliter Regiæ Curiæ,
cum potius ex præmiſſis patet ex aperta vo-
luntate Principis, quòd merita, per lapſum
quatuor menſium, & facta executione ga-
bellarum, non perierunt, & ſic gabellæ non
erant effectæ irreuocabiliter Regiæ Curiæ,
vt aſſeritur, ſed potiùs earum metita Meſſa-
nenſium priuilegijs ſubiacebant, quorum
diſcuſſio in ea facti ſpecie iam pendebat in
Regali Curia, vt patet per alias Regias lite-
ras in eulogio præſentatas, & expeditas de
menſe Auguſti, necnon & ex eodem met pri
uilegio nouiſſimo, ex cuius tenore, liquet,
quòd Ciuitas inſtabat eo tempore ex for-
ma ſuorum priuilegiorum ab onere dicta-
rum gabellarum liberari. Vnde verius eſt,
quòd à nobis traditur, quòd priuilegium
Regis Alfonſi per lapſum quatuor men-
ſium, merita principalia non tollebat, &
ſic non valet conſequentia deſuper facta,
quòd per executionem impoſitionis, illa-
rum merita perierant, & gabellæ irreuaca-
biliter erant Regiæ Curiæ. Ex quibus pa-
tet, quòd abſque fundamento (ſalua reue-
rentia tanti viri) loquens de hac re Domi-
nus Colſul. Matut. inquit, quòd per lapſum
illius temporis ſententia iudicum (vt eius
terminis vtamur) ipſo iure, ipſoque facto
reuocatur. Ex quo nobis datur intelligi,
quòd illud priuilegium Regis Alfonſi præ
manibus non habuit, & quòd deterius eſt,
ſubdit, quòd tempore illius priuilegij lapſa
erant fatalia, non aduertens, quod ſi fata-
lium lapſus daretur, hoc ſecundum iuris ter
mino, ſuffragaretur pro Meſſina, quę tũc ha
bebat declarationem contra priuilegia pro
ſe, quæ per lapſum fatalium feciſſet tranſi-
tum in rem iudicatam, *iuxta gloſ. in l. p. C. de*
ſent. pref. preto. qua citat Afflict. in deciſ. 78. num.
2. licèt ipſo ſcio, quòd in ſupremo Principis
153 auditorio non datur inſtantia, *Bal. in conſ.*
217. *in fin. num. 5. vol. 3. qui allegat tex. in auth.*
Sed & lis, *C. de temp. appel. repetita in cap. ex in-*
ſinuatione de appel. & canonizata in cap. anterio-
rum, §. ſed hoc ſancimus, 2. q. 6. Venuſ. in prac. in
5. par. num. 15. Aſin. in pract. iudic. in tit. de in-
ſtan. cap. 3. num. 28. quem refert & ſequitur
Menoch. in conſil. 790. num. 8. volumin. 8. Nec
currunt fatalia in Senatu, ſeu principis au-
ditorio, *Archi. in d. §. ſed hoc ſancimus*, qui ait,
quod in conciſtorio Principis non currit
tempus anni, vel biennij, & maximè non
data negligentia, vt in ea facti ſpecie, in
qua ſemper inſtetit Meſſana pęnes Regem,
Angel. in d. auth. ſed & lis, relatus ab Alex. in
conſ. 19. ſub num. 3. vol. p. Ioan. de Ana. in conſ.
p. num. 4. Afflict. in deciſ. 78. num. 4. Capic. vnico
verbo, in deciſ. 109. nu. 5. quia dicunt, quod in
reclamatione in Sac. Conſ. non currunt fata
lia, ſed videndus eſt, *Gram. in deciſ. 13. in fin.*
Itaquè, vt vltima primis correſpondeant,
oppoſitis non obſtantibus, in dicta gabella-
rum extinctione non eſt illud fundamen-
tum faciendũ, quod ex aduerſo traditur, cũ
illa, ſtãte notoria vrbis immunitate, de iure
erat debita, illamque, circumſcripto nouiſ-
ſimo priuilegio, à ſumma illius optimi
Principis iuſtitia, per iuris terminos tan-
dem obtinuiſſet.

154 Secundò, principaliter in propoſito eo-
rum, quæ conceſſit ſua Catholica Maieſtas,
in dicto nouiſſimo priuilegio, non eſt fa-
ciendum fundamentum in confirmatione
priuilegiorum, & præſertim pleniſſimæ im-
munitatis, nam in ea illud feciſſe Regem
conſiderandum eſt, quòd optimo, ac om-
nium iuſtiſſimo Principi conuenit, cuius
proprium eſt iura, ac priuilegia conceſſa
confirmare, vt poſt *Crau. in conſ. 908. num. 1.*
atteſtatur Bec. in conſil. 129. num. 108. vol. 2.
155 Nec propterea ſequitur, quòd immunitas,
& alia priuilegia ibidem confirmata dicun-
tur à ſua Catholica Maieſtatæ in dicto no-
uiſſimo priuilegio conceſſa, quandoquidem
cum dicta priuilegia, ac immunitates ſub-
ſiſtebant, vt in ſecunda parte ordine ſuo di-
cetur, illorum confirmatio, noua non dici-
tur conceſſio, *ad tex. in l. ſi donata, §. 1. ff. de*
don. int. Vir. & vxor. l. more maiorum, vbi Iaſ.
hoc ponit pro regula, quòd qui ita confir-
mat, non dicitur dare *ſub num. 26. ff. de iuriſ-*
dict. omn. iud. qui ad confirmationem allegat
Bald. in l. ex placito col. 3. C. de rer. permut. & in
cap. cùm contingat col. 3. de iur. iur. vbi voluit,
quòd ſi Papa confirmat ſtatuta alicuius lo-
ci valida, non per hoc illa dicuntur ſtatuta
Papalia, ſicut nec dicitur excommunicatio
Papalis, quæ lata ab Epiſcopo, à Papa con-
firmatur, vt inquit *Bald. in proœmio Decreta-*
lium ſuper verb. pacificus, notat gloſ. in cap. per-
156 *ceptis in verb. nouum, 12. diſ.* Vnde aliud eſt
dare, & aliud eſt confirmare, *cap. inter dile-*
ctos, §. cæterum in fin. vbi Felin. hoc ponit pro reg.
num.

Digitized by Google

num.13.de fid. inſtr. nota.in cap. veniens,§. nec
obſtare,de præſcrip. Bal.in cap. 1.in tit.qui ſucce.
*tene.*Conueniunt tradita à *Cano.in rub.& ibi-*
dem Dec.extra de conf.vtil.Vel inutil. Pariſ.in
conſ.3.num.87. vol. 4. quod indiuidualiter
procedit in confirmatione priuilegiorum
facta à principe,qui confirmando priuilegia
antiqua valida, non dicitur illa donare, vt
notat *gloſſ. ſing. per illum textum in l.ex verbis*
in verb.cui, & ibidem Bald. C.de donat.inter vi-
rum & vxorem, Iaſ.in d.l.more maiorum ſub nu.
30.ff.de iuriſ.omn.iud.& Pariſ.in conſ.19.num.
157 *45.vol.1.* Solet enim confirmatio ex certa
ſcientia, qualis fuit illa, quæ fit in dicto no-
uiſſimo priuilegio, tunc tribuere nouum
ius, quando illud, quod confirmatur, eſt in-
ualidum, quo caſu confirmans dicitur dare,
vt deduximus *ſup.in 1.ſuppo. num. 24. & 25.*
& confirmatio tunc dicitur noua conceſſio,
158 vt poſt *Iaſ.Alexand.Barba.Dec. & Roland. di-*
ximus vbi ſupra num.26. licèt alias ſi informa
communi fuerit facta confirmatio, nihil
tunc operatur. *Oldral. in conſ.164.* Viſo pri-
uilegio, *Abb.in conſ.62.col.2.vol.1.Dec.in conſ.*
142.ante num.7.Can.in cap.1. & ibid. Dec. qui
concor. allegat num. mihi 5. de confir. vtil. vel
inutil.Pariſ.in conſ.50.vol.3.Bald. & Sal.in d.l.
ex verbis C.de don.inter vir.& vxor.

159 Nec iſta collatio conceſſionis priuilegio-
rum, & immunitatis,reſultat ex noua illa
conceſſione facta in dicto priuilegio. Nam
per illam nouam conceſſionem ad vberio-
rem cautelam Meſſanæ factam, non fuit ali-
ter derogatum antiquis priuilegijs, *Bart.in*
l.fin. C.de prepo. agen. in reb. lib. 12. vbi ait,
quòd nunquam per conceſſionem noui pri-
uilegij,ſublata intelliguntur antiquitus cõ-
ceſſa, *Menoch.conſ.85.num.114.vol.1.*conue-
nit quod de pacto inquit *Pariſ.in conſ.78.nu.*
17.vol.3. quòd expreſsè ſentit Meſſana in
3.cap.illius concordiæ, vbi tractatur de hac
noua conceſſione priuilegiorum, quam vo-
luit obtinere,non derogatiuè,ſed conforta-
tiuè,& cumulatiuè aliorum priuilegiorum,
& ad vberiorem cautelam;qua de re illa di-
ci non poteſt abſolutè noua conceſſio, vt ex
ea argui in hac facti ſpecie poſsit, quòd
quantitas collata à Meſſana non æquiua-
let: Satis enim abſurdum eſſe arbitramur,ſi
illud, quòd Meſſanæ fuit conceſſum ad eius
iuris antiqui vberiorem cautelam, ius ip-
ſum antiquum deſtrueret, ſic enim inducta
160 in fauorem, in odium retorquerentur con-
tra vulg. vnde inducta in augmentum, di-
minutionem operari non debent, *l.legata in-*
utiliter ff. de legat.1. l.legata ff.de adm. vel tranſ.
legi.l.qui hominem ff.de ſolut.l. cum tale,§.fin.ff.
de condit.& demonſt.l.ſi mancipia,ff.de fund.in-
ſtr.cap.inter corporalia de tranſ. prælat. cap.cum
dilectus cum ſimil. de ordin.cogni. Socin. in conſil.
38.num.2.vol.1.Ruin.conſ.18.num.8.vol.1.&
in conſ.96.nu.2.eod.vol.Soci.Iun.in conſ.189.
num.19.vol.2. Roland.in conſ.36.num.9.vol.
4. & in ſpecie illa conceſſio inducta ad con-
ſeruationem antiquorum priuilegiorum,
non debet operari eorum diſſolutionem
idem Rolan.in conſ.70.nu.46.vol.3.

161 Tertiò principaliter, quod fertur fuiſſe
conceſſum in præmiſſo priuilegio,non eſt il-
lius ponderis, vt ex aduerſo ſupponitur,
dum traditur, quòd illius vigore fuit alte-
rata forma, circa conſultationes in mate-
ria contra priuilegia, tradita in priuilegio
Regis Alfonſi, quo attento, facta conſulta-
tione infra menſem, & non habita reſpon-
ſione infra quatrimeſtre, exequebatur man
datum, non obſtante declaratione contra-
priuilegia, modo verò, vigore illius nouiſ-
ſimæ conceſſionis, ſatis eſt infra annum
tranſmittere Eulogium cum conſultatione
in ſupremo Italię Senatu,& de introductio-
ne præſentare fidem Eee Regni, & demum
abſque temporis præfinitione ſeruatur de-
claratoria Iudicum, cùm illius executione,
quouſque aliter non fuerit in eo ſupremo
Senatu prouiſum, quòd maximè iuribus
ſuæ Catholicæ Maieſtati nocere atteſtatur
Dominus Corſet. fol.81. in verſic.alterum, ſup-
ponens quòd reſponſiones à ſuprema Rega-
li Curia pro reformatione declarationis
contra priuilegia, non veniunt, dùm ait,
quod hucuſque omnes determinationes
tranſmiſſæ ad ſupremum conſilium pen-
dent, & interim efficaciter obſeruantur iu-
dicum declarationes,in graue præiudicium
iurium ſuæ Catholicæ Maieſtatis, & dam-
num multorum.

162 Sed vt dicebam, iſtud non eſt conſiderabi-
le ex duobus. Primò,quia vt traditum eſt,
Meſſana non arctabatur ad obſeruantiam
illius priuilegij Regis Alfonſi, vt aſſeritur
in eadem capitulatione priuilegij nouiſſi-
mi, ea potiſſima ratione, quia illius diſpo-
ſitio non fuerat vſu recepta, dum per rela-
tiones negatiuas liquet ab immemorabili
tempore fuiſſe ſeruatum fieri declaratio-
nes contra priuilegia, ac reductiones ad
priſtinum, abſque aliqua conſultatione cũ
ſua Cathol. Maieſt. Et ideò quatenus in
priuilegio nouiſſimo diſponitur,vt Ciuitas,
& illius iudices teneantur ſeruare priuile-
gium Regis Alfonſi,cum moderatione ibid.
inſerta,

Digitized by Google

inſerta, certè potiùs amiſit Meſſana, quàm
aliquid lucrata fuerit: nam vbi antea ex
conſuetudine immemorabili, quam priui-
legij vim obtinere probauimus *ſupra num.*
143. non arctabatur conſulere, non obſtan-
te lege adiecta in dicto priuilegio Regis Al-
fonſi, quæ cum non fuerat vſu recepta, vim
ligandi non habebat, vt deduximus *ſupra*
num. 146. Modò verò tenetur conſulere, &
infra annum à die latæ declarationis de in-
troductione Eulogij in ſupremo Italiæ Con
ſilio, fidem Excel. Domini Proregis præſen-
tare, aliàs in pœnam contumaciæ exequitur
mandatum, ſeu reſcriptum, aut quid ſimile
non obſtante quòd fuerit illud declaratum
tendere contra priuilegia. Secundò, quia
dato quod illud priuilegium Regis Alfonſi
fuiſſet in vſu, tamen, quia illius vigore tan-
tum de executione mandati agebatur, &
in reliquo merita negotij principalis illiba-
ta permanebant diſcutienda poſt executio-
nem, vt deduximus *ſupra num.* 148. *cum ſeq.*
ideo non eſt magnificanda hæc remiſſio
executionis, vt ex aduerſo magnificari ani-
maduertimus. Nam licèt per executionem
illam, quæ fiebat per lapſum quatrimeſtri
temporis, acquirebatur poſſeſſio, vel quaſi,
163 rei, vel iuris de quo agebatur, tamen quia
per diſcuſſionem meritorum, illa poſſeſſio,
vel quaſi, de facili retractari poterat, res
momentanea dicebatur, ſaltem aptitudi-
ne, quia apta erat durare paruo tempore,
ad tex. in l. 1. & ibi gloſ. vbi Bal. num. 1. & Salic.
ſub num. 2. verſic. & primo, C. ſi de momen. poſſeſ.
Bart. poſt gloſ. in l. 2. num. 3. ff. de appel. recip. &
per conſequens remiſſio illius executionis,
ac ſucceſſiue poſſeſ. ſeu quaſi, quæ videtur
facta in dicto priuilegio nouiſſimo, tanquã
de re momentanea, non eſt alicuius conſi-
derationis, *ad text. in l. fin. §. fin. C. de bon. qua*
lib. cum aliàs momentanea reputantur ac
ſi facta non eſſent, *l. qui ſic ff. de ſolu. l. plerumq;*
ff. de rit. nupt. l. diuortium non eſt. ff. de d. uor. An-
gel. in l. voluntas C. ad fideicommiſ. Crot. in l. ſi is.
qui pro emptore num. 7. ff. de vſucapion. Opiz. in
l. filius familias, §. diui num. 100. ff. de leg. 1. Bar-
ba. in conſ. 12. vol. 1. & conſ. 22. vol. 3. Rip. in
d. §. diui num. 10. & Menoch. de recup. poſſeſ. re-
med. 13. num. 87.

164 Nec refert, quod ſtante illa moderatio-
ne facta in dicto nouiſſimo priuilegio, de-
clarationes iudicum, & earum executiones
ſeruantur interim, vſque ad aliam reſpon-
ſionem, quod eſſe in graue præiudicium iu-
rium S. C. M. ac multorum damnum, ex
aduerſo aſſeritur, ſub prætextu quòd in ſu-
premo Conſilio negotia tranſmiſſa pendent
ſine aliqua expeditione. Nam quod de-
clarationes iudicum exequantur, eſt ratio-
nabile, quia quod de facto fuit attentatum,
aut executum contra priuilegia, habita de-
claratione, eodem modo poteſt retractari,
l. 1. §. 1. ff. de ſerui. gloſ. in l. 1. in verb. infirmabi-
tur, ff. de ſer. & in l. minor in Verb. Seius, ff. de
euict. Alexand. in conſ. 5. num. 4. vol. 2. Rebuf. in
l. quod iuſſit num. 60. ff. de re iudic. & Roman. in
ſing. 777. cum ſimil. quod fuiſſe conceſſum
ciuitati legitur in priuilegio Regis Alfonſi
in anno 1445. cuius vigore ante priuile-
gium nouiſſimum ad reductionem ad pri-
ſtinum procedebatur: Pariterq; iuridicum
165 eſt, quòd interim habita conſultatione cũ
Sac. Cathol. Maieſt. illaque pendente pro
executione mandati non innouetur, *l. final.*
cum materia ſua C. de relat. maximè impoſſe-
ſſorijs, in quibus nihil debet innouari, *Ioan.*
Vinc. de Ann. in allegat. 31. Lancell. de attent. lit.
penden. cap. 6. limit. 1. num. 92. Burſat. in conſ.
282. num. 10. & Maſtrill. in deciſ. 52. num. 11.
Nec aſſerto præiudicio, ac damno reſultan-
te ex diuturna negotiorum traſmiſſorum
pendentia in ſupremo Conſilio (dato quòd
ita eſſet) præmiſſa moderatio rationabilis,
& iuridica, recipit alterationem: nam per
accidens hoc euenit, neque ex neceſſaria
conſequentia reſultat: & ideò non eſt in-
166 ſpiciendum *l. naturaliter §. apium, vbi Bart. ff.*
de acquir. rer. Domin. gloſ. in §. his autem, inſti. de
leg. aquil. Menoch. in conſ. 52. num. 175. Acci-
dens enim non mutat ſubſtantiam ſubiecti,
quia euenit poſt illius eſſe perfectum, *Signo.*
in conſ. 51. num. 11. Gomez in §. in perſonam nu.
14. inſti. de actio Becc. in conſ. 172. num. 29. vol.
2. vnde poteſt adeſſe & abeſſe præter eiuſ-
dem corruptionem, *l. pro voluntarijs ff. de im-*
pe. in reb. dota. fact. Corraſ. lib. 3. miſcel. iur. cap.
10. num. 10. Zaſ. lib. 1. ſing. reſponſ. cap. 12. Me-
noch. conſ. 35. num. 19. & in conſ. 37. num. 98.
& in conſ. 170. num. 23. & Petr. Surd. in conſ.
179. nu. 7. vol. 2.

167 Sed nec illud admittendum eſſe arbitra-
mur, quòd non eſt præſumendum, quòd tot
oculatiſſimi legum vertices, qui ob eorum
virtutem ſingularem, ac doctrinam & inte-
gritatem admirabilem, in eo ſupremo Se-
natu reſident, qui diu, noctuquè inuigilant,
(vt proprijs oculis vidimus) tùm pro ſerui-
tio domini noſtri Regis, tum etiam pro ſub
ditorum iuſtitia, præmiſſis ſic aſſertis, negli-
gerent obuiare, ſi verum eſſet, quòd ex diu-
turna negotiorum pendentia illa reſulta-
rent, quæ ex aduerſo aſſeruntur. Et ideò
quate-

quatenus aliquando cōtra priuilegia tranſ-
miſſa pendent, huius rei in cauſa eſt iuſtitia,
quæ vrget pro declaratione Iudicum, quam
agnoſcentes doctiſſimi, ac viri iuſtiſſimi in
eo ſupremo ordine ſedentes, qui illius ſtate-
ram abſquè aliquo animi motu in manibus
geſtant; eam ſilentio comprobant, vbi me-
rita negotij tranſmiſſi aliud non expoſtu-
lant, prout non ita paſſim ſeruatum ani-
maduertimus, quando ex meritis ſupremo
168 Conſilio aliud mandare viſum fuit, quod
aſſerere iuris præſumptio ſuadet, quæ pro
declaratione iudicum militat, quæ cùm pa-
ratam habeat executionem, obtinet vim
rei iudicatæ, quæ ita pariter exequitur, *l. 4.
§. ſi ex conuentione, ff. de re iudicat. cap. cùm inter,
& ibid. Canon. eod. tit. Pariſ. in conſ. 116. num. 4.
vol. 4. Magon. in deciſ. 48. num. 1. & in deciſ. 62.
nu. 3. in Luc.* & perconſequens pro illius iu-
ſtitia præſumitur, *Abb. in d. cap. cùm inter nu.
7. l. Herennius, §. p. ff. de euict. c. in præſentia, &
ibid. Abb. num. 11. de renun. Alexand. in conſ. 22.
vol. 2. glo. & ibid. communiter Canon. in cap. quo-
niam contra extra de probation. quibus accedit
Menoch. in tractat. de præſumpt. lib. 2. præſumpt.
67.*
169 Quarto, quòd ex aduerſo fertur colla-
tum de publica vniuerſitate, non ita vrget,
vt per hoc dicantur conceſſa præpondera-
re, quia illa non fuit noua conceſſio, ſed an-
tiquorum priuilegiorum confirmatio, vt
verba ipſa illius capitulationis oſtendunt,
quibus vti mentis teſtimonio eſt inſeruien-
dum, *l. 2. §. is qui nauem, ff. de exerci. l. non aliter
cum ſimilibus ff. de leg. 3. Tiraquel. in l. ſi vnquā
in verb. libertis num. 4. & 9. C. de reuocan. donat.
Roland. in conſ. 61. num. 30. Vol. 3.* quid enim
actum ſit, verba ipſa indicant, *l. Labeo ff. de
ſuppel. legat. Bald. in l. lecta, ff. ſi cert. pet. & in l.
ſed reprobari in princ. ff. de excuſ. tut. Surd. lib. 2.
tit. 2. in fin. in tract. de aliment.* Et ideò ex con-
firmatione illa non dicitur facta illius præ-
rogatiuæ noua conceſſio, quia vt ex dedu-
ctis patet, qui confirmat actum validum,
non dicitur dare, nec de nouo concedere,
*l. ſi donatæ §. 1. ff. de donation. inter vir. & vxor.
gloſ. in l. ex verbis in verb. cui, & ibid. Bald. C. eo-
dem tit. Iaſ. in l. more maiorem, num. 26. ff. de iu-
riſdict. omn. iud. cum concord. traditis ſuper num.
155. cum ſequen.* Talia itaque erant priuile-
gia Meſſanæ à Regibus Siciliæ conceſſa, &
præſertim à Rege Ioan. de menſe Octobris
1459. qui contulit vrbi hanc facultatem
erigendi ſtudia generalia, cum auctoritate
legendi, graduandi, & examinandi, aliaque
faciendi, quæ ſpectant ad generalia ſtudia

Italiæ, de quorum priuilegiorum validita-
te, & efficacia latè ſcripſimus in eo iuris re-
ſponſo, tempore Excel. Domini Ducis Fe-
170 riæ, pro hac vniuerſitate ſuſcepto. Valida
enim erant præmiſſa priuilegia, vti conceſſa
à Principe, cui competit hæc facultas con-
cedendi ſtudium generale, *ad not. per gloſ. in
Clemen. dudum. §. ab olim in verſ. in ſtudiis, in
verb. in generalibus, & ibid. Cardi. Zaba. in §. nos
autem quæſt. 15. de ſepult. Abb. in cap. tuæ num.
3. verſ. in gloſ. 1. de cler. non reſid. Bart. in proœ.
digeſt. in §. hæc autem tria, verſ. dico, & ibid. Ca-
gnol. num. 243. Card. in Clem. 2. §. fin. de magiſt.
Natt. in conſil. 657. num. 1. vol. 4. Caſſan. in Cat.
glor. mun. in 10. p. conſid. 32. col. 4. verſ. ad vnū
tamen, Apont. de poteſt. pror. & Camil. Borrel. de
de præſ. Reg. ex aduerſo à D. Matut. alleg.* qui af-
firmant, quòd ſtudium generale competit
ex priuilegio Papæ, Imperatoris, aut ex
conſuetudine immemorabili, ſicut pariter
de facultate doctorandi tradit *Bald. in d. §.
hæc autem tria ſub num. 5. verſic.* Et ideò, &
clariùs *ibid. num. 10. & poſtea Cagnol. num.*
171 *243. & 248. & Abb. in d. cap. ex tuæ*, intelli-
gentes pro Imperatore omnes, præſertim
Reges ſuperiorem non recognoſcentes, qui
dicuntur habere iura Imperij, *gloſ. in capit.
Adrianus in verb. per ſingulas 63. diſt. Cano. in
cap. per venerabilem, extra qui fil. ſint leg. Abb.
in cap. nouit. de iud. Afflict. in præl. conſt. Reg. q.
2. num. 7. Iſern. in tit. quæ ſunt regal. num. 77. glo.
in proœ. conſt. Reg. in verb. ex præmiſſis, Bald. in
l. exemplo num. 4. C. de probat. & in cap. imperia-
lem, §. fin. num. 24. circa medium de prohib. feud.
alim. per Feder. & in auth. hoc ampliùs, C. de fi-*
172 *deicom. & Dec. in conſ. 271. num. 4.* inter quos
potiſſimè eſt Rex Siciliæ, qui nihil prorſus
habet facere cum imperio, *Iſern. in capit. 1.
col. 2. verſ. idem, de his qui feud. dar. poſſ. Iacob. de
Franch. in vſibus feud. in tit. ſpeci. feud. num.
3. & 4. Mari. Frec. de ſubfeud. lib. 1. de orig. baro.
nom. 35. Petr. de Gregor. de conceſ. feud. in 1. par.
q. 2. nu. 4. Cumi. in præl. c. ſi aliquem nu. 47. Ca-
mil. de Curt. in 1. part. diuer. iur. feud. §. ſemper
nu. 32.* Vnde dicitur dominus, & totum con
tinens in Regno, *Corſet. de poteſt. reg. in 4. par.
quæſt. 15.* & habet omnia ſuprema Regalia,
*Bald. in capit. 1. in fin. quæ ſunt reg. Belle. in conſil.
17. num. 9. & Peregr. in conſil. 4. num. 6. vo-
lumin. 1.*
173 Nec refert, ſi diceretur Meſſanam illa
antiqua ſtudiorum priuilegia amiſiſſe, ob
non vſum *per text. in l. 1. per quam Bart. in ſpe-
cie infert ad priuilegia ſtudiorum, ff. de nun. Ca-
non. in cap. cum acceſſiſſent, vbi Felin. in eiſdem
terminis num. 25. de conſtitu. Capic. in deciſ. 134.*

Dec.

Digitized by Google

Dec.in conſ.638.num.14.Boſſ. in tit de princ.nu.
319.Soc.in conſ.164.n.21.Vol.2.Decian.in cõſ.
25.n.106.vol.1.& Torret.in conſ.9.n.5.Vol.2.
latè D.Reg.Tap.in l.fin.in 2.p.c.1.n.5.ff.de cõſt.
princ. nam ex multis illud non refragatur.
Primò, quia factum aliter ſe habet, ex quo
notorium eſt Meſſanam ſtudia ante illud no
uiſſimum priuilegium actualiter habuiſſe,
ibique floruiſſe DD.in omni facultate opti-
mos, inter quos iuris ciuilis Cathe. habuiſ-
ſe Ioan.Bolog. atteſtatur poſt Camil. Bor-
rel.quem ipſe allegat D.Matute in alleg.ex
aduerſo: & dato quòd illa fuerant inter-
miſſa,id tamen ex legitimo contingit impe-
dimento, prꝯſertim propter peſtem,qua to-
tum Siciliæ Regnum detinebatur,ita quòd,
etſi voluiſſet, illud tamen facere ob legiti-
mum impedimentum non potuiſſet,quo ca
ſu priuilegiũ ex non vſu non amittitur,l.At
tilicinus.ff.de ſer.ruſt.præd. facit tex. in l.fin.C.de
anna.excep.gloſ.& DD.in c.Abbate in verb.ibid.
de verb.ſignif. Abb. in c.cum omnes de cler.coniu.
Bar.in l.filijs,C.de Decur.lib.10.Cano.in d.c.cum
acceſſiſſent, Iaſ.in l. falſo,C.de diuer.reſcrip.& in
d.l.fin.vbi D.Reg. Tap.in loco præcit.nu. 10.alios
congerit. Secundò,quia non ab omnibus eſt
receptum, per non vſum priuilegium amit-
ti, quòd decet eſſe perpetuum, cap. decet de
regul.iur.in 6.Paſet.in conſ. 18.num.8. & con-
trarium tenet Arch.in cap.1.in fin. 25. quaſt.
2.cuius meminit Felin. in d.cap. cum acceſſiſ-
ſent, ſub num. 25. & ibidem Dec. ſub num. mihi
16.qui ait, quòd text.in d.l.1.ff.de nundin. ponit
caſum ſpecialem de priuilegio nundina-
rum, vt apertè ſentit ibi gloſ. & in d.l.falſo,
& ibidem Alber. Quam ſententiam de iure
eſſe probabiliorem, inquit Dec. in d. cap.cum
acceſſiſſent, illamque comprabat, vt ibi per
eum. Tertiò, quia quod traditur de non
174 vſu, non habet locum in priuilegio ob be-
nemerita conceſſo, quòd per non vſum non
non amittitur,gloſ.& Anton.de Butr.in cap.vt
priuilegia de priu. Calderin. in conſ.1.de præſcript.
Riminald. Senior in conſ. 388. num. 8. & 9. Do-
minus Reg.Tap.in loco præcit.num.8. Hieron.Ga-
br.in conſ.151. num. 11. volum. 2. Surd. in conſ.
419.num. 30. volum. 3. Beret. in conſ. 13. num.
10. quibus accedit Bardel. in conſil. 22. num.
175 38. Quartò, & vltimò, quia illud non pro-
cedit in priuilegio conceſſo Eccleſiæ, vel
Ciuitati, vt ſupponit vbi ſupra num.9. idem
Dom. Tapia poſt alios, quos allegat: & licèt,
vt ipſe refert, hoc habeat contradictores,
per ea quæ voluit Bart.in d.l.1.& Dec.cap.cum
176 acceſſiſſent num. 17. tamen aliud eſt dicen-
dum de priuilegijs conceſſis Meſſanæ, quæ
ex priuilegio particulari Regis Alfonſi, in
hoc Eulogio præſentato, non tolluntur per
non vſum, quæ ita poſſe concedi, eſt de men
te omniũ in d.c.cum acceſſiſſent, per ea quę poſt
Felin.ponit Dec.n.17.verſ.tertio prædicta, Boſſ.in
tit.de princ.ſub num.319.& D.Carol.Tap.in loco
præcit.num.13.
177 Quintò,& vltimo,nec illa tria,quę Dom.
Corſet.extollit,ita vrgent ad hanc intentio-
nẽ fundandam, vt ex aduerſo aſſeritur.Nam
primũ,de facultate conceſſa Meſſanæ impo-
nẽdi vectigal ſuper extractione ſerici, quòd
ius regale eſſe dicunt, non ita conſiderandũ
eſt, vt ex tali cõceſſione reſultet illud ius re-
gale fuiſſe Ciuitati collatũ,& ſic cõceſſa præ
ponderare, quia ſi hoc eſſet, quotidie prin-
ceps iura regalia a ſe abdicaret,& vniuerſita
tibus Regni cõcederet,dũ de Regia auctori-
tate gabellas imponũt, quod affirmare leue
eſſet,quãdoquidẽ cũ hęc facultas imponẽdi
178 vectigalia ſit de regalibus reſeruatis, vt in 3.
par.dicetur: adeò inhęret perſonæ,& oſſib' ip-
ſius Principis,quòd abſq; expreſſa & ſpecifi-
ca cõceſſione nõ cẽletur in aliũ trãſlata, Luc.
de Pen.in l.1.in verb.denegamus,C.de princ.ſchol.
lib.12.Valaſ.in l.imperiū nu.50.& ibid. Albe.n.
53.ff.de iuriſ.omn.iud.idẽ Alb.in l.2.in fin.ff.de of
fic.eius Boc.in deciſ.50.n.12.& 13.Ccu.prac.qq.
c.p.n 10.ſub verſ.nona cõcluſio,Calc.in conſ.102.
col.1.Soc.Iun.conſ.126.nu.2.vol.2.Oſaſ.in deciſ.
101.nu.12.Rol.in conſ.42.nu.32.Vol.2.Vinc.de
Frãch.in dec.275.Pet.de Greg.de conceſ. feu.p.7.
q.5.n.4. Menoc de.præſ.lib.3.præſ.97.n.41.Surd.
in cõſ.152.n.34.& in conſ.210.ſub n.58. Pereg.
de iure fiſ.lib.1.tit.2.nu.74.& 79.& in conſ 1.n.
11.vol.1.Intrig.in 2.cent.feu.art.80.n.13.cũ ſeq.
& Capib.de aucto.baro.prag.8.in 1.p.n.48.cũ ſeq.
Vnde, dũ princeps aſſentit, vt vniuerſitas ſi-
bi gabellam imponat, vtitur iure regali, non
illud transfert: & ideò alias in propoſito d.
gabellæ aſſerebat fiſcus ſub 7.princ. reſpon-
ſione, quòd illa procedere dicitur a Princi-
pe,& tanquam actus ab eo confirmatus, ſub-
ſtinetur ab ipſo confirmante, vt retulimus
ſup. ſub num.106. quod nos admiſimus, in-
ficiando tamen eius conſequentiam ſub nu.
111. Ex quo datur intelligi, quod ex au-
ctoritate præſtita a Rege ſuper impoſitio-
ne illius gabellę non reſultat, quòd illud ius
regale inhærens oſſibus principis, quo ve-
ctigal imponi poteſt, fuit in Ciuitatem trãſ-
179 latum, ſeu eidem conceſſum, vt ſupponit in-
fra dentes Dominus Corſet.in verſic.rurſus
fol.91. Pariter ſi alterum conſideratur, con-
ſiſtens in prohibitione, ne aliunde ſericum
poſſit extrahi, niſi a portu Meſſanę, per quod

aſſerit Corſet. ius regale ei fuiſſe conceſſum in magnam diminutionem iurium regalium,& per talem conceſſionem Dominum noſtrum Regem facultatem imponendi ampliùs vectigal ſuper ſerico à ſe abdicaſſe, iſtoque redditu ſe priuaſſe, cum ex forma priuilegiorum fatetur Meſſanæ nullum vectigal, neque ciuibus, neque exteris imponi poſſe. Certè illud non potuiſſet plùs extolli, vt ex aduerſo factum eſſe animaduertimus, ſi gabella prædicta, quam Ciuitas regia authoritate impoſuit, eſſet perpetua, & cum prohibitione vniuerſali: quo caſu talis conceſſio, ſi emanaſſet à tanto Principe in beneficium Ciuitatis tam benemeritæ, attentis qualitate concedentis, & meritis conceſſionarij, non diceretur tendere in magnam diminutionem iurium regalium, ſeu coronæ, vt propter hoc potuiſſet irritari, ex tradendis in 3.par. licèt fortè potuiſſet tunc attentari in propoſito, de quo nunc loquimur, an ſecundùm iudicantis arbitriũ quantitas collata huic conceſſioni æquiualeret. Sed nec in terminis noſtris hoc vrget, quia gabella, quam Ciuitas impoſuit, eſt ad tempus, nam redemptis per Ciuitatem ſubiugationibus factis de introitibus dictæ gabellæ ex reditibus alterius gabellæ, quæ abſolutè ſoluitur à Meſſanenſibus, illa penitus ceſſat: ita quòd licèt interim prohibitio aliunde extrahendi ſericum vrgeret, certum tamen eſſet ea non reſultare, quę de iurium regalium magna diminutione aſſerit Dom. Corſet. Nec pariter in propoſito, de quo loquimur, talis eſſet conceſſio, quæ præponderaret quantitatem collatam, cum re diligenter perpenſa, iuxta facti ſpeciem, nullum de tali conceſſione notabile beneficium ſentit Meſſana, vt propter hoc quantitas collata pro excluſione tituli oneroſi ei æquiualere non dicatur. Sed quicquid ſit, hanc aſſertam prohibitionem potuiſſet D. Corſet. diſſimulare: nam licet in eo priuilegio fuiſſet conuentum, quòd à Thermis, vſque ad Syracuſas alibi non poſſet fieri extractio ſerici, niſi ex Meſſana, cum promiſſione quòd pro illius cap. obſeruantia deberent fieri literæ prohibitorię ſub viſione realis patrimonij; tamen notorium eſt dominis patrimonialibus, tales literas prohibitorias à prædicto tribunali non emanaſse, nec illam aſſertam prohibitionem debitum habuiſſe effectum, ita quòd ad præſens in propoſito, de quo loquimur, de ea illud debet ex aduerſo fieri fundamentum,
180 ac ſi illius prohibitionis promiſſio non præceſſiſſet, cum inutiliter preceſſit, quia paria ſunt non facere, vel inutiliter facere, *l. qui habebat ff. de manum. teſta. Iaſ. in l. quoties, ff. qui ſatiſd. coga. & in l. qui Romæ, §. duo fratres num. 17. ff. de verb. obligat. Soc. in conſ. 39. num. 8. vol. 3. Crauet. de antiq. tempor. in 4. par. princ. num. 144. Ruin. in conſ. vlt. num. 4. vol. 3. Afflict. in deciſ. 182. num. 4. & in deciſ. 256. num. 3. Menoch. in conſ. 658. num. 9. & conſ. 695. num. 18.* Vnde cum nullum releuamen ex illa conceſſione reſultauit, ſtante defectu prohibitionis, illa conceſſio in propoſito habetur, ac ſi facta non fuiſſet, quia quod non releuat, factum non dicitur, *l. iubemus §. 1. & ibi Bar. C. de ſacroſ. Eccl. Iaſ. in l. non dubium C. de leg. Menoch. in conſ. 351. num. 36.* Et ideò in propoſito, dum quæritur, an quantitas collata
181 ęquiualeat conceſſioni, vtique de conceſſione efficaci intelligendum eſt, vt verba cum effectu intelligantur, *ad text. in l. ſi Barzatorã. C. de fideiu. DD. in l. 3. §. Neratius, ff. de acq. poſſeſ. & in §. item lapilli, inſti. de rer. diuiſ. per text. in l. 3. §. hæc verba, & ibi Doct. ff. quod quiſq; iur. l. pen. §. pen. vbi gloſ. ff. ne quis eum, cap. relatum, & ibi gloſ. de cler. non reſi. Gugliel. de Cun. Bald. & Alber. in l. p. §. p. vbi Iaſ. nu. 7. ff. quod quiſque iur. Crot. in conſ. 14. num. 4. Bece. in conſ. 6. num. 2. & conſil. 105. num. 3. volum. p.* effectus enim eſt conſiderandus, & non verba, *Bart. in l. 3. C. de inſtit. & ſubſt. & in l. cotem ferro §. qui maximos ff. de public. Dec. in conſ. 385. col. 2. in fin. & Surd. in conſ. 3. num. 25. cum ſeq.* Vnde illa promiſſio defacienda prohibitione nihil operatur, ſi prohibitio cum effectu
182 facta non eſt, nam verba non ſufficiunt vbi facto opus eſt, *gloſ. in cap. paſtoralis, de offic. ordin. Natt. conſil. 3. num. 4. Surd. in conſ. 56. num. 10.* & inanis eſt potentia, quæ ad actum non perducitur, *l. multum intereſt, C. ſi quis alt. vel ſib. l. hæ enim, §. ſi prætor. ff. de ſuſp. tuto.* quapropter inter promiſſionem defaciendo, & factum ipſum, eſt differentia, *l. in bonæ fidei, vbi gloſ. & DD. ff. de eo quod cer. loc. Soc. in conſ. 102. num. 2. Vol. 3. Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 4. num. 7. Crauet. conſ. 76. num. 5. Burſ. conſ. 100. num. p. vol. p. Bero. conſ. 156. num. 2. lib. 3. Cagnol. in l. aliud num. 2. ff. de reg. iur. Riminal. Iun. conſ. 31. num. 11. col. p. Ioſeph. Lodon. commun. concluſ. 72. num. p. Menoch. conſ. 92. nu. 4. lib. p. Ant. Theſ. in deciſ. 233. Petr. de fideicommiſ. quæſt. 8. num. 141. & Menoch. in conſ. 1004. num. 12. & Franc. Molin. de rit. nupt. & pac. in matrim. lib. p. compar. 2. num. 2.* Supereſt vltimum ex illis tribus, quæ Corſet. extollit, & illud eſt, quod in conceſſione illorum officiorum conſiſtit, quam fatemur Ciuitatem

obti-

obtinuiſſe à liberalitate tanti principis vigore illius nouiſſimi priuilegij, quod, vt ex præmiſſis patet, per terminos iuris ad hanc conceſſionem officiorum reſtringitur, & ideò ſi ex iudicantis arbitrio, cui hoc remittitur, ex deductis ſup, n. 84. indagandum eſt, an quantitas collata conceſſioni æquiualeat, illud animaduertere oportet, duo fuiſſe officia conceſſa, quorum aliud eſt Capitaneatus foriarum, aliud verò eſt officium Theſaurarij ipſius vrbis, ſubrogatum in locum officij Portulani antea conceſſi in dicto priuilegio, quæ officia cum nullam habeant iuriſdictionem, niſi quoddam nudum miniſterium, vel detinendi homines foriarum paratos ad excubias, vel exigendi, & expendendi pecunias ipſius Ciuitatis, ad mandarum Senatus reſpectiuè, vtique dicuntur officia parua, ac minima: quia leuibus, ac minimis præponuntur, *l. fin. C. de pedan. iud. §. & indicare, & §. audient. in authe. de defenſ. ciuit. gloſ. & DD. in rub. ff. de offic. eiu.* & ob id conceſſio non ita poteſt præponderare quantitatem collatam in dicto nouiſſimo priuilegio, vt propter hoc titulus onerosus ex eo non reſultet, quem veriùs reſultare ex prædictis patet: ita quòd verum eſt quod ſupponimus, quòd hæc priuilegia, tum ex meritis, tum etiam ex pretio, vim onerosi contractus obtinent.

SVMMARIVM.

184 *Priuilegium Romani Imperij concedit immunitatem Meſſanæ verbis vniuerſalibus, & geminatis.*
Verbum, cuiuslibet, eſt vniuerſale, ſicut verbũ, cuiuſcumque, ibi.
185 *Libertas eſt liberatio ab omni onere, & liberum illud dicitur, quod ab omni grauamine eſt abſtractum.*
186 *Libera dicitur res, quæ non eſt ſuppoſita alicui obligationi, nec alicui ſeruituti eſt obnoxia.*
187 *Priuilegium Archadij, verbis vniuerſalibus, & geminatis, concedit immunitatem Meſſanæ.*
Dictio, omnis, eſt vniuerſalis, ibi.
188 *Dictio, nullus, vel nulla, eſt vniuerſalis negatiua, & omnia excludit, etiam minima.*
189 *Verba iſta, nulla vexatione grauentur, æquipollent vniuerſali propriè, ac ſi diceretur, nulla quacumque vexatione.*
190 *Priuilegium Rogerij concedit immunitatem verbis vniuerſalibus, geminatis, & repetitis.*
191 *Dictio, ſingulis, eſt diſtributiua, & tantum operatur, quantum ſingularis demonſtratio rerum ſub oratione vniuerſali comprehenſarum.*
192 *Diſpoſitio loquens de omnibus, & ſingulis, vti vniuerſalis comprehendit omnia, etiam ea, quę aliàs non venirent.*
193 *Verbum, quibuſcumque, vel, quibuſuis, eſt vniuerſale.*
194 *Dictio, quomodolibet, eſt vniuerſalis.*
195 *Verbum, quacumque, vel quocumque, eſt vniuerſale.*
Idem de verbo, quoſcumque, ibi.
Dictio, in quocumque caſu, eſt vniuerſalis, ibi.
196 *Priuilegium Henrici Auguſti Imperatoris concedit immunitatem Meſſanæ, verbis vniuerſalibus, & geminatis.*
197 *Plenum, verbum eſt vniuerſale, & dicitur illud, cui aliquid iuris non deeſt.*
Plena proprietas, & plena poſſeſſio, quæ ſit, remiſſiuè, ibi.
198 *Plenum non recipit additionem, ſeu additione non indiget, quia plenum dicitur, quod eſt ſinè aliquo defectu, ſeu diminutione.*
199 *Verba vniuerſalia habent vim expreſſionis ſpecialis. & in 3. par. num. 247.*
200 *Priuilegium Federici concedit immunitatem, verbis vniuerſalibus, & geminatis.*
201 *Liberè verbum, quid importat.*
202 *Teſtator aliquid relinquens liberè, ab omni onere fideicommiſſi cenſetur eximere.*
203 *Liberum, & plenum, ſunt verba æquipollentia.*
204 *Priuilegium Federici III. concedit immunitatem Meſſanenſibus ſub verbis vniuerſalibus, & geminatis.*
205 *Dictio, omnino, eſt vniuerſalis, & idem ſignificat, quod indiſtinctè, & in omni caſu.*
206 *Priuilegium Lodouic. & Ioann. concedit immunitatem Meſſanæ verbis vniuerſalibus, & geminatis.*
207 *Fiſcus nulla ratione atteſtatur, priuilegia immunitatis Meſſanæ vix vniuerſalia verba continere.*
Bologn. dictum confirmatur, qui extollit vniuerſalia verba, quibus Meſſanæ immunitas eſt conceſſa, ibi.

QVarto, & vltimo principaliter ſuppono, quod hæc immunitas Meſſanæ competens, etiam ex antiquis priuilegijs, (circumſcripto nouiſſimo) non eſt immunitas ſimplex, ſed illa fuit verbis vniuerſalibus, prægnantibus, ac geminatis conceſſa, ſiuè loquimur de immunitate conceſſa loco, ſiue de ea, quæ certo generi perſonarum conceditur, ad tradita ſupra in ſecundo ſuppoſito. Veritas huius rei colligitur ex priuilegiorum lectura. Et primò ex priuilegio Romani Imperij, patet, quòd Meſſana efficitur à tribu-

tis,& vectigalibus immunis, non tamen ſim
pliciter: ſed vniuerſaliter, dum à ponde-
re cuiuslibet vectigalis liberatur,quod ver-
bum, cuiuslibet, eſt vniuerſale, omnia
comprehendens, *gloſ. in l. amnes,iuncto text.
in verſic. Quaſlibet alias, C. de quatrien. præ-
ſcript. & in Clement. 1. in verb. quauis alia, &
ibid. Doct. ff. de re iud. Ioan. Franc. de Pont. in de-
ciſ. 3. num. 4.* ſicut alias de verbo, cuiuſcumq;
*poſt Bal. in l. quicumque, C. de ſeru. fugit. & alios,
quos ipſe citat, tradit Decian. in conſ. 44. num. 15.
vol. 4. & Cephal. in conſ. 451. nu. 55. 58. & 59.
eod. Vol.* quæ vniuerſalitas eſt repetita per
illud verbum liberauit,& per illa verba in
eodem priuilegio inferiùs poſita, ibi,pretio
ſa libertate gauderet, quæ pāriter, vt aliàs
conſiderabat *Bolog. in eius conſ. 1. num. 110. in
fin. & ſeq.* indicant vniuerſalem vrbis Meſ-
185 ſanæ immunitatem. Quia libertas eſt libe-
ratio ab omni onere,& eſt ab omni lege ab-
ſoluta, ex his, quæ ipſe allegat, quibus ad-
dimus, quod liberū illud eſſe dicitur, quod
ab omni impedimento,& grauamine eſt ab
ſtractū, *gloſ. in Clem. dudū in verb. libere de ſepul.
Bald. in c. quæ Eccleſiarum, num. 3. de conſt. Ruin.
in conſ. 1. num. 21. vol. 1. Dec. in conſ. 131. nu. 1.
Decia, alios citans in d. conſ. 44. nu. 91. vol. 1. qui-
186 bus accedit Menoch. conſ. 1042. nu. 10.* Et ideo
libera dicitur res,quæ non eſt ſuppoſita ali-
cui obligationi, *Ang. in l. 3. C. de euic. Neniz.
in conſ. 37. num. 2.* nec alicui ſeruituti eſt ob-
noxia, *Crauet. in conſ. 122. col. 1.* quem ſequi-
tur, & refert *Roland. qui plura cumulat in conſ.
42. nu. 20. vol. 1.* quibus accedit idem *Meno-
187 ch. conſ. 711. nu. 23. Vol. 8.* Secundò ſub eiſ-
dem verbis vniuerſalibus, & geminatis, le-
gitur conceſſa immunitas ab Archadio,
qui, vt olim Romani fecerunt, Ciuitatem
Meſſanæ exemptam,& liberam fecit (& ſic
vniuerſaliter iuxta prædicta) ſubdens ab
omnibus angarijs, perangarijs, taxis, doha-
nis, & contributionibus, vbicumq; fuerint,
& ſic vniuerſaliter ab omnibus, quia dictio,
omnis, eſt vniuerſalis,& nihil excludit, *l. Iu-
lianus, ff. de leg. 3. l. à procuratore C. mād. c. ſi Ro
manorū 19. diſt. c. ſolitæ de maiorit. & obedien. &
c. 2. cum ſimilib. de obſer. Iun. Aymon. Crauet. lo-
quens in terminis immunitatis, in conſ. 294. nu. 1.
& in conſ. 308. nu. 4. vſq; ad finem vol. 2. Natt. in
eadem materia in conſ. 63. nu. 12. & in conſ. 160.
nu. 29. cum ſeq. Vol. 1. & in conſ. 397. nu. 2. vol.
2. Dec. in l. omnia, nu. 1. & 2. ff. cert. pet. Anton.
Gom. in §. 2. nu. 7. inſtit. de action. Tiraq. in l. ſi
vnquam in Verb. totum, num. 1. & 2. C. de reuoc.
don. Rolan. in conſ. 87. nu. 8. vol. 2. Rimin. Iun. in
conſ. 27. nu. 10. & in conſ. 59. nu. 5. Onded. in
conſ. 76. nu. 33. vol. 2. Dec. in d. conſ. 44. num. 14.
Ceſal. in d. conſ. 451. nu. 39. Menoch. in conſ. 156.
nu. 23. & in conſ. 1060. nu. 12. & in conſ. 1120.
nu. 3. Surd. in conſ. 466. nu. 25. & in conſ. 572.
nu. 3. vol. 4.* Præterea inferiùs loquens Arca-
dius de ciuium immunitate, inquit, quòd
nulla vnquam vexatione, ſubſtantiali, vel
perſonali ciues eius grauentur,& ſic verbis
188 vniuerſalibus: quia dictio, nullus, vel nulla,
eſt vniuerſalis negatiua,& omnem vexatio-
nem excludit, etiam minimam, *glo. in c. ſtatu
tum in verb. nullum de reſcrip. in 6. gloſ. 2. in c. ne-
mo poteſt de reg. iur. eod. lib. Gem. in conſ. 35. vol.
1. in fin. accedit Crau. in d. conſ. 249. nu. 6.* refert,
& ſequitur *Rim. Iun. in conſ. 61. ſub num. 13. &
189 Rol. in conſ. 99. num. 27. vol. 4.* Qua de re illa
verba ſic negatiuè prolata, nulla vexatione
grauētur, æquipollēt vniuerſali propriè, ac
ſi fuiſſet dictū, nulla quacūq; vexatione gra
uentur, *Fulg. in l. iure gentiū, §. ſed ſi fraudādi, ff.
de pact.* qui voluit, quòd propoſitio iſta, nul-
lus faciat, impòrtat, ac ſi diceretur, nullus
quicumq; ſit, faciat: ex quo verba negatiuè
prolata, propriè ęquipollēt vniuerſali, refert
& ſequitur *Felin. in c. 1. col. fi. ſub verſ. Fallit ſe-
xto. ext. de treg. & pac. quib. accedit poſt Gemen. &
Nat. quos citat Rim. Iun. in d. cōſ. 450. n. 54. vol. 3.*
190 Tertiò ſub eiſdē verbis vniuerſalibus, ge-
minatis, & repetitis fuit cōceſſa immunitas
à Rogerio Primo Siciliæ Rege, qui ciues, &
habitatores Meſſanę per totū eius dominiū,
quod tunc habebat,& quod in poſterū, tum
ipſe, tum etiā cęteri Siciliæ Reg. habebunt, li
beros fecit ab omnibus & ſingulis gabellis,
dohanis, & alijs ſolutionibus quibuſcumq;
tā de magnis rebus, quā de paruis, ſtabilibus
& mobilib. in mari,& in terra, addens, quòd
nullo vnquā tēpore in eadē Ciuitate,& per
ſuas villas, talia, collecta, gabella imponatur,
aut colligatur, etiāſi Rex, quacumq; ne-
ceſſitate productus, collectaret, aut cæteros
cogeret pro re quacumq; neceſſaria, ſubdēs,
quòd nullo vnquā tēpore gabella de nouo,
nec impoſitio quomodolibet imponatur in
rebus quibuſcumq; nec mercibus, tam in re-
bus, quæ fiunt in Ciuitate, quā quæ portan-
tur ab extra. Ex cuius priuilegij tenore con-
ſtat de verbis, & clauſulis vniuerſalibus ge-
minatis,& repetitis. Primò, dū ciues Meſſa-
næ ab iſtis munerib' fecit perpetuò liberos,
& ſic vniuerſaliter ab omni onere, quia hoc
importat illius verbi natura, *ex glo. Bal. Ruin.
Dec. Rol. Menoc. & alijs ſuperius citatis.* Secūdò,
dū ſubdit ab omnibus,& ſingulis gabellis,&
ſic vniuerſaliter, tū propter dictionē, omni-
bus, quæ eſt vniuerſalis, vt deduximus, tū ēt

pro-

191 propter illud verbũ,ſingulis,quod eſt diſtri-
butiuũ illius vniuerſalitatis præmiſſę,& tan
tũ operatur, quãtũ ſingularis denumeratio
rerũ ſub vniuerſalitate cõprehenſarũ,*l. huiuſ
modi §.penul. Vbi Iaſ.& alii, ff.de leg.1. Aret.in l.
ſi ex toto,§.ſi legatum.ff.eod.tit. Doct.in l.ſi ſti-*
192 *chũ,§.ſtipulatio ff.de verb.obl.* Hinc eſt,quòd
ſub diſpoſitione loquẽte de omnibus,& ſin-
gulis,tanquam ſub oratione vniuerſali,om-
nia comprehenduntur, quæ aliàs non veni-
rent, *Alex.& Imol. in l.quod dicitur,ff. de verb.
obligat.Bero.in conſ.81.nu.19.vol.2.Riminald.
Iun. loquens in terminis immunitatis in conſil.*
193 *27.num.12.vol.1.* Tertiò, dum addit, &
alijs ſolutionibus quibuſcumque, quod re-
petit inferiùs, dum prohibet in rebus qui-
buſcumque nouam gabellam, aut impoſi-
tionem quomodolibet imponi, quòd, ver-
bum, quibuſcumque, pariter eſt vniuerſale,
*Dec.in conſ.208.num.8. Tiraq.in retract. ligna-
gier.§.1.gloſ.7.num.20.cum ſequentib.Riminald.
Iun.in dicto conſil.450.num.35.volum.4. Hon-
ded.in conſil.64.num.4.vol.1. & in conſ.86.nu.
15.vol.2. Alex. qui loquitur de verbo quibuſuis,
in conſ.30.ſub nu.14.vol.9.Roland.in conſ.5.nu.*
194 *44.Vol.1.& Menoch.in conſ.1129.nu.28.* Si-
cut eſt vniuerſalis dictio illa appoſita, quo-
modolibet,quæ idem importat, quòd quo-
cunq; modo, *Archid. in c. indemnitatibus, col.
fin.de elect. in 6. Pariſ.in conſ.58.nu.10.vol.1.
& in conſ.142.num.6.vol.4.Gozad.in conſ.14.
nu.22.& Rolan.in conſ.2.nu.23.cum ſeq.vol.4.*
Quartò,dum addit, quòd in Ciuitate,& vil
lis non imponatur gabella,etiamſi Rex,qua
cunq; neceſſitate productus,collectaret, &
ſic vniuærſaliter in quocunq; caſu Ciuita-
195 tem fecit immunem, quia illud verbum
quacumque vel quocumque eſt vniuerſale,
*Crau.in conſ.294.col.5. verſic.ad idem adduco,
vol.2. Ruin.in conſ.98.nu.11. vol.2.Menoch.in
conſ.496.num.65.& ſeq. vol.5.Roland.in conſ.
12.nu.40.vol.4.*Sic de verbo,quoſcumq; *Go-
zad.in conſ.6.num.41.& 45.relatus à Menoc.in
conſ.19.ſub nu.52.vol.1.Dec.in conſ.55.ſub nu.
6.verſ.ſupereſt,& Rolan.in conſ.61.nu.35.vol.
1.* Et de dictione, in quocumque caſu, quæ
eſt vniuerſalis, *loquitur Rimin.Iun.in conſ.450.*
196 *ſub num. 42.vol.4.* Quartò principaliter ſub
eiuſdem verbis vniuerſalibus, & geminatis
legitur immunitas conceſſa ab Henrico Au
guſto, qui conceſſit ciuibus Meſſanæ ple-
nam perpetuo libertatem vendendi, & e-
mendi,tam per mare,quàm per terram,tam
in introitu, quàm in exitu, tam in paruis,
quàm in magnis rebus: ita quod nullum
ius,nec commercium inde tribuant, tùm

mobilium,quam ſtabilium rerum. Ex cuius
priuilegij tenore liquet de verbis vniuerſali
bus & geminatis,tùm ex verbo,libertatem,
quod de ſui proprietate vniuerſaliter ab om
ni onere, grauamine,& obligatione eximit,
vt ſup. diximus, tùm etiam ex verbo, plenã,
relatum ad libertatem, per quod nedum li-
bertas ſimpliciter, ſed cum geminatione al-
terius verbi vniuerſalis, plena liberta fuit
197 conceſſa. Verbum enim,plenum,eſt vniuer-
ſale, quia plenum illud dicitur, cui aliquid
iuris non deeſt,vt poſt *Bald.& Imol.notat Iaſ.
in l.huiuſmodi,§.ædes,nu.5.ff.de legat.1.Bald.lo-
quens de plena proprietate in l.fœmina,§.illud,per
illum tex.C.de ſecundis nuptijs,idem Bald.loquens
de plena poſſeſſione in l.mater, C.ad Tertull.& in*
198 *l.raptores,§.ſin autem,C.de Epiſc.& cler.* Hinc
eſt,quòd plenum, tanquam vniuerſale om-
nia complectens, non recipit additionem,
ſeu additione non indiget,quia ei nihil po-
teſt addi, nec ab eo aliquid poteſt minui,
*c.benè quidem,96.diſt.c.Apoſtolicæ, de præbend.
in 6.Bald.in conſ.383.vol.3. & in conſ.293.nu.
3.vol.4. Iaſ.in d.§.ædes, Soc.Iun.in conſ.1.num.
17.vol.4.Roland.in conſ.85.n.53.vol.4.Pereg.
de fideicommiſ.art.3.nu.95.* Nam plenum di-
citur, quod eſt ſine aliquo defectu, ſeu di-
minutione, *ad tex.in l.ſi poſt miſſionem,ff.ad le-
gem falcid.Bald.in l.precibus,nu.43.C.de impub.
& alijs ſubſtitut.Ruin.in conſ.100.col.6.verſic.
3.vol.3.* vnde de dictione, plenum, quæ non
patitur diminutionem, ſeu reſtrictionem,
loquitur Surd.in conſ.515.num.5.vol.4. conue-
niunt & alij, quos citat *Peregr. in loco præcit.
& faciunt tradita à Menoch. in d.conſ. 19. num.
12.& 17.* qui loquens de hoc verbo, ple-
num,inquit,*poſt Iaſ. Ruin. & alios,* quòd ea
comprehendit,quæ ſpeciali,ac ſpecialiſſima
199 indigent expreſſione, quod proprium eſt
verborum vniuerſalium, quæ habent vim
expreſſionis ſpecialis, *Bar.in l.1.in fin.ff ſi quis
in ius voc.& in l.2.ff.de nouat. Iaſ.conſ.45.col.
pen. vol.1. Rol.in conſ.61.nu.36.vol.1.& Me-
noch.in conſ.1007.nu.19.& 52.* cum concor-
dantibus inferiùs ordine ſuo tradendis:tùm
etiam ex verbo nullum, quod pariter eſt v-
niuerſale negatiuum, vt ſupra diximus,
adeò quòd dùm in dicto priuilegio habe-
tur, vt nullum ius, nec commercium Meſ-
ſanenſes tribuant, talis propoſitio eſt vni-
uerſalis, & æquiualet, ac ſi diceretur, vt
nullum quodcunque ius, ſeu commercium
tribuant, *poſt Fulgoſium, Felin.& alios ſupe-
riùs citatos, teſtatur Riminald.Iun. in dicto conſil.*
200 *450. num.54.volum.4.* Quintò principali-
ter, ſub verbis pariter geminatis, & vni-

Digitized by Google

uerſalibus legitur immunitas conceſſa Meſſanæ à Federico Rege, qui in exitu & introitu per totum eius Regnum in mari & in terra, Meſſanenſes voluit ampla libertate gaudere, addens poſſe eorum mercimonia, & quaslibet res liberè ponere, & extrahere, & cum eiſdem intrare liberè pariter, & exire. Ex quibus verbis, vt liquet ex præmiſſis, conſtat, immunitatem verbis vniuerſalibus & geminatis, ac replicatis fuiſſe conceſſam, dùm non ſimpliciter conceditur libertas, quæ vt diximus, vniuerſaliter ab omni onere eximit. Sed additur hæc dictio ampla, quæ auget, ſicut dictum eſt de dictione plena, ita quod qui ampla vel plena libertate gaudet, ab omni lege eſt exemptus, aliàs verba non operarentur, *Geminian. in capit. 1. §. illum, in 2. oppoſit. de verborum ſignification. in 6.* & ad maiorem cautelam bis poſteà repetitur verbum, liberè, dùm conceditur, vt poſſint liberè ponere, & extrahere res, & mercimonia, & cum eiſdem intrare liberè pariter, & exire, per quod verbum, liberè datur immunitas cum ſigno vniuerſali, quia liberè id
201 fieri dicitur, quod quis ſine aliqua obligatione, ſed ſua abſoluta voluntate, alio non requiſito, facere poteſt, *Abb. in c. de multa, & ibid. Canoniſt. extra de preben. Aret. in conſ. 76. num. 30. Soc. in conſ. 13. in fin. vol. 1. & in conſ. 170. col. 5. vol. 2. Dec. in conſ. 355. num. 4. & in conſ. 360. num. 5. Pariſ. in conſil. 26. num. 26. vol. 4. Menoch. in conſ. 192. num. 9. idem Menoch. alios citans de arbitr. iud. lib. 1. q. 7. nu. 33. cum ſequen.* Vnde qui liberè aliquid habet, illud ab omni onere exemptum dicitur habere, *gloſ. in d. Clement. dudùm, in verb. liberè, de ſepul. cum concordant.* ſuperiùs traditis, quibus
202 accedit, *Menoch. in conſ. 1042. num. 10.* Sic de teſtatore relinquente aliquid liberè, quòd ab omni onere fideicommiſſi cenſetur eximere, voluit *Menoch. in conſ. 640. num. 3. & ſeq.* qui atteſtatur idem ſentire *Ruin. in conſ. 131. num. 10. vol. 1.* Et ſicut dictum eſt de verbo, plenam, vel plenum, quod eſt vniuerſale, ſic dicimus de verbo, liberè, quod
203 idem importat. Sunt enim hæc duo verba, plenum, & liberum, æquipollentia, *l. ſi fideicommiſſa, §. quamquam, ff. de leg. 3. Bar. in l. alio, ff. de alim. legat. Bald. in l. etſi poſt tres, ff. ſi quis cautio. Alex. in conſ. 208. num. 8. vol. 7. Roland. in conſ. 85. num. 51. vol. 4. Peregr. alios citans in tractat. de fideicommiſ. in d. art. 3. num. 95. in fin.*
204 Sextò principaliter, legitur hæc immunitas ſub verbis pariter vniuerſalibus, geminatis & repetitis in priuilegio Federici Tertij, qui Meſſanenſes fecit perpetuò omninò exemptos, liberos & immunes à ſubuentionibus, promiſſionibus, collectis, mutuis, & quibus libet alijs exactionibus, quæ in Sicilia, pro quibuſcunque cauſis & negotijs pro tempore imponentur: ex quo tenore liquet de verbis vniuerſalibus, eorumq; geminatione, tùm ex verbo, liberos, per ea quæ tradi-
205 ta ſunt, tùm etiam ex dictione, omninò, quæ eſt vniuerſalis, & idem ſignificat quod indiſtinctè, & in omni caſu, *glo. in l. ſi cum exceptione, §. quatenùs, & ibi Bart. ff. quod metus cauſ. Ruin. conſ. 154. num. 8. vol. 1. & in conſ. 61. nu. 25. vol. 2. Roland. in conſ. 84. num. 24. vol. 1. & in conſ. 61. num. 37. vol. 3.* tùm etiam ex illis geminatis clauſulis quibuslibet, & quibuſcunq; quas pariter eſſe vniuerſales ſuperiùs deduximus. Septimo tandem legitur hæc immunitas ſub eiſdem geminatis clauſulis vniuerſalibus, in priuilegio eiuſdem Federici tertij, cum inſerto tenore, & ex certa ſcientia confirmato à Federico quarto nepote: Pariterq; legitur in priuilegio Ludo-
206 uici & Ioannis, qui ciues, ac diſtrictuales prædictæ Ciuitatis fecerunt exemptos, liberos & immunes ab omnibus oneribus perſonalibus, realibus, necnon quibuſcunque ſubuentionibus, collectis, & hoſpitiorum præſtationibus, & quibuſcunq; angarijs, ſeu collectis, quocunq; nomine nuncupentur: Ex qua textura priuilegij leguntur verba vniuerſalia, nedùm geminata, ſed triplicata, quadruplicata & vltrà, quibus hæc immunitas conceditur, ita vt ex his & alijs priuilegijs in Eulogio præſentatis, quæ referre potiùs laborioſum eſt, quam ſubtile, conſtat de veritate iſtius ſuppoſiti, quòd hæc immunitas eſt pleniſſima ſub verbis geminatis
207 & vniuerſalibus conceſſa, & ob id non video, qua probabili ratione dominus fiſci Patronus ſuperficialiter referens præmiſſa priuilegia ad finem excludendi ab eorum tenore ſuppoſitum ab eis publicæ neceſſitatis caſum, appellet ea generalia, illaq; vix vniuerſalia verba continere atteſtetur, cùm verè in omni parte verba vniuerſalia vrgent, ita quòd maioribus & latioribus verbis, ſtando in puris terminis verborum vniuerſalium, immunitatis conceſſio pleniſſima excogitari non poteſt. Vnde, ſalua pace, non benè inquit Dominus Matute, quòd irridendus eſt, *Bologn. in eius conſ. 1. num. 127.* dùm ait, quòd ſi centum Doctores interrogarentur ſuper impetratione priuilegij pleniſſimæ immunitatis, nullus eſſet, qui poneret me-

dieta-

Digitized by Google

dietatem verborum incluſorum in dictis priuilegijs, quod verum eſſe animaduertimus, ad tradita *per Bart. qui tot Verbis non vtitur, in l. vacuatis nu. 5. C. de Decurion. lib. 10. Alex. in l. ſi ex toto, ſub num. 6. verſic. Sis tamen cautus, ff. de legat. 1. Roland. in conſ. 5. num. 42. Vol. 1. Natt. in conſ. 397. num. 8. volum. 2. & in conſ. 525. num. 10. & Surd. in conſ. 146. num. 20. volum. 1. cum ſimilib.* Et hæc quoad primam partem.

Secunda pars.

SVMMARIVM.

1 *In dubio contra gabellas ſeu collectas, eſt pronuntiandum pro immunitate.*

2 *Gabellarum exactio eſt adioſa.*

3 *Ioann. Bolog. Primarius iuris ciuilis interpres in Meſſanenſi Vniuerſitate, pro Meſſanenſi immunitate in alia facti ſpecie conſuluit.*

4 *Vectigali nouiter impoſito, priuilegia Meſſanæ refragantur in vtraque immunitatis ſpecie.*

5 *Immunitatis priuilegia non debent violari.*

6 *Priuilegia cuiq; ſunt ſeruanda.*

Priuilegium vim legis priuatæ obtinet, ibid.

7 *Princeps non præſumitur derogare priuilegijs, etiamſi ea, quæ à Principe emanant, fiant per modum legis, & priuilegia talia ſint, quæ poſſint reuocari.*

8 *Principis proprium eſt à ſe conceſſa non auferre.*

9 *Immunes priuilegio oneroſo, non comprehenduntur ſub indictione vectigalis facta, nemine exempto.*

10 *Priuilegia immunitatis, quibus Meſſana lætatur, de iure ſubſiſtunt.*

Immunitatis conceſſioni iura refragantur, & quando, ibid.

11 *Ciuitas ſuperiorem recognoſcens, immunitatem concedere non poteſt.*

At ſecùs in Ciuitate libera, num. 15. vide num. 21. & 31.

12 *Immunitatis conceſſio facta à Principe, de iure ſubſiſtit, illaque eſt de reſeruatis.*

13 *Princeps poteſt concedere immunitatem.*

Etiam à patrimonialibus, & ordinarijs, num. 16.

14 *Inferiores in titulo maioris dignitatis conſtituti, qui habent iura Imperij, & Regalia reſeruata, poſſunt immunitatem concedere, & alia exercere in ſuos ſubditos, quæ poteſt Imperator in vniuerſo Imperio.*

15 *Immunitatem concedere poteſt Ciuitas, quæ ſuperiorem non recognoſcit.*

Ciuitas ſubdita immunitatem concedere poteſt de Principis conſenſu, ibid.

His modò ſuppoſitis, rem ipſam aggredimur, qua diligentiſſimè perpenſa, eam veriorem ſententiam exiſtimamus, quâ rectiùs adducimur reſpondere, vectigal de quo quæritur, de iure non potuiſſe imponi in vrbe Meſſanæ, contra illius immunitatem, ac ampliſſima priuilegia. Pro qua ſententia, licèt nihil ſit, quod illam probabiliter, ac legitimè in dubium reuocet, vt ex inferiùs tradendis
1 patebit, in dubio tamen ſi eſſemus, ita pariter pronuntiandum eſſe contra gabellas, iuris ratio ſuadet, *ad text. in l. ſi pupillus, vbi Bart. num. 3. ff. ad leg. falcid.* ſic enim pro immunitate contra collectas, aliaque onera ſentiendum eſſe, *ex Bart. vbi ſupra, voluit Corn. in conſ. 199. ſub num. 25. vol. 1. & in conſ. 194. nu. 8. vol. 4. Abb. in conſ. 20. col. 2. vol. 2. Aym. Crau. ex his in conſ. 111. num. 26. vol. 1. & poſt eum Franciſ. Becc. in conſ. 73. in fin. vol. 1. Grat. conſ. 61. num. 55. vol. 1. Oſaſc. in deciſ. 95. num. 18. Purpur. in conſ. 428. num. 87. Surd. in conſ. 140. num. 55. vol. 1. & in conſ. 234. num. 20. Vol. 2. Pancirol. in conſ. 158. in fin. & Menoch. in conſ. 540. num. 18. & conſ. 887. num. 3. vol.*
2 *9.* Id enim ſuadet odium gabellarum, quarum exactio eſt odioſa, *ad tex. in l. 2. C. vectig. nou. inſt. non poſ. l. vectigalia, & ibi notat Bart. ff. de public. Abb. in conſ. 69. col. 2. vol. 1. & Natt.*
3 *in conſ. 274. num. 8.* Itaque licèt in alia facti ſpecie pro hac immunitate & iuribus Meſſanenſium latiſſimè conſuluit doctiſſimus & clariſſimus ille Iureconſultus Dominus Ioannes Bolognetus, qui tunc temporis Primariam iuris ciuilis Cathedram in hac Meſſanenſi vniuerſitare obtinebat, qui munus ſuum non diſſimulans, prouinciam ſcribendi aſſumpſit pro iſtius vrbis iuribus tuendis, illaq; ex tribus capitibus, & iuris communis, & capitulorum Regni, & particularium priuilegiorum tueri conatus eſt: tamen ex his hoc vltimum priuilegiorum caput pro immunitate Meſſanæ, in hac facti ſpecie amplectendum eſſe arbitramur, licèt implicitè de alijs quoq; ſub capite priuilegiorum verba faciemus.

Qua de re, conſideratis, ac perpenſis priuilegijs præmiſſis, ex eis fundatam eſſe Meſſanæ intentionem arbitramur aduerſus hoc vectigal, ita vt omninò ſeruanda ſit immunis ab illius ſolutione: pro qua veritate hæc occurrunt conſiderationes.

4 Primò conſideramus, quòd huic vectigali nouiter impoſito, vtraq; immunitatis ſpecies in priuilegijs contenta, quas in ſecundo ſuppoſito enunciauimus, refragatur.

Nam

Nam quatenùs in Vrbe Meſſanæ eſt impo-
ſitum vectigal, illudq; mandatum eſt exigi
in Regia illius vrbis Secretia, vtiq; illud eſt
contra immunitatem loco conceſſam in
priuilegijs relatis, tùm in ſecundo, tum
etiam in quarto ſuppoſito, ex quibus de-
duximus Meſſanam immunitate gaudere
à vectigalibus & gabellis, illamq; fore &
eſſe exemptam & liberam, ita vt in ea, eiuſq;
villis & ruribus gabella, collecta, & id ge-
nus imponi, aut exigi minimè poſſit, tam
pro rebus, quæ ibi fiunt, quàm quæ portan-
tur ab extra. Quatenùs verò particulari-
ter vectigal de ſericis Meſſanenſium exigi-
tur, vtiq; illud eſt contra immunitatem, ne-
dùm loco conceſſam, qua ipſi Meſſanenſes
& habitatores gaudent, ſed etiam eſt con-
tra exemptionem eis ſpecialiter tributam
in præmiſſis priuilegijs ibidem deductis.
Ex quibus conſtat, eos eſſe immunes ab
omnibus, & ſingulis gabellis, vectigalibus,
5 & alijs ſolutionibus quibuſcunq; Vnde,
cùm ita ſe habeant, & Meſſanæ & Meſſa-
nenſium priuilegia, nullum ius patitur Meſ-
ſanæ vectigal prædictum potuiſſe imponi,
ac priuilegia immunitatis præmiſſæ violari
& per conſequens Ciuitatem ipſam onere
iſtius vectigalis inquietari, *ad tex. in cap. 2. &
ibi gloſ. 25. quaſt. 2. gloſ.* hoc in ſpecie de pri-
uilegio immunitatis intelligens, *in cap. acce-
dentibus, in gloſ. magn. in princ. extra de priuileg.
Paul. de Caſtr. Alexan. & alij in l. ſi ex toto, ff. de
legat. 1. Paul. de Caſtr. in conſ. 187. col. pen. ſub
num. 5. vol. 2. & Pariſ. in conſ. 69. num. 4. Vol. 1.*
Nam exemptio, ſeu immunitas in præmiſ-
ſis priuilegijs conceſſa, vti libertatis ſpecies
impediri, vel inquietari contra priuilegio-
rum tenorem non debet, *Gemin. in c. ſi Papa,
de priuileg. in 6. Cald. in conſ. 3. in tit. de priuil. De-*
6 *cian. in conſ. 51. num. 21. vol. 3.* Eſt enim ge-
nerale, cuique ſeruanda eſſe priuilegia, *cap.
dilecti filij, in fin. cap. porrò, cap. accipimus, & cap.
quanto, cum ſimilibus, extra de priuileg.* Nempè,
ſicut lex ſeruari debet, illaque eſt cuſtodien
da, *ad text. in cap. 1. & ibidem Canoniſt. extra
de conſtit.* ſic etiam priuilegia ſeruari opor-
tet, quæ vim legis priuatæ obtinent, *cap. pri-
uilegia, 3. diſtinct. l. priuilegia, C. de ſacroſanct. ec-
cleſ. l. ius ſingulare, ff. de legib. Bal. in l. eam quam,
C. de fideicomm. Alexand. in l. beneficium, ff. de
conſtit. Princ. Camil. Borrel. de præſt. Reg. cap. 33.
num. 6. & Petr. Surd.* qui ita in terminis im-
munitatis arguit, *in conſ. 419. num. 20. vol. 3.*
7 Hinc eſt, quòd pro obſeruantia priuilegio-
rum ius præſumit Principem eis nolle de-
rogare, dato, quòd talia eſſent priuilegia,
quæ poſſent reuocari, etiam ſi quæ à Princi-
pe emanant, fiant per modum legis, *gloſ. in
l. Decurionibus, C. de ſilent. lib. 12. Bald. in l. 1. poſt
princip. ff. de conſt. Princ. & in l. dotalem, ff. de
teſtamen. milit. & alibi, vt citat Natt. in conſil.
274. nu. 1. & 2. poſt cum Menoch. in conſ. 1105.
num. 19.* qui loquitur de priuilegio immu-
nitatis, cui licèt poſſit Princeps, non tamen
in dubio derogat per impoſitionem oneris
generaliter indicti, *Bald. in cap. 1. col. penult.*
8 *verſ. Pone Princeps, de reſcrip. & Paul. de Caſtr.
in d. conſ. 187. col. pen. verſ. Sed his non obſtanti-
bus, vol. 2.* quia proprium eſt Principis à ſe
conceſſa non auferre, *vt in authen. de referen.
in prin. Luc. de Pen. in l. fin. in verb. donauerit, C.
de locat. prædior. ciuil. lib. 11. Andr. & Afflict. in
cap. 1. §. ſimiliter, num. 65. de cap. qui cur. vendi.
vbi Afflic.* contra fiſci Patronos contrarium
9 conſulentes grauiter inſurgit. Quinimò,
quando priuilegium immunitatis eſt one-
roſum, & per conſequens irreuocabile, ſub
indictione vectigalis, etiam facta, nemine
exempto, non comprehenduntur tali priui-
legio immunes, quia oportet exemptis ſer-
uari priuilegia, *Ioan. Bapt. à Sanct. Seuer. in
l. omnes populi, ſub num. 92. circa 6. quaſt. prin-
cipal. verſic. Septimò quæritur, ff. de iuſtit. & iur.
Albert. Brun. in conſ. 66. num. 46. Paul. de Caſtr.
in l. ſi mihi & tibi, §. fin. nu. 5. ff. de legat. 1. & in
conſ. 317. col. 3. verſ. Secundò principaliter, n. 3.
vol. 1. Boſ. de prin. nu. 151. Rim. Iun. in conſ. 323.
num. 3. vol. 3. Surd. in conſ. 146. num. 18. &
Menoch. in conſ. 887. ſub nu. 55. Verſ. Reſponde-
tur tertiò, volum. 9.*
10 Secundò conſideramus hæc priuilegia
immunitatis, quibus lætatur Meſſana, de
iure ſubſiſtere, nam licèt conceſſioni immu-
nitatis videantur iura refragari, *ad text. in
l. vacuatis, C. de Decur. lib. 10. & in l. 1. C. de im-
mun. nemin. conced. eod. lib. & l. penul. C. de ve-
ctigal. & commiſ.* Vnde priuilegia immuni-
tatis eſſe de iure regulariter prohibita, vo-
luit ex multis *Bertran. in conſ. 181. in 2. part.
num. 7. Vol. 3. Boſſ. ex aduerſo citatus poſt An-
char. in locis per eum citatis, in tit. de Princ. num.
136.* quod implicat Dominus fiſci Patro-
nus, *ſub 1. princ. reſpon. in verſ.* Hinc nõ facilè,
& ob id à Magiſtratibus hæc priuilegia
non approbari, vti fiſco damnoſa, & con-
tra publicam vtilitatem atteſtantur *Camil.
Borrel. de præſt. Reg. cap. 33. num. 9. Roland. conſ.
5. num. 1. Vol. 1. Cephal. in conſ. 553. num. 15.
Vol. 4. ad text. in l. 3. C. de prec. Imper. offer. & in
l. fin. C. ſi contra ius vel vtil. publ.* tamen præ-
miſſa locum habent in conceſſione immu-
nitatis facta ab inferioribus, qui cùm ſupra
ius

ius non ſint, nec vti poſſunt clauſula, non obſtante, immunitatem contra iura illam irritantia, concedere non poſſunt prout de Ciuitate ſuperiorem recognoſcente, traditur, quæ illam regulariter non conçedit, etiam ſi ciuium, ac curialium accedat conſenſus, vt in d.l. vacuatis, & in d.l.1.& l. immunitates, C.de agric.& cenſ.lib.11. Alexand. in conſ. 101.num.3.vol.1.& in conſ. 30.ſub num. 7. volum.5. Anchar.in conſ.389. Viſis diligenter, Felin.in cap.accedentes, col.fin.verſ.Nona & vltima concluſio, extra de præſcr. Dec. in conſil. 638.num. 10. Pariſ. in conſ. 68.num.3.vol.1. Natt.in conſ.304.num.1.& 7.Iaſ.in conſ.101. num.1.vol.4.Feſtaſ.de collect.in 4.part.cap.4. num.51.& 52.cum concord.traditis à Roland.in conſ.5.num.4. vol.1.quibus accedit Menoch.in conſ.887.nu.18. verſ.7.& Barz.in deciſ.117.
12 num.1. At in terminis noſtris agitur de immunitate à Principe conceſſa, cuius immunitatis conceſſio de iure ſubſiſtit, ad text. in l.ſunt munera, ff. de vacat. muner.l. immunitates, C.de agric.& cenſit.libl 11.Bart.Bald.& Angel. in d.l.vacuatis, Bald. poſt Cin. in d.l.3.C.de precib. Imper.offerend. Bart.in l.hi qui, nu.1.ff.de iure immunit.& in l.1.C.de decret.Decur.lib.10. Hinc conceſſionem immunitatis eſſe Principi rationabiliter reſeruatam cenſuit Ioan. de Plat.in l.vnic.C.de his qui à pri.lib.10.Quam
13 concedere poſſe, illiuſque validam eſſe conceſſionem, voluit Abb.in cap.2. col. 5.de immun.eccleſ.Alexand.in d.conſ.30.num.9.vol.5. Boſſ.in tit.de Princip. num.135.& 150.Barbat. in conſ.26.vol.2.Rip.lib.2.reſponſ.cap.17.num. 11.Pariſ.in d.conſ.68.in princ.& in conſ.69.nu. 1.cum ſeq. vol.1.Oſaſc.in deciſ.38.num.18.Pet. Belle.in ſpec.Princ.rubr.46.in princip.num.7.Ioſeph.Ludou.in deciſ.3.nu.4.Iaſ.in d.conſ.101.ſub nu.6.vol.4. Natt.in conſ.160.col.3.& in conſ. 310.col.1.Roland.in d.conſ.5.num.19.vol.1.& in conſ.76.col.1. vol.2. Feſtaſ. de collect.part. 4. cap.5.nu,37.Syluan.in conſ.66.Dominus Tapp. in rubr.de conſt. Princ.cap.4.num.30.Alexand. Raudenſ.in conſ.1.num.260.vol.2.Rimin.Iun.in conſ.27.num.8.vol.1. Surd. in conſ.278. vol.2. & in d.conſ.419.num.17.vol.3.& Camil.Borrel.
14 in d.tract. de præſt.Reg. cap.33.num.4. Quod pariter locum habet, etiam in alijs inferioribus, in titulo tamen maioris dignitatis conſtitutis, habentibus iura Imperij, ac Regalia reſeruata, qui poſſunt immunitates concedere, Feſtaſ. de collect.in 4.par. cap.7.nu. 15. prout de Duce Mantuæ, ac Marchione Montisferrati, voluit Cephal.in conſ.58.nu. 52.& 62.Sylu.in d.conſ.66.num.16.Alexand. de Duce Mediol.in conſ.30.vol.5. Natt. in conſil. 310.Pariſ.in d.conſ.69.Burſ.in conſ.16.vol.1. Surd.in dict.conſ.278.& Roland.in d.conſil.76. Nempè tales, licet Eccleſiam, vel Imperium recognoſcant; hebent tamen iura Imperij, & Regalia reſeruata, Bald.in cap.1. in vlt.not. quę ſunt Regal.Afflict.ibid.in rub.nu. 68.cum ſeq.Iacob.de Sancto Georg.in inueſt.col. 1.Verſ.Sed dubitatur, Felin.in cap.cum nobis, nu. 5.de præſcrip. Boſſ.de Regal.nu.5. Et ideò omnia reſeruata exercere poſſunt in ſuos ſubditos, quæ Imperator in vniuerſo Imperio, Alex.in conſ.2.num.9.& in conſ.11.num.9.vol. 7.Soc.in conſ.4.num.11.vol.3.Curt.Iun.in conſ. 61.num.9.& in conſ.100. num.3. Oſaſc.in conſ. 3.& in conſ.9.& in deciſ.155. num.1.Pariſ.in d.conſ.69.num.3.vol.1.Roland.in d.conſ.76.nu. num.3.vol.2.Burſ.in d.conſ.16.nu.55.vol.p.Bec. in conſ.56.num.61.vol.1. Menoch.in conſ.604. Peregr.de iur.fiſc.lib.1.tit.2.ſub num.76.Petr. Surd.in conſ.1.num.12.& in d.conſ.278.num.
15 14. Quinimò & Ciuitas libera, quæ ſuperiorem non recognoſcit, concedere poteſt, Bald.in conſ.406.in fin.vol.5.Abb.cap.2.col.fin. de immun.eccleſ. ſic declarans Bart.in l.2.ff.de iur. immun. qui loquitur de populo concedente immunitatem, Natt. in d.conſ.310.ſub num.1.Surd.in d.conſ.419.ſub num.14. qui ſubdit, quòd qnando Principis accedit conſenſus, poteſt Ciuitas etiam ſubdita immunitatem concedere per illum text.in d.l.immunitates, vbi gloſ.Bart.& Ioan.à Plat.C. de agricol. & cenſit.lib.11.Angel. in d.l.1.num.4.C.de immun.nemin.conced.lib.10. Grat. in conſ.61.num. 1.cum ſeq.vol.1.& Roland.in d,conſ.5.num.14. vol.1. Ex quibus datur intelligi, verum eſſe, facultatem concedendi immunitates reſidere penes Principem, vt dicebat Ioan. de Plat.ſuperiùs relatus, & refert Camil.Borrel.in d.cap.33.& per conſequens, immunitas Meſſanę vti conceſſa à Principe ad hoc facultatem habente, de iure ſubſiſtit.

SVMMARIVM.

16 *Immunitatem concedendi facultas Principi reſeruata, procedit in omnibus oneribus, etiam ordinarijs & patrimonialibus, & num.18.*

Immunis nemo eſt à patrimonialibus, etiam ſi priuilegiatus quis fuerit, ibid.

17 *Immunitatis priuilegium alicui conceſſum ſimpliciter à muneribus, non intelligitur de ordinarijs, aut patrimonialibus.*

18 *Princeps poteſt immunitatem concedere à muneribus patrimonialibus, & nu.ſeq.*

19 *Hypotheca tacita pro collectis, an detur, vbi quæritur de munere extraordinario, vel in caſu immunitatis.*

20 Ho-

20 *Hoſpites recipiendi à munere excuſantur magiſtri liberalium artium profeſſores, & Medici, ac ſimiles.*
21 *Ciuitas poteſt concedere immunitatem ex cauſa, etiam à patrimonialibus.*
22 *Immunis eſt Meſſana ex forma priuilegiorum, etiam à patrimonialibus.*
23 *Extraordinarium munus quale ſit.*
Belli onus eſt extraordinarium, ibid. remiſſiuè.
24 *Expreſſum quando aliquid dicitur, remiſſiuè.*
25 *Expreſſum dicitur, quod ex vniuerſali ſermone venit in conſequentiam, & quod ſub expreſſo continetur, & in 3. par. num. 257.*
Tacitum quod ſequitur ab expreſſo, dicitur expreſſum, ibid.
26 *Verba vniuerſalia omnia comprehendunt, quæ excogitari poſſunt.*
27 *Patrimoniale ius, quale ſit,*
28 *Vectigal eſt munus patrimoniale, & ſoluitur pro rebus euectis, vel inuectis.*
Tributum munus eſt patrimoniale, ibid.
Capitatio dicitur tributum, & eſt munus patrimoniale, ibid.
29 *Collecta imponitur perſonis pro rebus, & munus eſt patrimoniale.*
Angaria, an ſit munus reale, ibid.
30 *Hoſpitiorum præſtatio, an ſit munus patrimoniale:*
31 *Immunitas Meſſanæ ex iuſta cauſa meritorum conceſſa.*
Merita ſunt iuſta cauſa concedendi immunitatem, ibidem.
Ciuitas ſubdita ob benemerita poteſt concedere immunitatem, ibid.
32 *Immunitatis conceſſio eſt ſpecies donationis, & valet, propter merita, vbi aliàs non valeret, ſicut traditur de donatione.*
33 *Prælatus poteſt donare ex cauſa meritorum, licèt aliàs non poſſit.*
Tutor donare poteſt propter benemerita, ibid.
34 *Meritorum cauſa multa ſpecialiter permittuntur, quæ aliàs eſſent prohibita, remiſſiuè.*
Regularis donare poteſt ob benemerita, ibid.
Officialis poteſt ex cauſa meritorum acceptare munera, ibid.
35 *Meritorum cauſa, propter quam fuit conceſſa immunitas Meſſanæ, tollit omnem aſſertam coniecturam importunitatis.*
36 *Motu proprio illud dicitur conceſſum, quòd ſponte, & nemine petente conceditur.*
37 *Donatio præſumitur, vbi merita præcedunt, maximè in Principe.*
Principem decet vti liberalitate, & ei magis conuenit reddere plus quàm accepit, ibid.

16 TErtio principaliter conſideramus,
quòd hæc præmiſſa facultas concedendi immunitatem Principi reſeruata, procedit in omnibus & quibuſcumque oneribus, tam extraordinarijs, quam ordinarijs tam perſonalibus, quã etiam patrimonialibus, *Boſſ. in tit. de Princip. num. 35. & 150. cum concordan. de quibus inferiùs.* In quare pro diluendis ex aduerſo traditis, animaduertimus, quòd licèt à muneribus patrimonialibus nemo, etſi priuilegiatus, excuſetur de iure communi, *ad text. in l. fin. §. patrimoniorum, verſ. ab huiuſmodi, & ibi gloſ. in verb. muneribus, ff. de mun. & honor. l. his oneribus, cum lege ſeq. ff. de vac. muner. l. 2. & per tot. C. de muner. patr. lib. 10. cum ſimil. trad. à D. Corſet. in 1. præmiſ. fol.* 28. quod atteſtatur
17 *Petr. Antibol. de muner. §. 4. num. 3.* Et ideò, ſi
alicui immunitatis priuilegium ſimpliciter à muneribus conceditur, illud de patrimonialibus non intelligitur, vt reaſſumit idem *Corſet. in 3. præmiſ. fol. 31. & allegat iura in l. hi qui, ff. de vac. muner. & l. 1. C. de his qui vac. rer.* quæ rub. in libro meo nõ reperitur, vnde credimus, vitio impreſſoris hoc contigiſſe, quia allegare voluit, *tex. in l. vnic. C. de vac. pub. muner. quæ concordat cum d. l. hi qui,* vbi probatur, quòd priuilegium immunitatis à muneribus, intelligitur de extraordinarijs, nec porrigitur ad ordinaria, *l. in honoribus, §. qui muneris, ff. de vac. muner. Camil. Borrel. cum ſuis congeſtis de præſt. Reg. cap. 33. num. 14.* Sed in ſpecie, quòd priuilegium immunitatis non intelligitur de patrimonialibus, *loquitur tex. in l. 3. & ibi gloſ. C. de muner. patrim. gloſ. in d. l. vnic. C. de vac. publ. muner. & in d. l. vacuatis, C. de Decur. Bart. in d. l. 2. num. 4. ff. de iur. immun. Luc. de Penn. in rub. C. de excuſ. mun. nu. 2. lib. 10. Purpur. in conſ. 580. num. 1. Camill. Borrell. in d. cap. 33. num. 15. Alex. in d. conſ. 30. num. 14. vol. 5. & D. Reg. Tap. in rub. de conſt. Princ. cap. 4. num.* 102. & 104. vbi refert, quid in Regno Nea-
18 pol. ſeruatur. Licèt ergo hæc vera ſint, non
tamen ſequitur, quin ex Principis priuilegio ſpecialiter à muneribus patrimonialibus quis non poſſit fieri immunis, in quare, licèt *D. Corſet. in d. 3. præmiſ.* contrarium ſubſtinere videatur, ex multis argumentis ab eo relatis, antea tamen adductis *ab Ægid. Thom. in tractat. de muner. in §. exactis eccleſiaſticis, num. 35. & 36.* Illa tamen neceſſariò non concludunt à Principe, qui eſt ſuprà ius, abdicatam eſſe hanc facultatem ab his muneribus concedendi immunitatem, ita vt talis conceſſio non valeat, licèt de Principis conſtiterit voluntate: ſolùm itaque argu-

argumenta adducta vrgere videntur ad pro
bandum immuniratis priuilegia eſſe de iu-
re prohibita, illaque præſumi ſubreptitia,
& ab inferioribus, qui vti non poſſunr clau-
ſula, non obſtanre, concedi non poſſe, nec
paſſim à Principe omnibus eſſe conceden-
da, præſertim à parrimonialibus, quæ diffi-
ciliùs concedunrur, vr animaduertir *Rolan.
in conſ.52.num. 8.vol.2.* ne ob multiplicatas
conceſſiones, nimis ac grauiter lædarur Im-
perium, ſeu corona, ac legitima adminiſtra-
tio Reipublicæ, ob maximam iurium di-
minurionē, ſicur de mulriplicatis demania
lium alienarionibus, tradirur *à Menoc. poſt
alios in conſ.* 1003.*n.*19.*&* 20.*de quo tamen in
3.p.ordine ſuo ſub n.*79.88.*&* 89. *in motiuis ex*
19 *aduerſo dicetur.* Hoc ergo cōcludere argumen
ra videntur, erſi eorum aliqua non benè con
ueniant, præſertim rertium de tacita hypo-
teca, quàm ineſſe aſſerit rebus pro collectis,
cùm in hac facti ſpecie agirur de munere
extraordinario, vr in ſequenti conſider. di-
cetur, pro quo tacita hypotheca non datur,
*Surd.in conſ.*146.*nu.*21. Quinimò ex verio-
ri, nec racita darur hypotheca in caſu im-
muniratis, *l.1.iuncta declaratione Bald.C.in qui-
bus cauſis pignus vel hypothec. tacit. contrahat.
idem Surd.in d.conſ.*146.*num.*17. Verùm aſſe-
rere, quod abſolutè non poſſir Princeps, eiq;
eſſe interdictum, immunitarem ab his mu-
neribus concedere, vt in aliquibus argu-
menris implicat Corſet. periculoſum eſt, ita
quod ipſemet parum ſibi conſtans contra-
rium affirmat, præſerrim in primo præmiſ. in
fin. dùm loquirur de vectigali, quod appel-
lar munus parrimoniale, à cuius ſolutione
neminem excuſari arreſtarur, ſubdens, niſi
ſpeciali priuilegio fulgeat. Illudque pari-
ter voluir *in 3.præmiſ.in princip.qui referens di-
cta Bart.in l.2.ff.de iur.immunit.* inquit, immu
niratem debere concedi ſpecialiter & di-
ſtinctè de muneribus perſonalibus, & reali-
bus, ordinarijs & extraordinarijs: nam ſi
concedererur ſimpliciter, non habet locum
in patrimonialibus, quia immunitas ad mu
nera ordinaria, & patrimonialia non rrahi-
rur: idem admittit paulò inferiùs, dùm
enunciat dicta *Thom. Parpa. in l.placet, num.
225.C.de ſacroſanct.eccleſ.* & ait, quòd reſcri-
ptum Principis concedens immunitatem
a parrimonialibus, præſumitur ſubreptitiū,
& quod propterea requiritur, quòd non
ſolùm expreſsè loquarur de illis muneri-
bus, ſed quòd in eo adſit clauſula, non ob-
ſtanre, & ſic faterur, poſſe Principem talem
immunitatem concedere, illiuſque priuile-
gium valere, vbi de Principis conſtat vo-
luntate, & hæc eſt mera veriras, *glo.in d.l.va-
cuatis, C.de Decurionib.gloſſ.in d.l.3.C.de muner.
patrimon.Bart.in d.l.2.num.1.& num.4. ff. de
iur. immunit.* vbi air, quòd per Principem
poteſt concedi immunitas, etiam à reali-
bus, & ibidem declarar, qualiter iſta con-
ceſſio fieri debet de patrimonialibus, *Petr.
Antib. de mun.§.4.num.4.* vbi inquit, quòd
ſpeciali priuilegio Principis omnia patri-
monialia, vel aliqua ex ipſis remittuntur,
*Alexand.in d.conſ.30. num.14. vol.5. Boſſ.vbi
ſupra, Oſaſc.in deciſ.38.num.17.cum ſeq.Rimin.
Iun.d.conſ.27.num.8.& D.Regens Tap.in dict.
rub.ff.de conſt.Princ.cap.4.ante num.107.verſ.
Poteſt tamen, de quo eſt tex.quem omnes allegant
in l.ſunt munera, ff.de vacuat.muner.* licèr Cor-
ſetrus adhærens illius regulæ pro ſe alleget,
vbi expreſsè dicitur, quòd licèr à muneri-
bus, quæ rei adhærent, nemo ſir immunis,
excipiuntur tamen hi, quibus principali
beneficio conceſſa eſt immuniras. Nec va-
ler reſpondere, quòd ille rexrus loquitur de
priuilegio Principis ex lege ſcripra, & ſic
clauſo in corpore iuris, vt faciebat *Ægid.
Thom.de collect.in d.§.ex actis eccleſiaſticis, nu.*
20 37.*authoritate gloſ.in d.l.ſunt munera,* ita vt vi
deantur excepti magiſtri liberalium artiū,
Profeſſores, ac Medici, & ſimiles, quibus de
iure remirtirur munus recipiendi hoſpites.
*l.final.§.fin.ff.de muner.& honor.d.l.his muneri-
bus, §.angariarum, ff.de vacat. muner. & l.Me-
dicos, C.de profeſſ.& Medic.lib.10.* Tùm, quia
aliud ſentiunr DD. qui loquuntur tàm de
immunitate conceſſa ex ſpeciali priuilegio
Principis, *de qua in d.l.munera*, quàm ex di-
ſpoſirione iuris, de qua in iuribus præcira-
tis, *vt per gloſſ.in d.l.vacuatis, & in d.l.3.& per
Bart.in. d.l.2.* prour pariter loquirur idem
Dominus Corſettus ſub dicto primo premiſ.
poſt mediū qui ait, quòd à vectigali (quod
patrimoniale munus appellat) nemo excu-
ſatur, niſi quarenùs lege, vel ſpeciali priui-
legio vacationem obtineat: tùm etiam
quia nulla iuris ratione reſtringi poteſt, il-
lud locum habere in priuilegio clauſo in
lege ſcripta, cum priuilegium ſpeciale ali-
cui conceſſum, pariter lex ſcripta priuata
dicitur, *cap.priuilegia 3.diſt.* vnde eadem eſt
ratio in vtroque caſu, & ideò idem ius ex
vulgaribus, qua propter verius eſt, quòd
Princeps ſpeciali priuilegio à patrimonia-
21 libus eximere poteſt, quinimò & Ciuitas, à
qua poteſt concedi immunitas ex cauſa,
contra regulam traditam *ſupra num.* 11. vt
dicetur inferius *in 5. conſiderat. num.*51. po-
teſt

Digitized by Google

teſt illam tunc concedere, etiam à patrimo-
nia ibus, quod eſſe verum, & commune at-
teſtatur Oſaſc. in d. deciſ. 38. num. 15. & poſt
eum, ac poſt Imol. in conſ. 203. num. 3. inqnit,
Burſ. in d. conſ. 16. nu. 30. vol. 1.
22 Quartò principaliter cõſideramus, quòd
priuilagia Meſſanæ expreſsè eam faciunt im
munẽ, etiam à muneribus patrimonialibus,
adeo quòd, licèt vectigal, de quo quæritur,
munus eſſet patrimoniale, vt ex aduerſo
traditur in d. 1. præmiſ. Meſſana tamen ex for
ma priuilegiorum ab eo eſt immunis, &
tanto magis, quia de extraordinario mune-
re agitur, in quo faciliùs locum habet im-
munitas, vt ſupra deduximus in præceden-
ti cõſideratione, per illa iura in d. l. hi qui, ff. de
vacat. mune. & in l. in honoribus. §. qui muneris,
ff. eod. tit. & in l. Vnica, C. de vacat. publ. muner.
23 Nam cum illud fuerit indictum (vt ex ad-
uerſo ſuppoſitur) ob aſſertam neceſſitatem
& ſic ſecundum accidentia, & caſus emer-
gentes, vtiqne munus extraordinarium ap-
pellatur, Bart. in l. 1. col. fin. C. de muli. & in quo
loc. lib. 10. Ant. de Butr. & Abb. in cap. non mi-
nus de iur. immun. Bald. & Salic. in l. fin. C. ſine
cenſ. vel relig. Bero. in conſ. 150. & conſ. 151. nu.
3. & ſeq. vol. 3. Surd. qui horum meminit in d.
conſ. 146. num. 19. qui ſubdit, quòd hac ra-
tione onns belli dicitur extraordinarium,
quod aliàs ſuperindictum appellatur, ad no-
tata in rubr. C. de ſuper indict. lib. 10. Natt. in conſ.
24 397. nu. 8. vol. 2. Huius conſiderationis ve-
ritatem probant ipſa priuilegia, ex quibus
expreſsè immunitas ab his patrimoniali-
bus conceſſa colligitur, ſiue expreſſum in-
telligimus illud, quod fit verbis generali-
bus, ſeu vniuerſalibus, ſiue illud, quod fit
verbis ſpecialibus, vel ſingularibus, iuxta do-
ctrinã Bar. in. l. 1. n. 7. ff. de vulg. & pupi. ſubſtit.
& in l. fin. C. ſi cõt. ius vel vtil. publ. & in l. ſiquis
in prin. ff. de legat. 3. quod in terminis iſtis ani
maduertit Alex. in d. conſ. 30. n. 14. vol. 5. Nã
ſi mentionem expreſſam primo modo con-
ſideramus, apparet latiſſimam immunita-
tem fuiſſe conceſſam Meſſanæ, & Meſſanen-
ſibus ſub verbis vniuerſalibus, ac geminatis,
vt diximus in 1. par. in 4. ſupp. adeò quod ſub
vniuerſali immunitatis cõceſſione, cenſetur
25 expreſſa immunitas à muneribus patrimo-
nialibus, quia expreſſum dicitur, quod ex
vniuerſali ſermone venit in conſequentiam,
Rip. in l. 1. num. 61. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.
Adeò quòd tacitum, quod ſequitur ab ex-
preſſo, dicitur expreſſum, Bald. in l. fin. num.
9. C. de hæred. inſtituen. ex l. ſi ita, §. ſi filio, ff. de
ſecun. tabul. & in l. 1. num. 10. C. de his qui ante
apert. tabul. vnde expreſſum dicitur, quod
ſub expreſſo continetur Becc. in conſ. 14. num.
15. vol. 1. Pariſ. in conſ. 66. num. 62. vol. 2. Crau.
in conſ. 149. num. 11. Roland. in conſ. 27. nu. 34.
vol. 4. Menoch. in conſ. 14. num. 15. vol. 1. & de
arbit. iud. caſ. 276. num. 2. cum ſeqq. Et propte-
reà eo ipſo, quod Meſſana, & Meſſanenſes
ſunt immunes ex forma priuilegiorum ab
omnibus, & ſingulis, oneribus, & quibuſ-
cumque exactionibus, quocumque nomine
nuncupentur, ſub iſta vniuerſalitate dicun-
tur expreſſa munera patrimonialia, quia
verba vniuerſalia habent vim expreſſionis
ſpecialis, vt poſt Bar. Iaſ. Rol. & Menoc. deduxi-
26 mus ſupra ſub 4. ſuppoſ. p. par. Et ideò compre-
hendunt omnia, quæ excogitari poſſunt,
l. in fideicommiſſi, §. cùm pollidius, ff. de vſur. gloſ.
in l. qui ſcit, §. præterea, in verbo à quilibet, ff. de
vſur. Soc. in conſ. 251. col. 4. Vol. 2. & in conſ. 26.
col. 2. vol. 3. Natt. in conſ. 525. num. 23. & Petr.
Surd. in conſ. 572. num. 3. volum. 4. Atſi ſecun-
do, vel tertio modo mentionem expreſſam
requirimus illam, quæ fit verbis ſpecia-
libus, aut ſingularibus, pariter ex dedu-
ctis priuilegijs apparet talem eſſe conceſ-
27 ſionem immunitatis, de qua quæritur.
Nam ſi patrimoniale munus eſt illud, quod
ſoluitur de patrimonio, ſeu bonis, & ſic
quod ſumptibus patrimonij expenditur, ad
regulam text. in l. 1. §. patrimonij, & in l. fin. §.
patrimoniorum, ff. de muner. & honor. Iaſ. in l. pla-
cet, C. de ſacroſan. Eccl. Ægid. Thomat. de collect.
§. exactio munerum ſub nu. 9. & 10. & Pet. Ant.
de muner. num. 6. vtique ab iſtis patrimonia-
libus Meſſana, & Meſſanenſes ſpecialiter, ac
ſingulariter ſunt immunes ex forma priui-
legiorum; nempè Roman. Imper. liberauit
Meſſanam per omnia ſecula à pondere tri-
buti, & cuiuslibet vectigalis, & ſic à patri-
monialibus, ex deductis à Domin. Corſet. in 1.
28 præmiſ. dum probat, quòd vectigal eſt mu-
nus patrimoniale, quia ſoluitur pro rebus
à Ciuitate vectis, vel inuectis, Ægid. Thomat.
vbi ſupra num. 13. & ex alijs, quibus accedit. Iul.
Ferret. de gabel. num. 467. Aroſen. de feud. cap. 5.
concluſ. 31. & in concluſ. 33. ſicut pariter tri-
butum, à cuius onere liberatur Meſſana,
dicitur munus patrimoniale, Iaſ. in d. l. pla-
cet, qui hoc munus appellat merè reale, Ber-
taz. in tract. de gabel. in prælud. num. 10. & 15.
Ægid. Thomat. Vbi ſupra num. 12. qui pariter
loquitur de capitatione, quæ dicitur tribu-
tum, ex l. fin. ff. de cenſ. illamque probat mu-
nus eſſe patrimoniale, Petr. de Vbald. in conſ.
1. num. 6. poſito poſt tract. de collect. Iul. Ferret.
in tract. de gabel. in loco præcitato, & num. 469.

Præ-

Præterea ex tenore priuilegiorũ, de quibus in 4.ſupp.traditum eſt, patet, quòd Meſſana, & Meſſanenſes ſpecialiter ſunt immunes ab his muneribus, tùm quia in eis expreſſe continetur immunitas pro rebus quibuſcumq; tàm magnis, quàm paruis; tàm mobilibus, quàm ſtabilibus; tàm in exitu, quã in introitu; & ſic à muneribus patrimonialibus, quæ de rebus & bonis alicuius ſoluuntur, *d.l.1.§.patrimonij, & l.fin.§.patrimoniorum, ff.de muner. & honor*, tùm etiam quia ſpecialiter inter alia conceditur immunitas à collectis, anga-
29 rijs, ac hoſpitiorum prÿſtationibus, quæ omnia munera sũt patrimonialia, prout de collectis, quæ imponuntur perſonis pro rebus, *eſt glo.in l.reſcripto, §.ſciendum, in verb.incolis, la 1.ff.de mun.& honr.ſenſit glo.in rub.C.de muner. patrim. Pet. Anti.de muner.§.2.num.12.Nicol. de Mat.in d.l.placeat, C.de ſacroſanc.Eccleſ.Bald. in l.etiam, C.de exec.re iudic.& in l.propter honore, C.qui bon.cede.poſſ.Ægid.Thomat.de collect. §.1.num.8.& Petr.de Vbald.in d.conſ.1.num.6.* & de angaria, quæ munus dici poteſt reale, *eſt textus in d.l.ſunt munera, ff.de vacat.muner.& in l.2.C.de præpo.ſacro.cubic.lib.12.Gugl.de Cun. in tract.de muner.n.30.ſenſit Bal.in conſ.112.n.*
30 *3.vol.1.* Sic etiam & de præſtatione hoſpitiorum, quÿ munus eſt patrimoniale, *d.l.ſunt munera, & l.qui originem, §.munus, ff.de muner. & honor.& l.qui immunitatem, C.de muner.patrim.lib.10.Pet.Antib.de muner.§.2.nu.17.& Iul. Ferret. de gabel.num. 464.* Patet inſuper hanc immunitatem à patrimonialibus muneribus fuiſſe conceſſam, dum Arcad. ſingulariter fecit Meſſanenſes immunes, ita vt nulla vnquam vexatione ſubſtantiali, vel perſonali grauentur; Pariterque in priuilegio Ludouic. & Ioann. ſiunt exempti à muneribus tàm perſonalibus, quam realibus, & ſic ab illis, quæ ex rebus ſoluuntur, & rei cohærent, quæ ſunt patrimonialia, *d.l.ſunt munera, & d.l.1.§.patrimonij, & d.l.fin.§.patrimoniorum, ff.de muner.& honor.*

31 Quinto cõſideramus immunitatem Meſſanæ (quam ſuppoſuimus *in 1.par.in 3.ſupp.* meritis præcedentibus obtentam) ex iuſta cauſa fuiſſe conceſſam, nã benemerita ſunt iuſta cauſa concedendi immunitates & exẽptiones, *Decian.in conſ.51.nu.25.vol.3.Pariſ. in conſ.68.nu.5.vol.1.* qui loquens de immunitate conceſſa à Ciuitate ſubdita propter merita, illam dicit validiſſimam, vti ex cauſa legitima conceſſam, *per text.in l.1.C.de decret.decur.lib.10.Alexand.in d.conſ.101.verſ. præterea dato Vol.1.& in d.conſ.30.ſub nu.11. vol.5.Felin.in c.accedentes col.fin.in concluſ.9. de præſcrip.Ruin.in conſ.175.col.3.vol.1.& alibi, vt per Roland.in conſ.5.nu.8.vol.1.quibus accedit Surd.in d.conſ.419.num.19.vol.3.Panciról.in conſ.157.& ſeq.vol.1.& Camil.Borrel.de præſta.Reg.c.33.verſ.decimaquarta, conueniunt & alij, quos citat Cæſar.Barſ.in deciſ.117.num.7.* Merita enim iuſtificant conceſſionem immunitatis, quæ aliàs abſque meritis in fortioribus terminis fieri non poſſet, prout de Ciuitate, quæ regulariter illam concedere non poteſt, *vt traditum eſt ſupra in 1.conſider.*
32 *num.11.* Nempè immunitatis conceſſio eſt ſpecies donationis, *Ruin in conſ.217.colum.1. vol.1.* quæ donatio ex cauſa remuneratoria meritorum legitimè fieri poteſt ab eo, cui aliàs eſt interdicta, *Bart.à quo omnes viuunt in l.ambitioſa col.1.verſ.quæro vtrum liceat ff.de*
33 *decr.ab ord.facien.* Hinc prælatus donat ex cauſa remunerationis, licet aliàs regulariter rem Eccleſiÿ donare non poſſit, *cap.per tuas cap.relatum el 2.de teſtam.Iaſ.alios citans in conſ. 10.num.18.vol.3.idem Iaſ.in l.ex hoc iure num. 60.ff.de iuſt.& iur.Decc.in conſ. 129.num.26. vol.2.* Pariter & tutor donare poteſt propter benemerita *l.cum plures, §.cum tutor, vbi gloſ.ff.de adminiſt.tuto.& l.qui filium, ff.vbi pupil.educ.deb.Alber.in d.l.ambitioſa nu.2.Rom.in conſ.50.verſ.Rurſus videtur, cum concord.addu-*
34 *ctis à Petr.Surd.in terminis noſtris in conſ.140. num.34.cum ſeq.qui ſubdit poſt Iaſ.& Tiraquel.* multa recenſeri à Doct. ſpecialiter permiſſa ob merita quæ aliàs non permitterentur, *Pariſ.in conſ.11.num.45.vol 1.& Roland.in d. conſ.5.num.10.vol.1.& Grat.diſcept.fore.in 2. par.diſcep.202.nu.5.* loquens de regularibus, qui donare poſſunt ex cauſa meritorum, ſicut econtra quis ex eadem cauſa poteſt recipere munera, prout de prælatis, & officialibus *loquitur idem Gratian.vbi ſup.nu.4.ex Iaſ. in l.principalibus, num.2.in 6.limit.& ibid.Dec. col.fin.in 4.fal.ff.ſi cert.pet.*

35 Quibus ergo meritis attentis, non militat illa aſſerta coniectura per D.Matute, qui aſſerit, quòd hæc immunitas prÿſumitur conceſſa ad importunas preces & ſuggeſtionem Meſſanenſiũ, ſtante quòd hÿc priuilegia fuerunt obtẽta in aduentu Regis, vel in coronatione, aut in aliqua oppreſſione, nẽpe dato, quòd eſſet illa probabilis, tollitur tamen ab alia iuris præſumptione fortiori, quæ ex meritis reſultat, ex quibus præſumitur conceſſio facta motu proprio, *Gugl.de Cur.Alex. & Dec.in l.3.ff.quod quiſq; iur.cum concor.tradendis inferiùs in ſeq.conſ.nu.43.* & per conſequens omnis aſſerta importunitatis cõiectura ceſſat, quia illud dicitur motu proprio cõ-

ceſſum, quod ſponte, & nemine petente, conceditur, *cap. motu proprio de præben. in 6. Bart. in l. 1. num. 15. C. de pet. bono. ſubl. lib. 10. Bald. in c. niſi ſpecialis num. 6. de offic. leg. Dec. in d. l. 3. num. 3. ff. quod quiſq; iur. Gram. in deciſ. 65. nu. 31. Menoch. in conſ. 255. nu. 40. vol. 3.* Hinc eſt, quòd
37 contra iuris regulam donatio præſumitur, vbi merita præcedunt, *l. ſi vero non remunerandi, §. Pomponius, ff. mandati, Bald. in l. 2. num. 2. C. de iur. dot. Purpur. in l. cum quid, nu. 129. ff. ſi cert. pet. Bello. in conſil. 60. num. 10. Menoch. alios citans de arbit. iud. cap. 88. nu. 35.* & tanto magis in Principe, quem decet vti liberalitate, *Innoc. in c. grandi de ſuppl. negl. præl. Bero. in conſ. 65. num. 11. vol. 1. Crauet. in conſ. 889. num. 6. & Becc. in conſ. 129. num. 108. vol. 2.* & cui magis conuenit, quam alijs reddere plus quam accepit, *vt poſt Tiraq. inquit Menoch. in conſ. 307. n. 11. & nouiſſime Car. Bord. in cōſ. 22. n. 35.*

SVMMARIVM.

38 *Immunitas Meſſanæ ſubſiſtit, nec eſt elaborandum, an fuerit conceſſa, velne, cum clauſula non obſtante, vſque ad num. 61.*
Clauſula, non obſtante, requiritur in conceſſione immunitatis facta à Principe, ibid.
39 *Immunitatis conceſſio non requirit clauſulam iuris derogatoriam, ſi ſit ob benemerita.*
Inferior poteſt concedere immunitatem ex cauſa meritorum, ibid.
40 *Clauſula, non obſtante, inferior vti non poteſt.*
41 *Immunitatis conceſſio intuitu meritorum, non eſt contra iura irritantia immunitatem.*
Cōceſſio ob benemerita eſt ſecundū ius cōmune, ibi.
42 *Clauſula, non obſtante, non requiritur in permiſſis, ſed conuenit in prohibitis.*
43 *Conceſſio facta ob benemerita, præſumitur facta motu proprio.*
44 *Motus proprius Principis habet vim clauſulæ, non obſtante.*
45 *Immunitatis conceſſio facta motu proprio valet, acſi fuiſſet facta cum clauſula, non abſtante.*
46 *Clauſula, ex certa ſcientia, æquiualet clauſulæ, non obſtante, vide num. 47. & 48.*
47 *Clauſula, non obſtante, an ſit neceſſaria ſpecialis, vel ſufficit generalis, & num. ſeq.*
48 *Clauſula, non obſtante, an ſit neceſſaria in conceſſione facta contra iura per viam priuilegij.*
59 *Clauſula, non obſtante, an ſit neceſſaria in conceſſione facta ciuitati.*
50 *Reſcriptum, ſi emanat in fauorem reipublicæ, non indiget clauſula iuris derogatoria.*
51 *Ciuitas an dicatur reſpublica.*
52 *Priuilegia immunitatū Meſſanæ geminata, ob talē geminationē non indigent clauſula, non obſtāte.*
Geminatio priuilegiorum habet vim clauſulæ, non obſtante, ibi.
35 *Reſcriptum, aut mandatum Principis contra iura non valet, potiùs ob defectum voluntatis, quā poteſtatis.*
54 *Princeps non eſt veriſimile quòd velit tollere legē.*
Principis voluntas talis præſumitur, qualem de iure eſſe oportet, ibi.
55 *Reſcriptum contra ius in dubio præſumitur ſubreptitium, & per importunitatem obtentum.*
56 *Principis mandatum licèt contra iura, valet, ſi cōſtat de eius Voluntate.*
Et quando de voluntate dicitur conſtare, ibi.
57 *Secunda iuſſio eſt expectanda, quando de Principis dubitatur voluntate.*
58 *Geminatio manifeſtè demonſtrat Voluntatem.*
59 *Geminati actus cenſentur geſti cum maiori animi deliberatione.*
60 *Geminatio loco ſpecialis nominationis habetur, illaque adimit omnem dubitationem, & operatur, vt actus ſit omninò validus, & maximè quando geminatio ſit ex interuallo.*

38 SExto Conſideramus, quòd pro validitate huius immunitatis non eſt elaborandum, an illa fuerit conceſſa, velne cum clauſula, non obſtante. Nam licèt à Doct. traditur, immunitatis conceſſionem à Principe factam ſubſiſtere, ſi illa fuerit conceſſa cum clauſula iuris derogatoria, non obſtante lege, vt voluerunt *Bart. Bald. Angel. & Alexa. in d. l. vacuatis, C. de decur. lib. 10. Cin. in l. fin. circa fin. C. ſi contr. ius, vel vtil. public. Bald. in l. nec damnoſa, col. 1. verſ. iuxta hanc partem, C. de preci. impe. offer. & in l. omnium, C. de vectig. & commiſ. Bart. in l. in fraudem, C. de anno. & trib. lib. 10. ſenſit Alexand. in dict. conſ. 30. num. 9. cum ſeq. volum. 5. latè Iaſ. in conſ. 83. colum. fin. vol. 3. Abb. in cap. peruenit, num. 19. de immun. Eccleſ. Boſſ. in tit. de princ. num. 135. Purpur. in conſ. 156. num. 5. Franc. Marc. in deciſ. 120. num. 1. in 1. part. Dom. Reg. Tap. in rub. ff. de conſtit. princ. cap. 4. num. 107. Feſtaſ. de collect. in 4. part. cap. 5. num. 37. & Surd. in d. conſ. 419. num. 17.* Tamen in re noſtra, dato quòd hęc clauſula deficeret; illius tamen defectus nō nocet immunitati, de qua quæritur, vt ex multis animaduertit *Bolog. in eius conſ. 1. nu.*
39 *67. vſque ad nu. 71.* quibus illud addendum eſſe arbitramur, quòd in conceſſione huius immunitatis non eſt iuriū derogatio neceſſaria, nec clauſula, non obſtante, requiritur: quia illius conceſſio fuit facta ob benemerita, & ſic ex cauſa legibus approbata, vt indiuidualiter voluit *Petr. Surd. in d. conſ. 419. ſub num.*

Digitized by Google

num.18. quem refert & ſequitur Caro.Bard.in d.
conſ.22.num.15.verſ.cæterum. Quod ex tri-
bus verum eſſe animaduertimus. Primò,
quia ex cauſa meritorum poteſt concedi
immunitas, etiam ab inferioribus, illiuſq;
conceſſionem valere inquit Pariſ.in conſ.68.
nu.5.vol.1.cum concord.citatis in præced.conſid.
nu.31. Ex quo datur intelligi talem conceſ-
ſionem ob merita, ſuſtineri abſq; clauſula,
40 non obſtante, qua inferiores vti nō poſſunt,
l.formam.C.de offic.Præf.Prætor.cap.fin.de offic.
Archid.Bal.in l.cunctos populos,C.de ſum.Trini.
Alex.in conſ.101.nu.5.vol.1.& in l.nemo po-
teſt,& ibid.Ang.ff.de leg.1.Natt.in conſ.185.n.
9.& in conſ.304.n.2.& Cæſar Barz.in dec.117.
41 nu.33. Secundò, quia conceſſio immunita-
tis facta ex cauſa meritorum,non eſt contra
ius,nec iura irritantia immunitates in ea lo-
cum habent, Abb. poſt Ioan.Andr.in c.perue-
nit,nu.16.extra de immun.Eccleſ. vnde conceſ-
ſio facta ob benemerita, dicitur ſecundum
ius commune, Alexand.in conſ.160.ſub num.
6.verſ.accedit,vol.2.Soc.in conſ.84.nu.12.vol.
3.Soc.Iun.in conſ.37.nu.18.vol.1. qui appel-
lat conceſſionem factam ob benemerita be-
neficium,quia perdit nomē priuilegij,quod
eſt contra ius, idem Soc. Iun. in conſ.102. num.
20.vol.2. Fcſtaſ.de collect.in 4.par.cap.8.num.
25. qui reprobat Dec. aliud ſentientem in conſil.
223.nqm.7.accedit Pet.Surd.qui latè hoc proſe-
quitur in conſ.140.nu.52.verſ. Tertiò reſpondeo,
cum ſeq.illudq; reaſſumit ſub nu.74.verſ.Secun-
42 do reſpondeo Vol.1. Et propterea clauſula,
non obſtante,in tali conceſſione non requi-
ritur quia ſumus in permiſſis, Alex.in conſil.
187.ſub nu.24.dum allegat text.in l. quoties, &
l.reſcripta,C.de prec.Imp.offer.vol.5. Natt. in
conſ.66.ſub n.8.verſ.circa ſecundum, Illa enim
conuenit in prohibitis, & in his, quæ ſunt
contra ius, gloſſ.in verb.fecerit in cap.nonnulli,
& ibidem Cano.de reſcript. & Doct.in l.fin.C.ſi
43 contr.ius, vel vtil.publ. Tertiò & vltimò,quia
conceſſio immunitatis facta ob benemeri-
ta, dicitur facta motu proprio, & ita de iu-
re præſumitur, Gugliel.de Cune.in l.3.in princ.
vbi hoc extollit Alexand.nec diſſentiunt alij,præ-
ſertim Dec. num. 6. ff. quod quiſ. iur. Alber. in
l.1.col.5.ff.eod.tit.Iaſ.in l.ex hoc iure num.56.ff.
de iuſti.& iur.Tiraq. alios citans in l.ſi vnquam
in verb.donatione largitus,C.de reuocan.don.Soc.
Iun.in d.conſ.102.num.20. vol.2.accedit Surd.
in dict.conſ.140.num.61. & Becc.in conſ.129.
nu.25.vol.2. Ex quo ſequitur,quòd in fortio
ribus terminis, licet conceſſio eſſet contra
ius,in ea tamen non requiritur clauſula,non
non obſtāte, quia motus proprius Principis
44 habet vim illius clauſulæ, Bald. in l.omnes, &
ibid.Angel.C.de quatrien. præſcript. Socin.in conſ.
117.col.fin.verſ.nam etiam vol.3.poſt Ioan.An
dr.in c.1.col.penult. verſ.quinta opinio de exceſs.
Prælat. in 6. Cur.Sen. in d.conſ.66. num.65. &
Ruin.in conſ.21.vol.5. & licèt de hoc dubita-
re videatur Abb.in d.c.nonnulli, num.10. verſ.
quartum membrum, & ibid.Felin.in 2.reg.verſ.
tertio fallit ſub nu.11. qui illud dubium dicit
probabile, tamen & Abb. & Felin. fatentur
45 dictum Ioan.Andr.in practica ſeruari, & eſſe
menti tenendum,& ideò in terminis immu-
nitatis hoc voluit idem Abb.poſt Ioan.Andr.
in d.cap.peruenit,num.16.& num.19.de immun,
Eccleſ. vbi notat,quòd licèt conceſſio immu
nitatis non valeat regulariter, valet tamen,
ſi fit motu proprio, vel cum clauſula, non
obſtante, refert Feſtaſ. in tract. de collect. in 4.
part. capit. 5. num. 38. eumque citat Soc. in conſ.
3.ſub num.11.vol.3.refert, & ſequitur Ste.Au-
fre.in addit.ad Toloſſan.quæſt.348.verſ.ex præ-
miſſis, quòd clarè ſentit Dom.Reg.Tap.in dict.
rub.de conſtit.Princ.in 4.par.num.107.qui te-
net, quòd valet conceſſio immunitatis ab
omnibus muneribus,quando cōſtat de Prin
cipis voluntate, de qua conſtare inquit,quā
do conceditur motu proprio, vel ex certa
ſcientia,vel cum clauſula, nō obſtante,& ſic
altera ex iſtis clauſulis ſufficit,& vna æquiua
let alteri,vt aperte ſenſit Bertr.in conſ.181.nu.
7.Vol.3.in 2.par. ſicut in ſpecie traditur de
clauſula ex certa ſciētia,quæ in aliquibus ex
46 priuilegijs Meſſanæ reperitur, vt animaduer
tit Bolog.in eius conſ.1.n.72. illaq; æquipollet
clauſulæ non obſtante, gloſſ. magn. in fin. in l.
ratas,C.de reſcind.vend.gloſ.1.in l.vniuerſis,C.de
prec.imp.offer.& in cap.1.in verbo noſcatur de
conſtit. in 6. Bart. Bald. & Nicol. de Neapo. in l.
idem Vlpianus, §. ſunt alij, ff. de excuſat. tutor.
Paul. de Caſtr. in d.l.3. §.ſi his, pro quo num. 3.
ff.quòd quis iur.Ruin.in conſil.60.num. 5.vol.1.
in conſ.126.num. 2.vol.5. Soc.in conſ.3.nu.11.
vol.3. qui loquitur in fortioribus terminis,
quando illud,quod fit, eſt contra legem ha-
bentem clauſulam derogatoriam ad futura
reſcripta, quod eſt ſingulare, ſi eſſet verum,
Curt.Iun.in conſ.157.num.21.in fin.poſt Imol.in
l.quidam conſulebant, ff. de re iud. & Ioan. de
Ana. in c.2. col.2.de ſchiſm. Bald.in c. naturales
colum.1.verſic.Sed ego quæro,ſi de feu.fue.contro.
inter domi. & vaſſal.& in l.fin.poſt principium
verſ. vltimo dic.C.ſentent. reſcin.non poſſ.Cano.
in d.cap.nonnulli, vbi Ioan.Andr.Abb.& Felin.
ſub num.11.verſ.fallit quarto, vbi alios concor
dantes allegat, quibus accedit Menoch. in
conſ.478.nu.16.vol.5.

47 Scio tamen, quod iſtud vltimo loco traditum poteſt in dubium reuocari, ſi ſupponimus, quòd immunitatis conceſſio eſt contra iura habentia clauſulam derogatoriā, vt in terminis *l. iubemus nullam, C. de ſacroſanc. Eccleſ. auth. omnes C. de cōmun. de ſucceſ. c. nonnulli de reſcript. c. fin. eod. tit. lib. 6. c. cam te de ætat. & qualit. cum ſimilibus traditis per Salic. in l. fin. ſub num. 4. C. ſi contr. iur. vel vtil. public. & per Felin. in dict. cap. nonnulli, num. 2. verſ. regula prima*, quo caſu requiritur clauſula ſpecialis, non obſtante tali lege, *Doct. in d. l. fin. vbi Bald. & Salic. Cano. in d. cap. nonnulli, vbi Felin. in 1. reg.* Vnde non ſufficit clauſula ex certa ſcientia, vel ſimilis, quæ eſt generalis, *Abb. poſt Butr. in d. cap. nonnulli, nu. 9. & poſt Ioann. And. in d. cap. 1. de exceſ. Prælat. lib. 6. quod reaſſumit Felin. in 2. reg. in 1. limit. 4. fallent. ſub num. 12. verſ. limita primò, & tangit idem Felin. in 5. amplia. 1. regul. ſub num. 5.* conuenit quod voluit *Petr. de Anchar. in conſ. 305. incipient. Tres Domini in fin. cuius verba refert idem Felin. vbi ſup. in 4. fallent. 1. reg. ſub num. 8.* quod pariter videtur procedere, etiamſi conceſſio fieret per viam priuilegij, ſuppoſito quòd vltra clauſulam derogatoriam, iura, quæ prohibent conceſſionē immunitatis, procedunt non ſolùm in reſcriptis, vt fatetur *Bolog. num. 69.* ſed etiam in priuilegijs, vt conatur probare *Do. Corſet. in verſ. vlterius Bolog. fol. 105.*

48 Nam licèt quando Princeps ſcribit per viā priuilegij contra iura, nulla requiritur clauſula, non obſtante, ex deductis *à Felin. vbi ſup. nu. 11. verſ. fallit ſecundò*; adeò quod forte in ſe poſſit eſſe vera differentia, quam conſtituit *Bolog.* inter reſcripta, & priuilegia *ſub nu. 69.* Tamen quando iura habent clauſulam derogatoriam ad futura priuilegia, *vt in caſu d. auth. omnes, C. com. de ſucceſſ. & d. c. p. de exceſ. Præl. in 6.* vtique ad illius validitatem requiritur ſpecialis clauſula, *Cardin. in Clemen. 1. in 3. quæſt. de cenſ. quem refert, & ſequitur Felin. ſub dict. num. 11. verſ. limita primò*, & per conſequens clauſulæ generales, ex certa ſcientia, vel motu proprio, ſufficere non videntur.

Sed certè hæc poſſent attentari, ſi vnà cū ſuppoſitis præmiſſis inſimul & copulatiuè concurreret graue alterius præiudicium, ad tradita *per Alex. citatum ex aduerſo in d. conſ. 187. ſub nu. 23. & 24. vol. 5.* qui ita intelligit dicta *Bald. & Salic. in d. l. fin. C. ſi contra ius vel vtilit. publ.* quod tamen in terminis noſtris non conuenire ordine ſuo in tertia parte oſtendetur, & propterea ſufficit clauſula generalis, non obſtante, vt admittit *idem Alex. vbi ſupra*, & per conſequens ſufficit clauſula, motu proprio, vel ex certa ſcientia, quæ habet vim illius clauſulæ iuxta ſuperius adducta. Verùm ſuppoſito, quòd conceſſio immunitatis non ſit contra iura habentia clauſulam derogatoriam, prout verius eſſe oſtenderem, ſi punctus ad hoc reſtringeretur (etſi non ignorē alios ſentire contrarium) quandoquidem *tex. in l. vacuatis*, caſſauit conceſſiones iam factas, vt inquit *Bart. in l. 2. in princ. ff. de iur. immun.* Nec alia iura loquentia de his immunitatibus ſpecialiter derogant futuris conceſſionibus, vtique ſufficit clauſula generalis, non obſtante, vt dicunt *Bart. Bald. Salic. & alij in d. l. fin. Cano. in d. cap. nonnulli, vbi Felin. ſub num. 10. in 1. fallent. 2. reg. & Alex. in in d. conſ. 187.* & per conſequens ſufficiunt aliæ clauſulæ, quæ eamdem vim habent, & ſic ſufficit motus proprius, vel clauſula ex certa ſcientia iuxta prædicta, & voluit *Salic. in d. l. fin. in vlt. cap. diſt. ſub n. 4.* Quinimò dato quòd hæc immunitas non ſit in præiudiciū tertij, vt loco ſuo oſtendetur, licèt eſſet contra iura, non tamen habentia derogatoriā, valeret adhuc illius cōceſſio abſolutè abſq; clauſula, non obſtante, vt indiuidualiter voluit *Alex. in d. conſ. 187.* prout pariter valere affirmamus ex eo, quòd illa conceſſa fuit, meritorum intuitu, quo caſu abſolutè non indiget clauſula, non obſtante, quia illa conceſſio procedit ſecundum iura, & eſt de permiſſis, etiā in inferioribus, qui hac clauſula vti non poſſunt, vt ſupra deductum eſt. Vnde nulla nos impellit neceſſitas contendere, an ſit neceſſaria clauſula ſpecialis, vt ex aduerſo aſſeritur, vel ſufficit clauſula generalis: nā abſolutè illam in terminis noſtris non eſſe neceſſariam, ex predictis patet, licet ex his (etſi ſummariè traditis) liquidò conſtat, an & quando in reſcriptis, ſeu alijs conceſſionibus contra legem, ſit neceſſaria ſpecialis clauſula, vel ſufficit generalis.

49 Vlterius ex alio capite, hæc immunitatis conceſſio, etſi eſſet contra iura, clauſula, non obſtante, non indiget, nam ita demum illa requiritur in conceſſione, quæ fit contra legem, quando illa fit ſingularibus perſonis, & ſic alicui priuato; at ſecus, ſi conceſſio fit generaliter quoad omnes de aliqua prouincia, vel Ciuitate, vt in re noſtra, quia tunc valet reſcriptum, ſeu conceſſio, etiamſi non tollatur lex contraria per clauſulam, non obſtante, vt indiuidualiter voluit *Salic. in d. l. fin. colum. penult. in fin. verſic. Secunda eſt, C. ſi contr. ius vel vtilit. publ. qui allegat gloſ. in l. exemplo in verb. ſpecialiter, C. de decur. lib. 10.* pro-

qua

Digitized by Google

qua ſententia facit quod voluit Bart. in ex-
trauag. ad reprimen. in verb. non obſtantibus, num.
3. qui tenet, quòd quando ſcribitur ad vti-
litatem partium, requiritur clauſula, at ſe-
cus, ſi reſcriptum emanat in fauorem Rei-
publicæ, quo caſu, non requiritur clauſula
iuris derogatoria, quia cenſetur contra om-
nem legem in contrarium diſpenſare, refert,
& ſequitur Abb. in d. c. nonnulli, qui dictum Bar.
extollit ſub nu. 11. verſic. & adde notabilem, quę
doctrina conuenit in hac facti ſpecie, in qua
quæritur de conceſſione facta in fauorem
51 Ciuitatis, quæ licet reſpectiue ad Rempubli
cam Romanam loco priuatorum habetur,
l. bona Ciuitatis cum l. ſeq. ff. de verb. ſignif. ſim-
pliciter tamen reſpublica dicitur, ad text. in
l. ſed & hi in princ. verſ. præterea, ff. de publica, &
in l. fin. in princ. & ibi gloſ. 1. vbi Bald. num. 3. &
Salic. num. 4. C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. cum rem-
publicam, vbi Bart. C. qui potior. in pignor. ha-
bean. l. an reſpublica, & l. Rempublicam, & ibi-
dem gloſ. C. de iur. reipubl. lib. 10. & l. Reſpubli-
ca, & ibi gloſ. C. ex qui. cau. maior. Sfort. Od. de re-
ſtit. in integ. q. 3. artic. 9. cum ſeq. & Menoch. in
conſ. 887. num. 6.
52 Nec omitto ad comprobationem, quòd
valde conuenit tertia reſponſio tradita à Bo
log. num. 70. qui conſiderat, quòd hęc pri-
uilegia ſæpius fuerunt relata, viſa, & ſucceſ-
ſiue approbata, ac de nouo conceſſa, & ideò
hęc geminatio priuilegiorum ſufficit, quia
illa habet vim clauſulę, non obſtante, Butr.
ab eo citatus, ac relatus à Felin. in capit. ſi quan-
do, in verb. geminatio reſcripti, & in dict. capit.
nonnulli, n. 14. de reſcrip. & alij aſſentiunt, quos
ipſe allegat, quibus accedit D. Reg. Tap. alios
citans in rub. de conſtit. Princip. cap. 2. num. 14.
quod verum eſſe arbitramur, dum animad-
53 uertimus, quòd reſcriptum, aut mandatum
Principis contra iura, non valet abſque clau
ſula, potius ob defectum voluntatis, quàm
poteſtatis, Salic. in d. l. fin. in fin. ſuæ diſtinct. ſub
num. 4. Menoch. in conſ. 158. num. 22. & in conſ.
411. nu. 19. quia ſi poteſtatis eſſet defectus,
nihil operaretur clauſula, quod ſacrilegium
eſſet aſſerere in his, quæ ſunt iuris poſitiui,
Crauet. in conſ. 142. ſub num. 20. verſ. non obſtat,
Dec. in conſ. 588. num. 2. Soc. Iun. in conſ. 91. vol.
2. Roland. in conſil. 100. num. 58. cum ſeq. vol. 4.
& alij, quos ſciens prætereo. Vnde traditur
hæc non ſubſiſtere abſque clauſula iuris de-
54 rogatoria; quia veriſimile non eſt, quòd ve-
lit Princeps tollere legem diu excogitatam,
ad tex. in l. ſi quando in fin. prin. C. de inoffic. teſtam.
cuius voluntas talis præſumitur, qualem de
iure eſſe oportet, gloſ. in l. relegati, ff. de pen. gloſ.
in c. paratus 23. quæſt. 1. Doct. in l. digna vox per
illum text. C. de leg. Bald. in l. 1. nu. 6. ff. de conſtit.
Princ. & in l. ex facto, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.
Abb. in cap. cauſamque, num. 1. & ibidem Felin.
num. 5. de reſcript. idem Felin. in cap. 1. num. 26.
de conſtit. & Iaſ. in conſ. 236. colum. 2. volum. 2.
55 Hinc eſt, quod in dubio reſcriptum contra
ius à Principe emanatum præſumitur ſubre-
ptitium, & per importunitatem conceſſum,
l. 1. C. de petit. bonorum ſubla. lib. 10. gloſ. 19.
distinct. in ſum. & in cap. paſtoralis, in verſ. con-
ſona de fid. inſtrum. & in cap. primo in verb. no-
56 ſcatur de conſtit. in 6. Verùm quando conſtat
de Principis voluntate, mandatum eius va-
let, licèt ſit contra iura, vt inquit Salic. in d. l.
fin. in p. cap. diſtinct. per text. in l. 1. ff. de conſtit.
princ. vt notat gloſ. in dict. cap. 1. de conſtit. in 6.
& in terminis immunitatis atteſtatur Dom.
Reg. Tap. in rubr. de conſtit. Princip. cap. 4. num.
107. dum ait, de voluntate conſtare per clau
ſulam, non obſtante, vel aliam ſimilem, aut
ſaltem per ſecundam iuſſionem, quæ æqui-
57 pollet clauſulæ præmiſſæ. Vnde illam eſſe
expectandam, ſi de Principis voluntate du-
bitatur, voluit gloſ. in d. c. 1. de conſtit. in 6. &
Felin. alios citans in d. c. nonnulli, nu. 9. & nu. 14.
& Dec. in conſ. 15. ſub nu. 1. in 1. par. Qua pro-
pter inferendo ad rem, de qua agitur, vbi
tot geminata priuilegia proceſſerunt, non
58 eſt dubitandùm de Principis voluntate, quã
geminatio ipſa manifeſtè demonſtrat; l. bal-
liſta cum ibi notatis, ff. ad Trebel. Bart. in l. cùm ſci-
mus, num. 7. C. de agric. & cenſ. lib. 11. Dec. in l. 1.
num. 30. C. de pact. & in conſil. 51. colum. 2. & in
conſ. 180. col. 3. Crauet. in conſ. 101. num. 42. Pa-
riſ. in conſ. 94. num. 4. vol. 2. Menoch. in conſ. 10.
59 num. 1. & in conſ. 255. num. 41. Actus enim ge-
minati cenſentur geſti cum maiori animi de
liberatione, c. etſi Chriſtus de iur. iur. Bald. in
tract. ſchiſm. quem ponit poſt tit. C. ſi quis aliquem
teſtari prohibuerit, col. 10. verſ. præterea poſt hæc,
quem refert, & ſequitur Dec. in dict. conſil. 15.
ſub num. 1. idem Dec. in conſil. 504. colum. fin.
Barba. in conſ. 43. vol. 2. Oſaſc. in deciſ. 38. num.
16. & Roland. in conſ. 61. num. 39. & ſeq. vol. 2.
60 Et ideò geminatio loco ſpecialis nomina-
tionis habetur, Gozad. in conſ. 4. num. 25. &
conſ. 50. nu. 3. vbi ait geminationem adime-
re omnem dubitationem, refert, & ſequitur
Menoc. in conſ. 40. n. 4. & in conſ. 215. n. 54. quę
operatur, vt actus ſit omninò validus, Iaſ. in
l. iuriſgentium, §. ſed cum nulla, nu. 16. ff. de pact.
Dec. in l. legem, nu. 12. C. eod. tit. Menoc. poſt eum,
& Alciat. in conſ. 1058. nu. 2. & maximè quan
do geminatio ſit ex interuallo, vt in re no-
ſtra, gloſ. in l. ſi conuenerit, ff. de pign. act. Iaſ. in §.

Digitized by Google

in perſoram, num. 49. Inſtit. de action. Felin. in cap. ſi cautio, num. 44. de fid. inſtrum. cum concordantibus traditis à Menoch. in conſ. 393. num. 17. v. l. 4.

SVMMARIVM.

61 *Exemptionis priuilegium ſtrictè interpretatur.*
62 *Immunitatis priuilegium, an ſit ſtrictè interpretandum, vide nu. 64.*
63 *Immunitatis priuilegium an, & quando dicatur tendere contra publicam vtilitatem, & num. ſeq.*
64 *Immunitas Meſſanæ vti fauorabilis latiſſimè debet interpretari cum ſeq.*
Iura, quæ immunitates videntur annullare, procedunt, vbi conceſſio fit abſq; cauſa ad partis petitionem, ibi.
65 *Immunitatis priuilegium conceſſum abſq; cauſa ad partis petitionem, aut non valet, aut ſtrictè interpretatur.*
66 *Text. in l. 1. in fin. ff. de iur. immun. locum habet in priuilegio immunitatis conceſſo ad partis inſtantiam abſque cauſa.*
67 *Conceſſio facta intuitu meritorum, dicitur beneficium, eſt fauorabilis, & latè interpretatur.*
Immunitas conceſſa ob benemerita latè interpretatur, ibid.
68 *Immunitates hodiè non conceduntur abſque cauſa, & ideò latè ſunt interpretandæ.*
69 *Priuilegium, quod nemini infert præiuditium, latè interpretatur.*
70 *Priuilegia motu proprio conceſſa, latè interpretantur.*
71 *Immunitatis priuilegium conceſſum motu proprio, latè interpretatur, etiam in præiudicium tertij.*
72 *Meſſanæ immunitas irreuocabilis, cum ſeq. 74.*
Principis conceſſio ob benemerita, eſt irreuocabilis, ibid.
73 *Immunitas conceſſa ex cauſa remuneratoria, etiam ſubdito, non poteſt reuocari.*
75 *Princeps ex contractu efficaciter obligatur.*
Etiamſi cum ſubdito contraxerit, num. 77.
76 *Princeps in contractibus vtitur iure priuati.*
77 *Contractus celebratus à Principe, etiam cum ſubdito, eſt efficax & irreuocabilis.*
78 *Deus omnipotens ex promiſſione obligatur.*
79 *Princeps nec de plenitudine poteſtatis poteſt eius contractus reuocare.*
80 *Principis fauore eſt introductum, eum efficaciter ex contractu obligari, ne aliàs hominum conſortio priuetur.*
81 *Priuilegium, quod tranſit in contractum, non poteſt à Principe reuocari.*
82 *Immunitatis priuilegium titulo contractus conceſſum, reuocari non poteſt.*
83 *Priuilegia Meſſanæ fuerunt confirmata à Philippo III. Rege.*
Philippus III. Rex mandat per ſuas literas ſeruari contenta in nouiſſimo priuilegio, ibi.
84 *Priuilegium ad ſui validitatem non indiget confirmatione ſucceſſoris.*
85 *Succeſſor in principatu tenetur ſeruare conceſſa à prædeceſſore, maximè ſi ob benemerita conceſſerit.*
86 *Succeſſor ligatur ex contractu Principis prædeceſſoris.*
87 *Immunitas conceſſa in vim contractus non poteſt à Principe ſucceſſore reuocari.*
88 *Meſſana ex conſiderationibus deductis, pro eius immunitate habet intentionem fundatam.*

61 Septimo conſideramus, quòd ſicut de priuilegio exemptionis à iuriſdictione traditur, quod ſtrictè interpretatur, nec in præiudicium iuriſdictionis ordinariæ extenditur, *ad text. in cap. ſi Papa, de priuil. in 6. Card. in Clemen. 1. q. 3. de offic. ordin. Franc. in cap. 1. in princip. in 3. notab. & ibidem Gemin. in verſ. 1. & 2. de priuil. in 6. Albert. Brun. in conſ. 35. num. 5. cum ſeq. Marin. Frecc. de ſub feud. lib. 1. in tit. de offic. magn. Cancel. num. 33. & Menoch. conſ. 466. num. 14.*
62 Sic ferè omnium Doct. traditio eſt, quòd priuilegium immunitatis à muneribus debet ſtrictè interpretari, *ad text. in l. 1. in fin. ff. de iure immun.* quod ex aduerſo traditur à *Fiſc. ſub 8. reſponſ. verſ. tanto magis, ex Bald. & alijs* (licet non omnibus fideliter allegatis) *in conſ. 112. in fin. verſ. vltimo quæritur volum. 1.* vbi inquit, quòd verba in iſtis priuilegijs interpretantur valde ſtrictè, & rigoroſè, quē ſequitur. *Cott. in memo. incip. immunitatis, Ceph. in conſ. 553. num. 12. Surd. poſt alios, quos allegat in conſ. 278. num. 2. vol. 2. Lanar. in conſ. 65. num. 27. & in conſ. 76. num. 24. Carol. Bard. in conſ. 94.* vbi multa congerit *n. 2.* vnde *Beroi. in conſ. 148. num. 37. vol. 2.* ait, quod conceſſio immunitatis eſt de ſui natura reſtringibilis, quod ſenſit *Paul. de Caſtr. in l. maritum ſub nu. 7. ff. ſolut. matrim. & Surd. in conſ. 313. n. 16. vol. 2.* cuius traditionis licèt plures inſinuet rationes Dom. Fiſ. patron. ſed non traditas a Doct. per eum citatis, tamen ea tantum ratione mouentur Doct. quę vltimo loco
63 à Fiſ. refertur, quia immunitatis priuilegiū contra publicam vtilitatem tendere videtur, *ſic Bald. in d. conſ. 112. poſt. Gugl. de Cune. in l. fin. ff. de conſtit. Princip. gloſ. in l. ſi ita ſcriptum, in verb. maſculo. ff. de legat. 2. Paul. de Caſtr. in d. l. Maritum, Alexan. in l. quia tale ſub num. 5. ff. eod. tit. Dec. ex aduerſo citatus, poſt Paul. de*

Caſtr.

Digitized by Google

Caſtr. & Alexand. in conſ. 223. ſub num. 6. verſ. item fallit, idem Dec. in conſ. 32. num. 5. & in conſ. 466. ſub num. 31. & in l. 2. ſub num. 68. ff. de reg. iur. Alexand. in conſ. 125. num. 10. vol. 2. Bero. in conſ. 173. num. 67. vol. 1. Surd. qui eorum meminit in conſ. 140. num. 1. accedit Arias Pinel. in l. 3. nu. 32. C. de bon. matern. Couarr. in cap. Raynaldus in princ. ſub num. 13. de teſtam. Dom. Reg. Tap. in l. fin. in 2. par. cap. 3. num. 61. Lanar. poſt Bald. Alber. & Luc. de Pen. in d. conſ. 65. & 76. & Pardell. in d. conſ. 94.

64 Verum hoc, quod de ſtricta interpretatione traditur in terminis immunitatis, qua Meſſana lętatur, non conuenit: nam immunitas iſta, vti fauorabilis latiſſimè eſt interpretanda, omniſq; ex aduerſo aſſerta ſtricta interpretatio ceſſat. Nempe Doct. traditio præmiſſa procedit in puro, & ſimplici immunitatis priuilegio, quod abſque aliqua cauſa ad alterius petitionem conceditur, quo caſu procedunt iura, quæ videntur huiuſmodi priuilegia annullare, vt voluit *Ioan. Andr. in cap. peruenit, & ibi Abb. ſub num. 16. de immun. Eccleſ. Ste. Aufre. in addit. ad Toloſa. quæſt. 348. verſic. quinta concluſio.*

65 Hinc eſt, quòd tale priuilegium immunitatis, aut non valet, aut ſi ſuſtinetur, ſtrictè interpretatur, *Iaſ. in l. fin. ſub num. 24. verſic. adde etiam, & ſub num. 32. verſic. Tertio limita. ff. de conſtit. Princip. Felin. in c. cauſamque nu. 14. & ſeq. de reſcript. Gramm. in deciſ. 59. num. 55. Natt. in conſ. 160. nu. 33. vol. 1. & in conſ. 340. num. 5. Vol. 2. Camil. Borrell. de præſtan. Reg. cap. 33. num. 18. Surd. in d. conſ. 140. num. 58. verſ. 6.*

66 qui ex his intelligit illum *text. in d. l. 1. in fin. ff. de iure immun.* procedere in priuilegio ad inſtantiam partis conceſſo, quod ſtricte interpretatur *Lanar. in d. conſ. 76. num. 25. Nicol. Feſtaſ. in tracta. de colle. in 4. par. capit. 8. quæſt. 22. num. 25.* qui intelligit illum text. quando immunitas fuit conceſſa abſque cauſa, quo caſu vti mere priuilegium, ſtricte interpretatur, & ideò Doct. intelligunt illum text. in puro & ſimplici priuilegio, quod contra ius emanat, *Imol. in d. l. ſi ita ſcriptum col. fin. verſ. vltimo loco, ff. de legat. 2. Alexand in d. conſ. 160. vol. 2. Dec. in d. conſ. 468. num. 31. cum concordantibus traditis à Petr. Surd. in*

67 *d. conſ. 140. nu. 48.* Cæterum in hac facti ſpecie tractatur de priuilegijs, & conceſſionibus immunitatis factis intuitu meritorum, *vt in 3. ſupp.* traditum eſt, quo caſu conceſſiones ſecundum ius commune procedunt, vt enuntiauimus in præced. conſid. num. 41. & ideò ſunt fauorabiles, & perdunt nomen priuilegij, & beneficium appellantur, & perconſequens latiſſimam recipiunt interpretationem, ex deductis à *Doct. per illum tex. in d. l. fin. ff. de conſtit. Princip. & à Canon. in d. c. cauſamque, vbi latè Felin. de reſcrip.* Conceſſio enim facta ob benemerita, vti fauorabilis latè interpretatur, *Alexand. in l. 3. in princip. ff. quòd quiſ. iur. Dec. in conſ. 193. col. 2. nu. 2. Gozad. in conſ. 8. num. 28. Abb. in conſ. 30. num. 3. vol. 2. Grat. in conſ. 9. nu. 71. vol. 1. Soc. Iun. in conſ. 37. num. 18. vol. 1. & in conſ. 102. num. 20. vol. 2. Tiraq. in l. ſi vnquam in verb. donatione largitus, num 85. C. de reuocand. donat. Ruin. in conſ. 38. col. 2. lib. 1. Pariſ. in conſ. 20. col. 1. vol. 1. Bero in conſ. 152. num. 10. vol. 2. Paſet. in conſil. 18. num. 39. Menoch. lib. 3. præſumpt. 103. num. 14. Becc. in conſ. 140. num. 10. vol. 2. Surd. in dict. conſ. 140. num. 77. & in conſ. 419. nu. 20.* quod indiuidualiter de conceſſione immunitatis ob benemerita, *voluit Alexand. in dict. conſil. 160. vol. 2. Soc. in conſ. 84. num. 12. cum ſeq. vol. 3. Cephal. in conſ. 58. num. 38. Feſtaſ. de collect. in d. 4. par. cap. 8. num. 25.* qui vt diximus, reprehendit *Dec. ex aduerſo citatum, in d. conſ. 223.* contra quem latè loquitur *Surd. in dict. conſ. 140. num. 71. verſic. remouetur, & præcipuè nu. 75. verſic. quod vero,* illudque admittit *idem Surd. ibid. num. 52. verſic. tertio reſpondeo, Rimin. Iun. in conſ. 289. num. 7. Vol. 3. & in conſ. 500. num. 3. vol. 5. Decian. in conſ. 51. num. 27. vol. 3. qui poſt Petr. Antibo. Roland. Pariſ. & Natt.* in-

68 quit, quòd hodie immunitates non conceduntur ſine aliqua cauſa, & compenſatione, & ideò latè ſunt interpretandæ, vt refert & ſequitur *Rimin. Iun. in conſ. 628. nu. 14. vol. 6.* Nec diſſenſit *Siluan. in conſ. 98. num. 16. Roland. in conſ. 13. nu. 44. vol. 3. Surd. in conſ. 419. num. 52. & Bardel. in conſil. 22. num. 26. verſic. ad tertium.*

Et multò magis in fortioribus terminis hæc lata interpretatio fieri debet, ſuppoſito

69 quòd immunitas Meſſanæ non eſt in præiudicium tertij, quo caſu etiam in terminis puri priuilegij hoc locum ſibi vendicat, quia generale eſt, quòd priuilegium Principis, quod nemini præiudicat, latiſſimè eſt interpretandum, *l. ſi quando, C. de bon. vacant. lib. 10. cap. ex parte el primo, de verb. ſignif. Innoc. in cap. cùm dilecti de donat. Marſ. in ſingul. 483. Bertrand. in conſ. 7. nu. 2. vol. 3. Nicon. poſt alios quos citat in rub. ff. ſolut. matrim. num. 119.* cum concordantibus traditis *à Petr. Surd. d. conſ. 142. num. 73. vbi in ſpecie num. 72.* loquens de priuilegio immunitatis, inquit, illud non eſſe contra ius commune, *ex mente Ioan. Andre. & Abb. in d. cap. peruenit de immunit. Eccleſ.* & ideò latè eſſe interpretandum atteſtatur

inter-

ibidem num.49. Farin.conſ. 45.num. 28.vol.p.
Quod abſque dubio illud ſuadet, quod ſu-
pra traditum eſt de hac immunitate, quę vti
conceſſa ob benemerita dicitur ex motu
70 proprio obtenta. Ex quo ſequitur, quòd la-
tè eſt interpretanda, eſt generale quia, quòd
priuilegia motu proprio conceſſa ſic debent
interpretari, *ad notata in cap.ſi motu proprio, de
præben.in 6.Dec.in conſ.468.num.14.Iaſ.in l.fin,
num.32.ff.de conſtit.Princ. Gram.in d.decif.59.*
71 *num.55.* & in ſpecie de priuilegio immuni-
tatis, motu proprio conceſſo, *loquitur Ioan.
Andr.& Abb. in d.cap.peruenit*, qui dicunt,
quòd priuilegium conceſſum à Principe
motu proprio, ſeruandum eſt ſicut ſonat, &
ſic non debet reſtringi ad differentiam il-
lius, quod conceditur ad petitionem partis,
*vt poſt Ioann.Andr.& Abb. reaſſumit Felin. in
d.cap.cauſamque, num.14.in fin.extra de reſcrip.*
& clarius animaduertit *Natt. in d. conſ. 160.
num.33.& in conſ.340.num.5. Vbi voluit poſt
Ioan.Andr.Abb.& alios*, quòd priuilegium
immunitatis conceſſum motu proprio latè
interpretatur, etiam in præiudicium tertij:
quod refert, & ſequitur *Surd.in d. conſ. 140.
nu.59.cum ſeq.& Camil. Borrel.de præſtan.Reg.
cap.33.num.19.* Ex quibus, ſi animaduerti-
mus, patet, quòd in hac facti ſpecie immu-
nitas Meſſanæ latè interpretari debet, ex
quo omnia ceſſant, quæ ſtrictam interpre-
tationem aliàs ſuadent, omniaque conue-
niunt, ex quibus de iure lata debet fieri in-
terpretatio, vt ex deductis patet.
72 Octauò conſideramus, quòd hæc priuile-
gia immunitatis Meſſanæ vti conceſſa ob be-
nemerita, & per conſequens oneroſo titulo
obtenta, ex latè deductis *in 3.ſupp. in 1.par.*
ſunt irreuocabilia, ſic omnium Doct. eſt tra-
ditio de conceſſione Principis ex cauſa me-
ritorum, *Bald.in l.ſi cum mihi, ff.de dol. Cano.in
cap.nouit, vbi Aret. num. 28. & Felin.num.12.
de iudi.Soc.Iun.in conſ.94.num.2.vol.2.Gozad.
in conſ.5.num.10.Afflict.in decif.128.num.10.
Pariſ.conſ 11.num.44.& 47.vol.1.Rolan.conſ.
76.num.18.& 19.vol.2.Decian.conſ.35.num.
45.vol.2.Capic.in decif.121.num. 16.Riminal.
Iun.in conſ.556.num.107.vol. 5. Natt.* qui lo-
quitur de conceſſione facta ſubdito *in conſil.
268.num.5.idem Natt.in conſ.122.num.14.Ti-
raquel.in l.ſi vnquam, in verb.donatione largitus,
num. 11.* vbi ex more multa congerit, qui-
bus probatur, quòd conceſſa, vel data ob
remunerationem, ſunt irreuocabilia, vti ha-
bita titulo oneroſo, *Abb.in conſ.3.col.7.verſ.
h nc dixit, vol.2. vbi loquitur de conceſſione feudi
ob benemerita, Ruin. in conſ.217. col.3.Vol.1.
Reſtau.de Imper.queſt.55.nu.9.& generaliter de
conceſſione ob benemerita, Menoch.in conſ. 2.nu.*
73 *139.& in conſ.331.num.66.* Et in terminis
de immunitate conceſſa ob benemerita, quę
non poteſt reuocari, *poſt Roman. & Rolan.at-
teſtatur Becc.in conſ.129.num.48.vol.2. Natt.
in conſ.242.num.3.vol.2. Roland. qui ex multis
probat, in conſ.13.num.21.vol.3.& in d.conſ.
75.num.13.vol.2. Pariſ.in conſ.C Ś.num.5.&
in conſ.69.num.5.vol.1. Riminald.Iun.in conſ.
289.num.7.vol.3.& in conſ. 323.num.5.eod.
vol.* vbi nec ex capite ingratitudinis illam
poſſe reuocari poſt alios atteſtatur, quibus
accedunt tradita à nobis ſupra *in 1.ſupp.nu.
16.Occian.in conſ.51.num.25.& 26.volum.3.
Oſaſc.in decif.95.num.11. Surd.in conſ.140.nu.
39.& in conſ.419.num.51.* vbi loquens de
priuilegio immunitatis conceſſo propter
merita dicit illud reuocari non poſſe, mul-
tiſque auctoritatibus probat, atteſtantibus
conceſſa ex cauſa meritorum eſſe irreuoca-
bilia, tùm quia illa tranſeunt in beneficium,
vt traditum eſt in precedenti conſideratio-
ne, & ideò reuocari non poſſunt, *Cephal. in
conſ.342.num.40.cum ſeq.* tùm etiam, quia
tranſeunt in contractum, & per conſequens
fiunt irreuocabilia, ex adductis per eundem
Surd.num.53. Et quidem ſiue conceſſio fue-
rit facta non ſubditis, ſiue ſubditis: nam vt
in ſeq.conſid. dicetur, Princeps efficaciter ob-
ligatur ex contractu etiam cum ſubdito ce-
lebrato, prout de immunitate loquens, in-
quit, *Surd. vbi ſupra, & ante eum Feſtaſ.de col-
lect.in 5.part.cap.1.in princ. Burſ.in conſ.16.nu.
44.& 45. vol.1.& poſt eum Bardell.in d.conſ.
22.num.30.*
74 Nonò principaliter conſideramus ad
confirmationem præmiſſæ conſiderationis,
quod hæc immunitas eſt irreuocabilis, ſtan-
te nouiſſima conuentione habita cum Phi-
lippi II. Maieſtate Catholica, cuius vigore,
ex abundanti cautela, hanc immunitatem
obtinet Meſſana titulo contractus *vt in 3.
ſupp.* deduximus, ex quibus reſultat conſi-
deratio iſta, quòd hæc immunitas licèt ir-
reuocabilis ſit, attentis antiquis priuilegijs,
meritorum intuitu conceſſis, pari quidem
ratione talis eſt ob nouiſſimum priuilegium
75 in vim contractus oneroſi obtentum.
Nam generale eſt Principem ex contractu
efficaciter obligari *ad text.in l. Cæſar, ſecun-
dum communem intellectum, ff.de publ. Cano. in
capit. 1. vbi Ioann. Andr. & Anton. de Butr. in
2.notab. Abb.Felin. & Dec.in princ. & Imol. in
3.de probat. Cin.l.digna vox, vbi Bart. Paul. de
Caſtr.& alij, C.de leg.Bart.in l.penul.C.de donat.*

inter.vir. & vxor. & in l.fin.in fin.C.de tranſact.
Bald.& Iaſ.in l.1.de conſtit.Princip.Felin.in cap.
quæ Eccleſiarum de conſtit.Dec.in cap.relatum in
2.notab.de præben.Soc.in conſ.32.vol.1.& in
conſ.4.Vol.3.Alciat.de præſumpt.reg.3.præſum.
8.Gramm.in conſ.100.in ciuil.& in deciſ.65.nu.
26.cum ſeq.Afflict.in deciſ.282.& 361.Rolan.
in conſ.1.num.26.& in conſ.66.num.22.vol.2.
& in conſ.45.nu.8.vol.3.Iul.Clar.in §.feudum.
quæſt.59.Vaſq.lib.2.illuſt.contro.cap.51.num.
29.Dom.Reg.Tap.in l.fin.cap.9.num.5.in 2.par.
de conſtit.Princip.Menoch.lib.2.præſump.10.nu.
49.Becc.in conſ.56.num.8.vol.1.Peregr.de iur.
fiſ.lib.1.tit.3.num.44.& lib.6.tit.1.num.8.&
Rodolf.de abſolut.Princ.poteſt.cap.6.num.171.
cum ſeq.cum concordantibus adductis à nobis in
76 *d.cap.1.de probat.* Nam in his, quæ ſapiunt
contractum, Princeps vtitur iure priuati,
Cano.in d.cap.1.Bald.in cap.1.§.inueſtitura de
non.for.fideiit.Vincen.de Franc.in deciſ.17.num.
6.Roland.in d.conſ.13.num.45.vol.3. qui te-
ſtatur contrahere ſecundum ius commune;
Crauet.in conſ.640.num.9.Becc.in conſ.45.num.
26.vol.1.Menoch.in conſ.201.num.138.Petr.
Surd.in deciſ.2.num.21.cum ſeq.& Camil.de
Cart.in 1.par.diuerſ.iur.feud.in §.poteſt num.14.
77 *fol.28.* Ex quo ſequitur, Principem contra-
hendo obligari efficaciter, etiamſi cum ſub-
dito contraxerit, *Cano.in d.cap.1.& in cap.no-*
uit extra de iudic.Corne.in conſ.70.num.10.vol.
2.Alex.in conſ.94.col.3.verſ.quod tertium,vol.
2.Doct.in d.l.digna vox,C.de leg.Soc.in conſ.4.
num.1.vol.3.Paul.de Caſtr.qui teſtatur de com-
muni in conſ.317.ſub num.5.volum.1.Ruin.in
conſ.90.num.4.volum.1.& in conſ.130.num.
19.vol.5.Pariſ.in conſ.11.num.53.Vol.1.Gabr.
alios citans de iur.quæſit.non tollen.concluſ.5.nu.
19.Menoch.in conſ.27.nu.5.& 26.Vol.1.Pere
gr.de iure fiſ.lib.1.tit.3.num.44.verſic.in quar-
to autem,& in conſ.7.num.13.vol.3.& Camil.
78 *de Curt.in dict.§.poteſt.* Nam hoc idem de
Deo omnium conditore communiter tra-
ditur, *poſt Magiſt.ſententia.vt inquit Bald.in*
l.1.ff.de pact. qui ait Deum omnipotentem
ex promiſſione obligari, *Dec.in d.cap.relatum*
de præben.& in conſ.286.nu.6.& in conſ.689.
num.7.& in l.debitori,nu.14.ſi cert.petat.Curt.
Sen.in conſil.68.ſub num.2.Crauet.in conſ.241.
ſub num.12.verſ.immò ſola promiſſio,Foller.in
prax.cenſua.in verb.& ſummiſſionis ſub num.4.
Ferret.in conſ.32.ſub num.21.in fin.vol.1.Pe-
regr.de iure fiſ.lib.6.tit.1.num.9.& Rodolf.de
79 *abſol.Princip.poteſt.cap.6.num.180.* Quare,
nec de plenitudine poteſtatis poſſe Prin-
cipem eius contractum reuocare, traditur
communiter *à Cano.in d.cap.1.Bald.in cap.1.*
§.ad hæc de pac.iura.firman.Paul.de Caſtr.in d.
l.digna vox,C.de leg.Gomez in cap.1.de conſtit.in
6.Ioan.Crot.in l.omnes populi col.21.verſ.ſecun-
da declaratio,ff.de iuſtit.& iur.Soc.in conſil.86.
num.14.vol.4. vbi poſt alios quos citat, hoc
intelligit etiam in Romano Pôtifice, prout
de eo loquitur *Iaſ.in conſ.86.nu.8.volum.3.*
Dec.in conſ.286.num.6.& in conſ.689.num.7.
Gramm.in deciſ.65.num.27.& in d.conſ.100.
in fin.Pariſ.in conſ.11.num.53.vol.1.Alciat.de
præſump.reg.3.præſump.8.num.5.Anton.Gabr.
qui alios congerit de iur.quæſit.non tollen.concluſ.
5.num.18.quibus accedunt Burſ.in conſil.160.
num.36.vol.2.Foller.Cephal.Scot.Hieron.Gig.
Andr.ab Exe.& Peregr.quos citat Rodolf.vbi
ſupra num.170.accedit Bero.in conſ.138.num.1.
& 9.volum.3.quem citat Becc.in d.conſ.56.ſub
num.8.vol.1.Peregr.in d.conſ.7.num.1.volum.
3.& Vaſq.vbi ſupra in 1.part.cap.3.qui alios
80 *citat num.2.* Hoc enim, inter alias rationes,
quas in ſcholis attulimus *in dict.cap.1.num.*
36.de probat. eſſe Principis fauore introdu-
ctum, poſt alios enunciauimus: quia, ſi à
promiſſione, & contractu poſſet declinare,
deterioris eſſet conditionis quàm priuatus,
quia nemo eſſet, qui vellet ſecum habere
commercium, & ſic hominum conſortio
priuaretur, vt in ſimili dicit *text.in l.quòd ſi*
minor.§.non ſemper.ff.de minor. quod in pœnã
imponi conſueuit, *l.hi qui,C.de apoſtat.* quod
in re noſtra, inquit *Bald.in l.Princeps,ff.de leg.*
Iaſ.in l.1.ſub num.9.verſ.ad idem,ff.de pact.&
in l.ſi pecuniam numer.13.de conditione ob
cauſam,Roman.in conſ.352.num.24.Crauet.in
conſ.241.num.18.Burſ.in dict.conſ.160.num.
44.vol.2.Foller.in d.verb.& ſubmiſſionis num.
26.Peregr.de iure fiſc.lib.1.tit.3.ſub num.44.in
fin.Rodolf.de abſol.princip.poteſt.vbi ſupra num.
187.& Dom.Reg.Tap.in d.l.fin.in 2.par.cap.9.
num.5.ff.de conſt.Princ.
81 Ex quibus infertur in terminis noſtris,
quòd Princeps non poteſt reuocare priuile-
gium, quod tranſit in contractum, etiam ſi
ſubdito fuerit conceſſum, *Bald.in l.qui ſe pa-*
tris,num.14.C.vnd.libe.ex l.fundi,C.de fun.pa-
trim.lib.11.Felin.in cap.nouit.num.8.poſt me-
dium,de iudi.Ruin.in conſ.29.num.4.volum.1.
Natt.in conſ.268.num.5.Vol.2.Afflict.in deciſ.
128.num.10.& in conſtit.Reg.ea quæ decus ſub
num.2.Peregr.alios citans de iur.fiſc.lib.3.tit.3.
num.28.Crauet.in conſ.869.num.7.& in conſ.
963.num.26.Oſaſ.in deciſ.139.num.23.Petr.
de poteſt.Princip.in 2.princip.dub.num.84.fol.
176.Cephal.qui alios congerit in conſ.549.num.
86.vol.4.quem citat Rodolf.vbi ſupra nu.193.
82 Et magis indiuidualiter infertur ad priui-

legium

legium immunitatis, quod ſi tranſit in con-
tractum, eſt irreuocabile, etiam ſubdito con
ceſſum, *Alexand. in conſ. 30. num. 17. Volum. 5.
Feſtaſ. de collect. in 5. par. cap. 1. Roland. in d. conſ.
76. num. 13. cum ſeq. vol. 2. & in d. conſ. 13. nu.
21. vol. 3. Burſ. in conſ. 16. num. 45. vol. 1. Decia.
in conſ. 51. num. 26. vol. 3. Pet. de poteſt. Princip.
cap. 24. num. 244. fol. 129. Menoch. in conſ. 156.
num. 33. & 34. Surd. in dict. conſ. 419. num. 51.
cum ſeq. vol. 3. & Carol. Bardel. in d. conſ. 22. nu.
19. Menoch. poſt Alexand. Bellon. & Oſaſc. in
conſ. 887. num. 58. volum. 9. & Boſ. in tit. de
princ. num. 151.*

83 Decimò & vltimò conſideramus, nihil
refragari præmiſſis priuilegijs, ſi fortè illud
adhuc allegaretur ex aduerſo, quòd priui-
legia ipſa non ſint confirmata à Catholica
Maieſtate Philipoi III. nunc regnantis. Nā
ſi hoc de iure eſſet neceſſarium, vtique in
Eulogio extat generalis griuilegiorum con
firmatio, facta à Domino noſtro Rege, per
quam tollitur omnis difficultas, quinimò
ex literis ſuæ Catholicæ Maieſtatis in Eulo-
gio præſentatis arguitur quædam ſpecialis
confirmatio priuilegij nouiſſimi, dum in eis
expreſsè mādat ſeruari, & exequi cōtenta, &
capitulizata ſub eius verbo Regio cum Ci-
uitate Meſſanæ, iuxta ipſius capitulizatio-
nis tenorem. Adeoquod ſumus in claris cir-
ca Domini noſtri Regis voluntatem, qui
voluit ex facto predeceſſoris ſibi legem im-
ponere: vnde ceſſant, dato quòd in termi-
nis noſtris militarent, quæ notantur *in l. di-
gna vox, C. de leg. & voluit Bald. in l. 1. ff. de con-
ſtit. Princip. relatus à Menoch. in conſ. 1003. num.
99. cum ſimilibus adductis à Petr. Surd. in
conſ. 47. num. 10. cum ſeq. & in conſ. 419. nu. 4.*

84 Sed dato quòd nulla fuiſſet ſubſequuta ſuc-
ceſſoris confirmatio, non ideo infirmantur
priuilegia, ad quorum validitatem illa non
eſt neceſſaria, quia de ſui natura decet pri-
uilegium eſſe perpetuum, *c. decet de reg. iur. in
6. Cin. Bald. & alij in l. priuilegia, C. de ſacroſanct.
Eccleſ. Bald. in conſ. 112. in 6. dub. num. 7. vol. 1.*
qui tenet, quòd priuilegium tranſit in ſuc-
ceſſorem, quia cenſetur conceſſum ſub no-
mine dignitatis, & ideò non eſt neceſſaria
confirmatio, *Alexand. in conſ. 33. ſub num. 16.
Vol. 5. Natt. poſt Cin. Bald. & Alexand. in conſil.
122. num. 18. Volum. 1.* quod rationibus ve-
rum eſſe oſtendit *Paſet. in conſil. 18. num. 8. &
ſeq. & poſt eum Burſ. & Riminald. Petr. Surd. in
d. conſ. 419. num. 25. verſ. non etiam mouet, vbi*
85 *num. 27.* multorum probat authoritatibus,
quòd ſucceſſor ligatur ad obſeruantiam
eorum, quæ à prædeceſſore ſunt conceſſa,
ſi per ſucceſſionem admiſſus ſit in dignita-
te: nam aliàs ſibi ipſi contradiceret, vt in-
quit *Bald. in conſ. 326. col. 3. vol. 1. relatus à Ro-
land. in conſ. 1. num. 42. vol. 2.* Et maximè id
vendicat ſibi locum, quando tractatur de
conceſſis à prædeceſſore ob benemerita con
ceſſionarij, quo caſu talis conceſſio reuoca-
ri non poteſt, vt ex multis probat *Menoch.
in d. conſil. 1003. num. 94.* qui inter alios alle-
gat *Suar. in alleg.* 10. qui indiuidualiter lo-
quitur de Rege Hiſpaniarum, qui douatio-
nem factam ob benemerita à predeceſſore
86 reuocare non poteſt. Et quidem verum
eſt, quia vt tradidimus, priuilegia conceſſa
ob benemerita tranſeunt in contractum
oneroſum, & ideo ſucceſſor tenetur illa ſer-
uare, quia ligatur ex contractu prædeceſſo-
ris, *Cano. communiter in d. cap. 1. per illum textum
de prob. capit. Abbate ſanè de re iudic. in 6. Bart.
in l. prohibere, §. planè, ff. quod vi, aut clam. Bald.
in d. cap. 1.* vbi ait, quòd pacta inter Federi-
cum, & Ciuitates Lōbardiæ, quæ continen-
tur in pace Conſtantiæ, ſunt ſeruanda per
Imperatores, qui ſucceſſerunt in Imperio,
*idem Bal. in d. l. digna vox, C. de leg. Oldr. in conſ.
94. incip. eleganter, Paul. de Caſtr. in l. fin. C. de
tranſ. Igne. in l. donationes, quas diuus, C. de don.
inter vir. & Vxor. Rim. Iun. in conſ. 63. num. 32.*
qui loquens de Doce Mantuæ, ait, quod ip-
ſe non poteſt à contractu ſuorum prædeceſ-
ſorum recedere, *Iaſ. in conſil. 1. colum. 2. vo-
lum. 1. Gramm. in conſil. 100. Oſaſc. qui alios
citat in deciſ. 139. num. 11. Burſ. in conſ. 160. ſub
num. 36. vol. 2. Crauet. in conſ. 241. ſub num. 17.
Gabr. de iur. quæſit. non tollen. concluſ. 5. num. 2.
Foller. in pract. in verb. & ſubmiſſionis, ſub num.
37. Iaſ. in conſ. 20. Vol. 2. & in conſ. 86. volu. 3.
Pariſ. in conſ. 2. num. 132. vol. 4. Soc. Iun. in conſ.
60. num. 18. & 29. vol. 3. Rolan. in d. conſ. 1. vbi
ſupra vol. 2. & in conſ. 13. num. 36. & ſeq. vol.
3. & in conſ. 100. num. 138. & ſeq. vol. 4.* vbi
loquitur de ſucceſſore per electionem, qui
tenetur ſeruare facta ſui prædeceſſoris, ſub
nomine dignitatis, vt voluit *Natt. in d. con-
ſil. 122. num. 3. Petr. de poteſt. Princip. in 2.
dubit. princ. num. 179. verſ. ſexto declaratur fol.
182. Menoc. in conſ. 1. num. 228. & in conſ. 264.
num. 15. & ſeq. Vol. 3. & in conſ. 721. num. 3. &
in d. conſ. 1003. num. 98. Surd. in deciſ. 326. num.
5. Rodolf. de abſol. Princ. poteſt. cap. 6. num. 195.
Peregr. de iure fiſc. lib. 1. tit. 3. num. 45. & Becc. in*
87 *conſ. 56. num. 8. vol. 1.* Ex quibus inferendo
ad rem noſtram, in qua tractatur de priui-
legijs immunitatum, quæ ſunt in vim con-
tractus oneroſi, vtique illa irreuocabilia
ſunt, non ſolum reſpectu concedentium,
ex

zed by Google

ex deductis *in* 8. *&* 9. *conſider.* ſed etiam reſpectu ſucceſſoris, qui tenetur obſeruare hęc immunitaris priuilegia, vt in terminis de priuilegio immunitaris loquitur *Bald. in d. conſ.* 112. *num.* 7. *volum.* 1. *Feſtaſ. de collect. in* 5. *part. cap.* 1. *num.* 12. *Burſ. in d. conſil.* 16. *num.* 47. *Vol.* 1. qui teſtatur de communi, *poſt Iaſ. in conſ.* 1. *num.* 2. *Vol.* 1. *Riminald. Iun. in conſil.* 289. *num.* 7. *vol.* 3. vbi teſtatur, quòd nec per concedentem, nec per ſucceſſorem poteſt immunitas, quæ tranſit in contractum, reuocari, quod ex præmiſſis ſentit *Roland. in dict. conſ.* 13. *ſub* 4. *concluſ. vol.* 3. *Surd. in d. conſ.* 419. *num.* 26. *&* 27. *vol.* 4. *Alexand. Raud. in conſ.* 1. *num.* 308. *vol.* 2. *Carol. Bardell. in d. conſ.* 22. *num.* 18. *verſ. ad primum igitur*.

88 Ex quibus omnibus præmiſſis conſiderationibus, frequentiori Doct. calamo receptis, reſultat immuniratem, de qua quæritur, ſeruandam eſſe, ita quòd Meſſana à vectigali nouiter impoſito eſt omninò immunis iuxta formam priuilegiorum, quæ ſeruanda eſſe diximus in prima conſideratione, ex quo hęc conceſſio immunitatis legitimè fieri poruir à Principe, vt dictum eſt in 2. conſideratione, etiam quoad munera patrimonialia, ex deductis in 3. prout in ſpecie eſſe Meſſanę immuniratem deduximus in 4. conſider. quam ex cauſa meritorum, legitimè proceſſiſſe diximus in 5. illamque validam eſſe probauimus in 6. lateque vti fauorabilem interpretandam eſſe enuntiauimus in 7. nec poſſe à Principe reuocari, etiam de plenitudine poteſtatis, tùm ab ipſo concedenre, tùm eriam à ſucceſſore, latè demonſtrauimus in 8. 9. & 10. conſider. ex quibus ſufficienter Vrbis intentionem fundari arbitramur, & hæc quoad ſecundam partem.

Tertias pars.

SVMMARIVM.

1 *Aromata tantò magis redolent, quantò magis conteruntur.*

2 *Fiſcus aſſerit pro iuſtitia Vectigalis, de quo quæritur habere fundatam intentionem in diſpoſitione iuris, vide num. 7.*

Vectigalia ſunt de Regalibus, ibid.

3 *Princeps poteſt indicere noua vectigalia, quia tale ius eſt penes eum.*

Dummodo tamen duo concurrant, num. 7.

Sed an conueniant in facto, num. 11. 18. & 53.

4 *Inferiores habentes iura Regalia poſſunt vectigalia indicere.*

5 *Ciuitas ſuperiorem non recognoſcens, gabellas indicere poteſt.*

Et de ea iudicatur, ſicut de Principe.

6 *Vectigal de quo quæritur, fuiſſe impoſitum pro publica neceſſitate ſubeunda, ex aduerſo traditur: vide num. 18.*

8 *Neceſſitatis vrgentis cauſa, quæ publicam reſpicit vtilitatem, requiritur, vt poſſit Princeps noua vectigalia imponere.*

Princeps imponens nouum vectigal ſine cauſa, peccat, ibid.

9 *Princeps primò debet ſe præmunire de proprio marſupio, & ſi de ſuo non habet, poteſt vectigal ſubditis imponere, vide num. 57.*

10 *Subditi tunc poſſunt collectari, quando Princeps non habet modum ſatisfaciendi de ſuo.*

12 *Notorium releuat ab onere probandi.*

13 *Iuris præſumptio releuat ab onere probandi, & qui eam habet pro ſe, dicitur habere fundatam intentionem.*

14 *Notoria multa allegantur, quæ non ſunt.*

Periti titubant in cognitione notorii, ibi.

De notorio ſæpe loquimur, & quid ſit notorium ignoramus, ibid.

15 *Cauſa iuſta in Principe non præſumitur, quando procedit contra ſubditum non citatum, cui non poteſt de plenitudine poteſtatis abſq; cauſa præiudicium inferre, & nu. ſeq.*

16 *Principi atteſtanti de iuſta cauſa in concernentibus eius commodum, in eo, ſuper quo liberè diſponere non poteſt, an credendum ſit.*

17 *Præſumptio iuſtæ cauſę in Principe an excludat probationem in contrarium.*

18 *Cauſæ tres afferuntur ex aduerſo ad oſtendendum hoc vectigal impoſitum fuiſſe ob publicam neceſſitatem ſubleuandam.*

19 *Vectigal nouum imponi an poſſit pro ſalario officialium præpoſitorum adminiſtrationi iuſtitiæ.*

20 *Iuſtitia eſt miniſtranda de reditibus & tributis Regni, quibus Rex debet eſſe contentus, nec propter hoc poteſt noua indicere vectigalia.*

21 *Collectam Princeps non poteſt imponere pro redemptione ſui patrimonij pignorati.*

Vaſſallus non tenetur ſoluere æs alienum domini, etiamſi immineat timor periurij, ibid.

22 *Princeps pro manutentione militię ad defenſionẽ Regni, an poſſit imponere collectas, ſicut ſi bellum immineret.*

Quid in Regno Siciliæ, num. ſeq.

23 *Collectæ nouæ in Regno Siciliæ vltra Farum regulariter non poſſunt imponi, niſi in quatuor caſibus, quorum primus eſt, ſi contingit Regnum inuadi inuaſione notabili.*

24 *Seruitium militare præſtatur, quando in Regno extat inuaſio notabilis, vel ſaltem, quando timor*

mor

Digitized by Google

mor inuaſionis eſt de propinquo.

25 *Gabella in Regno Siciliæ an poſſit de nouo imponi pro manutentione militiæ, quando non extat ſaltem probabilis ſuſpicio inuaſionis de propinquo, & nu. 32. & 34.*

Vectigalis noua impoſitio in Regno Siciliæ pro illius defenſione, eſt permiſſa conditionaliter, ibi.

Dictio, ſi, denotat conditionem, ibi.

26 *Conditio debet adimpleri in forma ſpecifica, & vt verba ſonant.*

27 *Conditio inducit formam.*

28 *Forma ſtatuti debet adimpleri pro validitate actus, quia cenſetur ſubſtantialis.*

29 *Conditionis implementum eſt neceſſarium, vt diſpoſitio, cui conditio apponitur, locum habeat.*

30 *Fideicommiſſarius non agit pro fideicommiſſo conditionali, niſi adimpleta conditione.*

31 *Conditione deficiente, etiam in minimo, non habet locum diſpoſitio conditionalis.*

33 *Dictionis, videlicèt, natura eſt reſtringere, & limitare præcedentia.*

34 *Capitula Regni Siciliç nullam tribuerent Siculis immunitatem, ſi pro ſimplici defenſione Regni abſq; inuaſione poſſent noua vectigalia imponi.*

35 *Ratio finalis ex proęmio colligitur.*

36 *Statuta debent intelligi, vt aliquid addant iuri communi, ne aliàs dicantur inutilia, & ſuperflua.*

Statutum mandans aliquem citari perſonaliter, vel domi, quomodo intelligitur, ibi.

37 *Fiſcus ad euitandum fundamentum, quod reſultat ex capitulis Regni pro Meſſana, duo ſuadet: alterum, quòd illa capitula non ſunt in conſideratione: alterum verò, quòd eis Meſſana lętari non poteſt; vide nu. 38. 41. 43. & 51.*

38 *Meſſana legitimè lætari poteſt capitulis Regni diſponentibus in certis caſibus noua vectigalia imponi poſſe, adductis ex aduerſo in aliquo non obſtantibus.*

39 *Fauore alicuius quod inducitur, non debet in odiũ retorqueri.*

Inducta ad vnum finem, illius oppoſitum operari non debent, ibi.

40 *Priuilegij noua conceſſio, non tollit priuilegia antiqua.*

42 *Renunciare iuri ſuo cuilibet licet.*

Contractus ex partium conuentione poteſt claudicare, ibid.

44 *Fiſcus adducit, quòd Meſſana non poteſt contra hoc vectigal ſe tueri cap. Regn. ex quo Regnum conſentit vectigali, vide nu. 45. & 48.*

Nec eis vti poteſt contra Regnum, nu. 51.

44 *Immunes ſi plures ſunt, & aliqui ſubeunt onera, an alij poſſint ſe excuſare, & nu. 48. & 49.*

45 *Immunis ſoluens mandato ſuperioris, non præſumitur quòd velit renunciare ſuo priuilegio, ſed mandato potiùs ſuperioris obedire.*

Immunis ſoluens coactè, non cenſetur renunciare priuilegio, ibi.

46 *Renunciatio eſt ſpecies donationis.*

47 *Donatio non præſumitur.*

48 *Singuli debent conſentire in reuocatione priuilegij pluribus competentibus.*

49 *Bertrand. conſ. 18. vol. 3. in vlt. par. ex aduerſo allegatus, declaratur.*

50 *Clauſula, nemine exempto, refertur ad priuilegiatos ex ſimplici priuilegio, non ex titulo oneroſo, vel de iure communi.*

Priuilegiati immunes de iure communi, non continentur ſub clauſula, nemine exempto, ibid.

52 *Donatiuum vltimo loco factum in comitijs generalibus, facit ceſſare aſſertam neceſſitatem manutentionis militiæ.*

Vectigalia pro vrgenti neceſſitate, ſiunt imponenda moderatè, ibid.

53 *Regi Hiſpaniarum, an conueniat neceſſitas ſuppoſita, quòd de ſuo non habet, vnde poſſit prouidere.*

54 *Regis Hiſpaniarum gloria maior eſt aliorum Regum, ob multa Regna, quæ poſſidet.*

55 *Rex Catholicus ob multa dominia, quæ habet, ac diuitiarum copiam, nulli humano Principi inuidet.*

Redditus Regis Hiſpaniarum ſunt maiores quàm Imperatoris Turcarum.

56 *Rex, an teneatur de redditibus aliorum Regnorum occurrere neceſſitati alterius Regni & nu. ſeq.*

57 *Principis patrimonium vnicum eſt, quod tantum diſtinguitur à patrimonio, quod obtinet tanquam priuatus.*

58 *Vectigalis aſſerta iuſtitia vti impoſiti à Principe, tollitur ab immunitate, quæ pariter ex auctoritate Principis iuſtificatur.*

59 *Eius eſt ſoluere, cuius eſt ligare.*

60 *Exemptio facilius procedit, quàm vectigalis indictio.*

Immunitatis ad validitatem ſufficit ſola voluntas Principis, ibi.

61 *Iura ſunt promptiora ad liberandum.*

Immunitatis per conceſſionem res reducetur ad primæuum ius naturale libertatis, ibi.

Res de facili reducitur ad primæuam naturam, ibi.

62 *Libertas aduerſus impoſitionem collectarum faciliùs acquiritur, quàm ius imponendi onera.*

63 *Meſſanæ fundamentum contendentis pro immunitate, eſt fauorabilius fundamento Regij fiſci.*

64 *Priuilegia vbi extant exemptionis, exactio vectigalis fieri non poteſt.*

Exempti, qui ſunt ante impoſitionem collectę, ad illius impoſitionem non tenentur, ibi.

Aliqua

ALiqua ex aduerſo afferuntur, quæ
videntur ius & iuſtitiam Meſſanæ
in dubium reuocare, ideò in hac
tertia & vltima parte ſupereſt il-
1 la diluere, vt tanto clarior veritas, quæ op-
pugnatur, expulſis nebulis, in lucem progre
diatur, ſicut aromata, quæ magis redolent,
quantò magis conteruntur, vt inquit *Paul.
de Caſtr. in conſ. 23. vol. 1. citatus à Crau. in conſ.*
135. nu. 18. quorum meminit in terminis no
ſtris *Rol. in ſæpe citato conſ. 13. nu. 1. vol. 3.*
Itaque, conſideratis his, quę contra vrbẽ
afferunt domini ex aduerſo, animaduerti-
mus, illa in duobus capitibus principalibus
diſtingui poſſe, quorum alterũ tendit ad iu-
ſtificationem vectigalis, alterum verò ad op
pugnationẽ præmiſſæ immunitatis, ac priui
legiorũ, quibus ipſa immunitas fundatur.
Deuenio ergo ad primum principale ca-
2 put, ſub quò vnũ, ac ſingulare traditur fun-
damentum, pro iuſtitia vectigalis, de quo
quæritur, dum aſſerit Dom. Fiſ. patro. habe-
re fundatam intentionem in diſpoſitione iu
ris, quo attẽto vectigalia ſunt de regalibus,
*ad tex. quæ ſunt reg. in c. p. in verb. vectigalia, &
in verb. portus*, quem Doct. ibidem pro vecti-
gali, quod pro tranſitu in portu, ſeu pro
his, quæ in portum, vel ex portu extrahun-
tur, ſoluitur, intelligi exiſtimauerunt *Aro-
ſent. in tract. de feud. c. 5. concl. 31. in litera D. Ca-
mill. Borrel. de præſtan. Reg. c. 9. num. 45. & ſe-
quent.* quòd vectigal eſſe de regalibus tra-
dunt cõmuniter *Feudiſtæ per illũ tex. in c. 1. qui
bus addimus Aymon. Crau. poſt Dec. & Iaſ. in cõſ.
209. n. 3. vol. 2. Boſſ. in tit. vectig. qui poſſ. impo.*
qui teſtatur vectigalia eſſe de maximo impe
rio reſeruata Principi *poſt Salic. in l. 2. C. non.
vectig. inſt. non poſſ. ſenſit Oſaſc. in dec. 155. circa
finem, Soc. in conſ. 7. num. 1. vol. 3. Pet. Antibol.
de muner. in 2. par. §. reſtat, nu. 1. Ægid. Thomat.
de collect. §. exactis num. 37. Schard. de feud. par.
3. cap. 4. nu. 38. & ſeq. Aroſent. in d. cap. 5. con-
cluſ. 33. & Camil. Borrell. de præſtan. Reg. c. 11.*
3 & idcò poſſe Principem vectigalia indicere,
nemo ignorat, quia tale ius eſt penes Prin-
cipem, *l. Vectigalia, ff. de publica, l. 1. & 2. C. no-
ua vectigalia, l. omnes, C. de annon. & trib. lib.
10. & l. placet cum concord. C. de excuſat. mune.
eodem lib. Signo. de Homod. in conſ. 109. Angel.
in conſ. 290. Thema tale eſt, colum. fin. Corn. in
conſ. 199. Vol. 1. Socin. in conſ. 7. num. 2. vol. 3.
Dec. poſt Roman. in conſ. 534. num. 1. & in conſ.
649. num. 1. Ruin. in conſil. 2. num. 4. volum. 4.
Soc. Iun. in conſ. 98. num. 16. vol. 3. Petr. Antib.
in d. §. reſtat in princip. & in §. 4. incipien. amodo
expedit, num. 1. & 2. Capic. in ſua inueſtit. in
verb. vectigalia, verſ. gabellas, fol. 280. Pariſ.
in conſ. 25. num. 1. vol. 1. Menoch. in conſil. 302.*
4 *num. 27. volum. 4.* Quinimò omnes inferio-
res habentes iura regalia, quales ſunt hi,
qui in titulo maioris dignitatis ſunt con-
ſtituti, de quibus dictum eſt *ſupra in 2. conſi-
derat. num. 14. in 2. part.* poſſunt hæc vectiga-
lia indicere, prout de Duce Sabaudiæ vo-
luit *Iaſ. in conſ. 227. volum. 2. Oſaſc. in dict. de-
ciſ. 155. de dominis Ariminen. voluit Raphal. in
conſil. 162. quem citat Borrel. de præſt. Reg. cap.*
5 *11. num. 39.* vbi hoc etiam locum habere
aſſerit in qualibet republica, ſeu Ciuitate
non recognoſcente ſuperiorem, iura rega-
lia habente, *poſt Angel. Petr. Anchar. & Abb.
quos citat*, & cum ratione, quia de Ciuita-
te, quæ ſuperiorem non recognoſcit, ſicut
de Principe iudicandum eſt, *vt notat Bart.
in l. 1. §. de qua. ff. de poſtulat. & in l. infamem,
ff. de publ. iud. cum concord. traditis per Dec. in
conſ. 534. num. 2.*
6 Ad cuius rei confirmationem addunt,
quòd ex legitima cauſa, pro ſubleuanda
publica neceſſitate, fuit hoc vectigal indi-
ctum, dum ærarium Principis eſt exhau-
ſtum, nec ſufficit pro miniſtrorum ſtipen-
dijs, & pro cenſibus crediroribus ſoluen-
dis, ac pro manutentione militiæ: vnde ex
his cauſis reſpicientibus publicam vtilita-
tem, poſſe Principem noua vectigalia im-
ponere, inquit Fiſcus, ex communi Doct.
ſententia, *vt per Caiet. Medin. Silueſt. Angel.
Armil. Diui Thom. Couarru.* & alios ex aduer-
ſo citatos, & præſertim *ex Natta in conſil.
557. & Petr. Surd. in conſ. 210. num. 33. vol. 2.*
7 Sed iſtud, quod primo loco affertur, & à
nobis ex præmiſſis comprobatũ, non refra-
gari Meſſanæ, nec ex eo vectigal iuſtificari
animaduertimus; & quidem arbitramur
pro ſolutione, quod ſi ius, & iuſtitia Meſſa-
næ fundaretur in terminis iuris communis,
ſicut prædictum ex aduerſo fundamentum,
vtique licet tunc oporteret fateri iuſtitiam
vectigalis, reſpectu cauſæ efficientis, eſto ta-
men, quòd Excell. Domini Proregis habe-
ret hanc facultatem, in conſulto Rege, de
quo hic tractare non oportet, ex alio tamen
capite vectigal ipſum non procedere oſten
dimus. Nam, etſi verum ſit, quòd ius im-
ponendi vectigal ſit de regalibus, illudque
reſidet penes Principem tamen vt illud
actualiter Princeps poſſit exercere, duo
concurrere oportet, quorum alterum eſt,
quòd ita expediat Reipublicæ; alterum
vero, quôd de ſuo Princeps non habeat,
vnde poſſit occurrere publicæ neceſſitati, vt

ſenſit Capic.in ſua inueſtit.in verb.collectis,verſ.
temporibus fol.117.& voluit Rol.in conſ. 1.nu.
51.Vol.2.quòd de plano fatetur Dom.Cor
ſet.ex aduerſo fol.17.
8 Primò igitur neceſſe eſt,quod vrgeat pu-
blica neceſſitas,vt poſſit Princeps collectas,
& vectigalia imponere,ex allegatis à Bologn.
in conſ.1.num.8. vnde requiritur cauſa legi-
tima, ſine qua ſubditis nouum vectigal im-
poni non poteſt, Afflict. in cap. 1. in verb.ve-
ctigalia, num.8.& in verb.& extraordinariæ,
nu.4.quæ ſint rega. quem refert Rol. in d. conſ. 1.
num.57. Nam alias cum interſit pecuniali-
ter ſubditorum, peccaret Princeps ſi id face
ret ſine cauſa,Iſern.in d.cap.1.in verb.vectiga-
lia,num.15.& in verb. & bona committentium
ſub num. 74. Innoc. in cap. innouamus de cenſib.
& in cap. ſuper quibuſdam de verborum ſignifi-
cat. Afflict. in d. verb.vectigalia,num. 4. Quæ
quidem cauſa debet eſſe vrgentiſſima, vt
atteſtatur Capic.in ſua inueſti.in verb.vectigalia,
verſic. cauſa imponendarum fol. 280. & debet
eſſe talis, quòd Reipublicæ vtilitatem, &
neceſſitatem concernat, Bald. in l. ex hoc iure
in fin.ff.de iuſtitia & iure, quem refert & ſequi-
tur Natt.in conſ.380.num.3.
9 Secundò pariter debet concurrere pro
iuſtitia vectigalis impoſiti, quòd Princeps
de ſuo non habeat, de quo poſſit neceſſita-
titi vrgenti prouidere, Bald. communiter al-
legatus in l. neminem, C. de ſacroſanctis Eccleſ.
qui poſt Cin. & Guglel. de Cune. inquit, quòd
Princeps primò debet ſe præmunire, &
expendere de proprio marſupio, & ſi illud
non ſufficit, poteſt ſubditis imponere col-
lectas, quia, vt inquit ibidem Paul.de Caſtr.
ex quo ſubditi ſoluunt onera ordinaria,
non debet eis aliud grauamen ſuperaddi,
niſi propter ſummam neceſſitatem: & ſic
quando abſolutè Princeps non habet de
ſuo. Nam primo ſibi ipſi debet imponere,
& poſteà alijs ſubditis, vbi menſa ſua non
ſufficit Bald. in cap. conquerente prope finem de
offic.ordin. argum.l.ab omnibus,§.ſi Titio,ff.de
leg.1. & nota.in l.1. §. quòd ſi nemo,in gloſ.in
verb.Procõſul.ff.quòd cuiuſ.Vniuerſ.nom. opor
tet enim primo burſam propriam euacua-
re,& poſtea ad impoſitionem gabellarum
deuenire, Alber.Brun.poſt Cin.& Bald.in conſ.
32.num.2.in fin.& poſt Iſern.in dict.verb.&
extraordinaria collatio,ſub num.59.& ibidem
Afflict.num.6. Bald.in tit.de pac.Coſtant.in §.
pacta, in verb.nobis tractantibus. Fulgoſ.in conſ.
20.colum.penult. Leonard.Piſau.in conſ.117.
num.68 inter conſ.Brun. Natt.in conſ.380.nu.1.
& 2.in conſ.418.num.2. & in conſ.506.nu.13.
& in conſ.539.col.fin. Ex quibus cõſtat,quòd
debet Princeps ex proprio ærario neceſſita-
ti,ac publicæ popolorum vtilitati conſule-
re, vt poſt Alciat.& Soc.Iun. inquit Menoch.
10 in conſ.426.num.35. Et ſic vbi Princeps, non
habet modum ſatisfaciendi de ſuo publicę
neceſſitati belli, vel ſimilis cauſæ, poſſunt
ſubditi collectari,Pet.de poteſt.Prin.c.4.n.34.
& 35.fol.22.Capic.in d.inueſt.in verb.collectis,
in verſ.tẽporibus fol.117.vnde ſi reditibus ſuis
erogatis,ſufficientem pecuniã Princeps non
habet,vt poſſit neceſſitati publicæ prouide
re,poteſt tũc extraordinarias ſubditis colle
ctas indicere, Luc.de Pen.in l.agros,C.de fun.li-
mitro.lib.10.& in l.1.C.de ſuperindict.eo lib.Pa
riſ.de Put.de reintegr.feu.in tit.de verborũ ſignif.
in Verb. Adoba, quibus accedit Camil.Borrel.de
præſt.Reg.c.20.n.38.aliàs nõ tenẽtur,Abb.in
c.ſicut in fin.de iur.iuran.Nat.conſ.557.ſub nu.6.
11 Modò ſi quærimus,an hæc duo cõueniãt,
in hac facti ſpecie, certè res non eſt ita faci-
lis,vt ſupponit Dom.Corſet,qui vnico ver-
bo inquit illa conuenire,licèt Fiſcus ex duo
bus illud attentat. Primò inquit,quòd de
iuſtitia cauſæ dubitari non poteſt, quia eſt
notoria, & ſtatus Regni omnibus innote-
ſcit, & collapſus virum Regij patrimonij
cunctis patet,ſentiens ſufficere ad iuſtit-am
vectigalis ſupponere hæc notoria eſſe, ita vt
alia non ſit neceſſaria probatio virtute no-
12 torij,quod à probatione releuat, ad gloſ.ſin-
gul.in Clem. appellanti de appell.Bart.in l.1.col.
fin.ff.de excep.idem Bar.in l.1.& ibi Alex.nu.4.
C.vt quæ deſ.aduo.Alexan.in l.cum qui ita,§.qui
ita,num.6.ff.de verb.oblig.cum concord. à nobis
traditis in cap.ſuper literis,num.358.extra de re-
ſcript. Secundò ſubdit, quod ſi eſſemus in
dubio, adhuc tamen præſumitur iuſta cau-
ſa in Principe imponente gabellas,ex Iacob.
de Graſ.in deciſ.caſ. conſci.cap.124.num.10.lib.
2.& Natt.Rolan.& Surd.ab eo citatis, ſentiens,
13 quòd hæc iuris præſumptio ſufficit pro iu-
ſtificatione vectigalis, quia releuat ab one-
re probandi, ad textum in l.generaliter,§.ſi pe-
titum,ff.de fideicom.liber.l.cum de indebito,ff.de
probat.ad not.in l. ſi tutor petitus, C.de peri. tut.
Cano.in cap.2.extra de probat.Ruin.in conſil.45.
volum.1.Dec.conſil.424.Pariſ.in conſil.20.in
princ.volum.1.Roland.in conſ.49.num.56.vol.
1.& in conſ.46.num.47.Volum.3.& Bero.in
conſ.115.nu.30.volum.1.Itaquod qui habet
pro ſe iuris præſumptionem,dicitur habere
intentionem fundatam, Cephal.in conſil. 4.
num.31. volum.1. & in conſil. 171. num. 48.
vol. 2.Rol.in d.conſ.46.& Maſcar.de prob.in con
cluſ.1221.nu.4.Sed certè hæc non ita de pla-

no

no procedunt, vt ex his dicatur fundata in
14 tentio fiſci: nam quod de notorio traditur,
diluitur ex eo, quod habetur in cap. conſul-
uit el primo, extra de appellat. vbi multa al
legantur eſſe notoria, quæ verè non ſunt, *Sa-
lic. in l. ea quidem, in fin. C. de accuſ. Boſ. in tit. quo.
proce. in crim. not. ſub nu. 3. Cephal. in conſ. 201.
num. 9. vol. 2.* Eſt enim materia notorij ali-
quantulum periculoſa, ita vt etiam periti
titubent in cognoſcendo, an factum ſit, vel-
ne notorium, *Abb. in d. cap. conſuluit ſub num.
2. qui allegat gloſ. in cap. manifeſta, 2. q. 1.* quæ
ait, quòd de notorio quotidiè loquimur, &
quid ſit notorium ignoramus, *refert Iul. Clar.
in pract. q. 9. nu. 2. & Farin. q. 21. nu. 103.* Hinc
eſt, quòd non ſufficit dicere, hoc eſt noto-
rium, niſi concludens ratio reddatur, *vt poſt
Franc. Abb. Capr. Iaſ. atteſtatur idem Farin. vbi
15 ſup. nu. 102.* Quod verò dicitur de præſum-
ptione iuſtæ cauſæ in Principe imponente
gabellas, non ita facilè tolerandum eſt in
terminis noſtris, in quibus agitur de præiu-
dicio inferendo ſubdito, habenti tot priui-
legia exemptionis ex titulo oneroſo; cui
certum eſt, quòd abſque cauſa etiam de ple
nitudine poteſtatis præiudicium inferri nõ
poteſt, ex deductis *in 2. part. in 8. & 9. conſid.*
& ideò quatenus fuit proceſſum ex abru-
pto contra ſubditum non citatum (licèt de
neceſſitate citationis aliud, leuibus tamen
& loci noſtræ non conuenientibus, conten-
dat fiſcus) iuſta cauſa non præſumitur, *Abb.
in cap. 1. de cauſ. poſſeſ. & propri. & in cap. cum
olim de re iud. Soc. in conſ. 164. ſub nu. 11. verſ.
amplius dico, & in conſil. 266. ſub num. 55. vol.
2. & alibi, vt per Crau. in conſil. 5. num. 5. qui &
16 alios citat, vol. 1.* Et tantò magis, quia tracta-
tur de concernentibus eius commodum, &
de eo, ſuper quo liberè non poteſt diſpone-
re: quo caſu non deſunt qui in fortioribus
tenent, quòd non creditur Principi atte-
ſtanti de iuſta cauſa, ſicut cùm agitur de
vaſſallo priuando ſuo feudo, voluit *Bald.
conſil. 326. incip. Rex Romanorum in fin. volu. 1.
Abb. in conſ. 3. col. penult. quæſt. 27. vol. 2. Soc.
in conſ. 273. col. penult. volu. 2. Dec. in conſ. 410.
num. 8. & conſ. 606. num. 6. & ſeq. Iſern. in cap.
prima in pri. ad fin. quo temp. mil. vaſſ. Card. in
conſil. 128. incip. in quæſt. quæ vertitur, in princ.
Gemin. in conſil. 53. num. 14. Iaſ. in conſil. 86.
volum. 3. Iſern. Afflict. Gramm. & Crauet. quos
citat Bolog. in conſil. 1. num. 209. accedunt Patiſ.
in conſil. 1. num. 50. Volum. 1. Ruin. in conſil. 41.
colum. 1. eod. Volum. Menoch. qui eos citat in
conſil. 100. num. 26. volum. 1. Mandoſ. in addit.
ad Lap. alleg. 7. & Maſcard. de probat. concluſ.
1227. num. 101. cum ſeq.* Sed dato quòd ad-
uerſus magis receptam ſententiam, de qua
atteſtatur *Crauet. de antiquit. tempo. par. 1. nu.
32.* iuſta cauſa in terminis iſtis præſumere-
tur in Principe, ſaltem, quando aſſerit ex iu-
ſta cauſa aliquid facere (licèt hoc non lega
tur in literis ſuæ Eccellẽtiæ, de quib' in Eulo
gio, directis Sp. ſecreto Meſſanæ pro exactio-
ne iſtius vectigalis) iuxta diſtinct. *Alciat. de
præſumpt. reg. 3. præſum. 8. num. 9. cuius meminit
Menoch. in d. conſ. 100. ſub num. 30.* in qua opi-
nione conueniunt auctoritates traditæ, *tum
à Menoch. vbi ſupra ſub num. 26. verſic. reſpon-
deo, tùm etiam à Maſcard. in d. concluſ. 1227. nu.
107.* ſecundum quam loquitur *Natt. alle-
17 gatus ex aduerſo in conſ. 437. num. 38.* Tamen
non tollitur quin cõtrarium non poſſit pro-
bari aduerſus hanc iuris præſumptionem,
licèt Dom. Fiſ. patron. aliud atteſtetur, *alle-
gans Bald. in l. ſi teſtamentum. C. de teſtam.* qui
verbum vllum de hoc, ex quo datur no-
bis intelligi, quod veloci oculo inſpexit al-
legata *per Surd. ab eo citatum in d. conſ. 210. nu.
34.* & ideò retulit, quod dicit *Cin. prius per
Surd. allegatus, ad Bal. inferius per eundem Surd.
citatum, Cin.* igitur loquitur quando Prin-
ceps aſſerit cauſam, & licèt teneat, quod
oritur vehemens præſumptio, quæ non ad-
mittit probationem in contrarium, & aſſen
tire videntur alij, quos ſciens prætereo; cõ-
munis tamen ſententia eſt in oppoſito,
*Socin. in conſil. 4. num. 13. & in conſil. 87. num.
19. volum. 3. Iaſ. in conſ. 227. col. 6. verſic. deci-
mo ad idem, & in conſil. 336. colum. 2. verſic.
confirmatur, Volum. 2. & Gramm. in deciſ. 65.
ſub num. 60. verſic. præterea,* ita quòd præſum-
ptio iſta pro Principe vrget, quouſque à
tertio, cui præiudicium infertur, non fue-
rit aliud probatum, ex natura iuris præ-
ſumptionis, quæ recipit probationem
in contrarium, *ad text. in dict. l. generaliter, §. ſi
petitum, ff. de fideicomm. libert. & dicunt Doct.
quos congerit Maſcard. in dict. concluſ. 1221.
num. 2.* quod in terminis iſtis, ex multis vo-
luit *Crau. in conſ. 135. num. 42. vol. 1. Feſtaſ. de
collect. in 4. par. cap. 6. num. 19. & Menoch. in d.
conſ. 100. num. 28. & ſeq.* qui in fortioribus,
nedum ſi ſola præſumptio, ſed etiamſi plena
fides pro Principe vrgeat, inquit magis iu-
ri, & æquitati conſentaneum eſſe, proba-
tionem in contrarium admittere, qua de re,
dato, ſed non conceſſo, quòd illa duo re-
quiſita pro iuſtitia vectigalis præſumeren-
tur, illa tamen non conuenire in hac facti
ſpecie, ex infraſcriptis probari animaduer-
timus.

Digitized by Google

18 Itaque deueniendo ad ptimum, an talis
publica neceſſitas vrgeat, quæ ſufficiat pro
iuſtitia vectigalis, de quo quæritur, vtique
ſi tradita ex aduerſo conſideramus, neceſſi-
tas pnblica, pro qua ſubleuãda, dieitur hoc
vectigal fuiſſe indictum, in tribus conſiſtit.
Primò allegatur neceſſitas, quę vrget pro ſa
larijs officialiũ, ac miniſtrorum ſoluendis.
Secundò pro cenſibus, qui debẽtur à Regia
Curia, diuerſis creditoribus, ſatisfaciendis.
Tettiò & vltimò pro manutẽtione militiæ,
ſcilicet caſtrorum, triremiũ, ac militum. Mo
19 dò prima neceſſitatis aſſerta cauſa, hoc ve-
ctigal non iuſtificat, nam pro ſtipendijs mi-
niſtrorum iuſtitię ſoluendis, non poſſunt no
ua vectigalia imponi, prout more ſuo con-
ſideratè loquutus eſt *Bologn. in eius conſ. p. ſub
nu. 8. adductus auctoritate Lucæ de Pen. in l. an-
nonas colum. 1. verſic. & nota. C. de erogat mi-
lit. amno. lib.* 10. quamuis Domin. Fiſcus
patron. dicat male Bologn. fuiſſe loquu-
tum, ex quo iuſtitia eſt miniſtranda de red-
ditibus, & tributis Regni. Quinimo D. Con
ſul. Matuti vir eminentis ſcientiæ, ac doctri-
næ, quẽ nos in Regali Cutia inter primarios
cauſarum patronos, cognouimus, atteſta-
tur contra omnem, quæ debetur tàm erudi-
tiſſimo, ac præſtantiſſimo viro reuerentiam,
eum ineptè allegaſſe *Luc. de Penn.* ſubdens
20 vtroſq; eorum erraſſe: Verùm animaduerti
mus, *quòd Luc. de Pen. & Bolog.* non negant
de reditibus & tributis Regni iuſtitiam eſſe
miniſtrãdam, quinimo hoc expreſſe voluit
Luc. de Pen. negat tamen poſſe Regem pro-
ptèr hoc grauare ſubditos; quia debet eſſe
contentus tributis & collectis ſolitis, alias ſi
deficit, peccat, & tenetur reſtituere, *ex illo
Thom. ex aduerſo citato, cuius verba tranſcribit
Natt. in conſ. 557. num. 10.* & cuius authori-
tate mouetur *Luc. de Pen. & quem refert Iſern.
in fonte non viſus ex aduerſo in cap. 1. in verb.
vectigalia ſub num. 14. verſ. hæc vectigalia*, quæ
ſunt Rega. vbi indiuidualiter voluit, quòd
Princeps non debet imponere de nouo ve-
ctigalia pro conſeruanda iuſtitia, nec pro
cuſtodia vaſſallorum à latronibus, quia hęc
debet ſeruare de redditibus Regni, qui ad
hoc præſtantur ſibi, & ideò habet dohanas,
& alia iura, vt cuſtodiat ſubditos: nec diſ-
ſenſit *Afflict. ibi num. 9. & voluit idem Iſern. in
prælud. feud. in 2. q. num. 54. quibus accedit Ioan.
Franc. Apont. quem pro ſe Dominus Matut. alle-
gat in tract. de poteſt. Proreg. tit. 4. num. 64. cum
ſeq.* qui in puncto iuris hoc verum eſſe ad-
mittit, licèt in Regno Neapolitano vigore
ſtatutorum, & conſuetudinis, aliud ſeruari
refert, idemque authoritate *Iſern. & Afflic.
atteſtatur Leonard. de Piſau. in conſil. 117. num.
59. inter conſ. Brun. & clariùs voluit Capic. in in-
ueſtit. in verb. vectigalia, Verſ. cauſa, fol.* 280.
vbi inquit, quòd pro cauſa non ſufficit,
quòd vectigal imponatur pro cuſtodia vaſ-
ſallorum, *idem Capic. in verb. collectis, verſ. tem-
poribus, ibi, & vide luc. fol.* 118. Pariter aſſer-
ta neceſſitas, quę vrget pro ſoluendis credi-
toribus, non eſt legitima pro impoſitione
noui vectigalis, ex quo, vt vnico verbo tan-
21 git *idem Bolog. ſub num.* 10. Rex non poteſt
apponere collectam pro redemptione eius
patrimonij, quando illud habet pignora-
tum, quia vaſſallus æs alienum domini ſui
ſoluere non tenetur, etiam vbi timor immi
net periurij, *ad text. in cap. 1. §. licèt vaſſallus,
ſi de feud. fuer. contro. int. domi. & agnat. per
quem vno ore hoc ibid. atteſtantur Feudiſ. & in
ſpecie Beluiſ. & Iſern. num. 1. & 2. Bald. in prin-
cip. Martin. Laudenſ. num. 9. Aluaro. num. 4. Af-
flict. num. 5. cap. 1. in fin. & ibi gloſ. in verb. per-
iurium, & poſt eam Iſern. Afflict. Aluaro. &
alij de alie. feud. pater. Leonard. de Piſa. in dicto
conſ. 117. num. 63. Bald. in l. 3. per illum textum,
num. 7. & ibi Salicet. C. de action. & oblig. Iaſ. in
prælud. feud. num. 54. Matth. Colet. in tract. de
proceſ. execut. par. 2. capit. 3. num. 332. Iacob. de
Sanct. Georg. in ſua inueſtit. in verb. & cum pa-
cto, quod dicti, num. 6. Roland. in conſil. 5. num.
15. volom. 3. Curt. Iun. in tractat. de feud. in
4. part. num. 9. Franc. Sonsbec. part. 11. num. 45.
Scharder. de feud. part. 9. capit. 8. Menoch. in
conſil. 32. alios citans num. 48. & ſeq. & in conſ.
156. num. 18. & Aroſental. de feud. cap. 8. con-
cluſ.* 28. Et conſidera, quòd ſi hoc locum
habet in vaſſallo feudatario, de quo lo-
quuntur iura, & Doct. præcitati, multò ma-
gis hoc procedit in vaſſallis burgenſibus, ex
his, quæ arguendo tradit *Afflict. in rubr. quæ
ſunt Regalia, num. 75. cum ſeq.*
22 Quò verò ad tertiam aſſertam neceſſita-
tis cauſam, quæ vrget pro manutentione mi
litum, caſtrorũ & triremiũ, dato quòd illa
eſſet legitima cauſa, cõcurrente tamen alio
requiſito, de quo inferiùs dicetur, vt poſſit
vectigal imponi, quia ſicut tẽpore belli po-
teſt Princeps collectas imponere, etiam ſub
ditis ſuorum vaſſallorum, ad ea, quæ tradit
*Albert. Bru. in conſ. 32. Natt. conſ. 487. vol. 3. &
Rol. in conſ. 1. vol.* 2. Sic etiam illud fortè eſſet
admittendum pro ſoluendis ſtipendijs mili
tum pro cuſtodia arcium, ac pro conſtruen-
dis propugnaculis, ageribus, & vallis, ſi vti-
litas communis pro Regni defenſione hoc
expoſtulat, *ex Bald. in l. ſi in aliqua in fin. per illũ
text.*

Digitized by Google

text. ff. de offic. Proconſ. & in conſ. 158. proponitur, quod quidem vol. 3. Oldrad. in conſ. 104. & ex alijs, quos citat Natt. in d. conſ. 557. præſertim nu. 7. & 8. & Surd. in d. conſ. 210. num. 33. qui volunt, quòd licet non immineat neceſſitas belli, ſufficit tamen, quòd hi monitionum apparatus ad bellum pertineant, ad tradita per Roland. in d. conſ. 1. nu. 195. vol. 2. Tamen in re noſtrá hoc non militat ex duobus.

23 Primò, quia licèt de iure communi hoc fortè poſſet ſuſtineri, tamen in hoc Siciliæ Regno vrgent in contrarium municipalia ſtatuta edita propter Siculorum benemerita, & in vim contractus, in quibus poſita regula negatiua ſuper impoſitione nouæ gabellæ, cautum eſt de certis caſibus, in quibus noua vectigalia, ſeu collectæ imponi poſſunt, inter quos primus eſt pro defenſione Regni, ſi contingit ipſum inuadi, inuaſione notabili, ſiue graui, per quam poſſit Regno euenire periculum, vel euidens imminere iactura, vt habetur in capit. Regi. Iacob. num. 3. Reg. mart. num. 54. & Reg. Alphonſ. num. 298. & 307. Ex quibus reſultat, quòd in Regno, exceptuatis quatuor caſibus expreſſis in ſtatutis, eſt interdicta indictio noui vectigalis, pro quacumq; cauſa, etiam vrgentiſſima, & inſolita, de qua fuiſſe cogitatum patet, præſertim in dict. cap. Reg. Alphonſ. 358. ex deductis à Bologn. num. 11. cum ſeq. Vnde in propoſito de quo loquimur, ex his conſtat; quòd hæc aſſerta neceſſitas non ſufficit pro iuſtificanda impoſitione iſtius vectigalis, quia requiritur actualis, & grauis inuaſio, & talis, quod per eam poſſit Regno euenire periculum, vel euidens iactura imminere, prout in fortioribus terminis traditur de vaſſallis feuda-
24 tarijs, qui tenentur ad ſeruitium militare, quòd præſtant, quando contingit Regnum, ſeu illius partem inuadi inuaſione notabili, vt habetur in cap. Reg. Iacob. 39. in fin. quòd à Doct. interpretatur, vel quando bellum eſt in Regno, non ſimulatum, aut momentaneum, ſeu paruo tempore duraturum, vt poſt Iſern. in cap. 1. §. ſed nec eſt alia. iuſtior num. 34. quæ ſit prim. cau. bene. amit. & alibi atteſtatur Marin. Frecc. de ſub feud. lib. 2. autho. 5. num. 14. Afflict. in rubr. quæ ſint regal. ſub nu. 75. & 93. Petr. de Gregor. de conceſſione feud. part. 8. quæſt. 2. num. 18. Cumi. in cap. ſi aliquem, in verb. ſeruitij conſueti, Intrigl. in 2. centur. artic. 85. num. 11. vel ſaltem quando timor belli eſt de propinquo, ita quod probabiliter timetur de proximo notabilis inuaſio, l. ſi quis, §. 1. ff. de incend. ruin. & naufrag. & ſic eſt neceſſarius terror armorum, ad text. 3. §. qui armati ff. de vi, & vi arma. Bonior. in dict. capit. 39. relatus à Mut. ibidem num. 148. quo caſu idem iudicatur de proxima inuaſione, quod de actuali, ex indentitate rationis, & tunc procedere poſſunt, quæ affert Fiſc. in 1. reſponſ. ad hoc fundamentum deſumptum ex dictis capitulis Regni, dum conatur extendere illam exceptionem primi ca-
25 ſus de inuaſione notabili ad alium ſimilem: ſed non bene extenditur ad iſtum caſum manutentionis militiæ, de quo hodie quæritur, dum nullus timor belli imminet ſub tanto potentiſſimo Rege, ac nulla inuaſionis ſuſpicio extat. Itaque diuerſa eſt ratio ab illa, quæ vrget, quãdo inuaſio eſt actualis, vel de propinquo, & ob id non bene infertur, ſed ſtandum eſt regulæ negatiuæ, de qua in dictis capitulis Regni, noua vectigalia imponi prohibentibus. Ad cuius rei confirmationem animaduertimus, quòd indictio noui vectigalis, non eſt permiſſa in Regno pro illius defenſione abſolutè, & ſimpliciter, ſed conditionaliter, vt traditur in d. cap. Reg. Iacob. dum permittitur illud imponi, ſi contingit Regnum inuadi inuaſione notabili, quæ verba, non ponuntur ratione exempli, vt ſupponit Fiſc. ſed conditionem important, per illam dictionem, ſi l. qui promiſit, ff. de cond. indeb. l. 1. & ibi Bart. ff. de condit. & demonſtr. Riminald. in conſ. 100. num. 34. Menoch. in conſ. 262. num. 3. Riminald. Iun. in conſ. 173. num. 19. & in conſ. 617. num.
26 26. cum concordantibus, ideò debet illa conditio in forma ſpecifica adimpleri, & prout verba ſonant, ad iura in l. qui hæredi, & l. Mæuius, ff. de condit. & demonſtr. Bart. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum ſub num. 2. verſ. contra hoc oppono, & ibidem Iaſ. ſub num. 42. ff. de liber. & poſthum. Alexan. in conſ. 1. ſub num. 11. vol. 1. Soc. in conſ. 259. ſub num. 3. vol. 2. Dec. in conſ. 63. ſub num. 3. & conſ. 89. ſub num. 2. verſ. & quia, Roland. in conſ. 56. num. 22. vol. 3. Hon-
27 ded. in conſ. 60. num. 27. vol. 1. cum ſimil. Conditio enim, quæ ex illa dictione, ſi, in eo text. poſita reſultat, inducit formam, Bald. in Auth. matri, vel auiæ, C. quan. muli. offic. tutel. Ruin. in conſ. 199. num. 1. volum. 1. Tiraq. de retract. conue. §. 2. gloſ. 1. num. 3. Becc. in conſ. 39. num. 19. & conſ. 58. num. 18. volum. 1. Menoch. conſ. 35. num. 6. & Surd. in conſ. 371. num 69.
28 Et ideò pro actus validitate, debet forma ſtatuti adimpleri, quæ ſi deficit, etiam in minimo, corruit actus, quia cenſetur ſubſtantialis, ex deductis à nobis in c. ſuper literis nu. 65. de reſcrip. quibus addimus Becc. in d. conſ.

58. & Petr. Surd. in conſ. 421. num. 4. volum. 3.
29 Eſt enim generale, quòd quando conditio
apponitur diſpoſitioni, illius implemen-
tum eſt neceſſarium, vt diſpoſitio locum
habeat, *ad text. in l. ex his, C. quan. dies legat. ced.
l. qui hæredi. §. Plautius, & ibi notat Bart. ff. de
condit. & demonſtr. Bald. & Salic. in l. cum te, C.*
30 *de probat.* Qui loquuntur de fideicommiſ-
ſo conditionali, pro quo non agit fideicom
miſſarius, niſi impleta conditione, cuius
implementum probare tenetur, *Bald. per
illum text. in l. ſi quidem, C. de except. Cephal. in
conſ. 631. num. 26. volum. 5. Dec. in conſil. 177.
col. 1. & conſ. 585. num. 1. Soc. Iun. in conſ. 122.
num. 17. vol. 2. & conſ. 145. num. 3. Vol. 3. Me-
noch. in conſ. 131. num. p. & in conſ. 134. num. 5.
volum. 2. & in conſ. 262. num. 1. vol. 3. Honded.
in conſ. 60. num. 11. vol. 1. & Peregr. poſt alios,
quos citat de fideicommiſ. artic. 43. num. 10. & in
conſ. 53. num. 30. volum. p. Cart. in deciſ. 69. num.
2. & alij, quos citat Giurb. in deciſ. 60. num. 13.*
31 Nam alias, conditione deficiente etiam
in minimo, non habet locum diſpoſitio
conditionalis, *l. legata ſub conditione, ff. de con-
dit. & demonſtr. l. poſt diem, cum ſimil. ff. quan.
die legat. ced. gloſ. in l. ſi res bona fide, ff. de con-
trahen. empt. Bald. in rubr. C. de contrahen. empt.
quæſt. 10. Crau. in conſ. 15. num. 3. volum. 1. Soc.
Iun. in conſ. 4. num. 16. volum. 2. Honded. in dict.
conſ. 60. num. 15. vol. 1. & in conſ. 49. num. 33.
vol. 2. Peregr. in conſ. 63. num. 9. volum. 5. & in
tract. de fideicomm. artic. 11. num. 125. & artic.*
32 *29. num. 13. & 14. & artic. 52. num. 6.* Præte-
rea quòd abſolutè, & ſimpliciter ſola de-
fenſio Regni non ſufficit, niſi concurrat in-
uaſio, cum qualitate, in dictis capitulis ex-
preſſa, patet *ex dict. cap. Reg. Martin.* 54. vbi
referuntur illi quatuor caſus poſiti *in cap.
Reg. Iacob.* & dicitur, quorum primus eſt pro
defenſione Regni, videlicet, quod ab ſit, ſi
haberet aliquam inuaſionem notabilem,
per quam Regno periculum poſſet aueni-
re, vel euidens iactura: & ſic quod genera-
liter primò traditur de Regni defenſione,
reſtringitur per illam dictionem videlicet,
33 in caſu notabilis inuaſionis. Natura enim
illius dictionis eſt reſtringere, & limitare
præcedentia, *l. videlicet, ff. de pact. capit. noui-
mus, de verb. ſignific. l. in venditione, ff. commu-
nia prædiorum, gloſ. & Bart. in l. p. num. 2. ff. ad
leg. aquil. Gloſ. in Clement. cauſam de elect. no-
tat Bald. in l. cum mulier. ff. ſolut. matrim. idem
Bal. in l. 1. C. qua. act. de pecul. Iaſ. in l. fin. ff. de lib.
& poſt. & in l. tempus, num. p. ff. de re iudi. Ma-
rant. de ordin. Iudic. in 3. par. prac. nu. 105. Burſ.
in conſil. 9. num. 18. volu. p. Dec. in conſ. 47. num.
2. Pariſ. conſil. 6. num. 22. & conſ. 92. num. 33.
volum. p. & in conſil. 63. num. 2. vol. 3. Caual. in
deciſ. 19. nu. 34. de vltim. volunt. in 3. part. & in
deciſ. 23. num. 6. in ead. par. Soc. in conſ. 47. num.
7. vol. p. Soc. Iun. in conſ. 123. vol. 3. Caned. alios
citans in centu. ſingul. dictio. ſingul. 66. quibus ac-
cedit Pereg. in conſ. 138. n. 7. Vol. 5. optimè Meno
ch. conſ. 706. nu. 10. cum ſeq.* & ideò caſus ſpe-
ciales, qui poterant ſub illo generali termi-
no defenſionis Regni comprehendi, reſtrin
guntur, & limitantur per illam dictionem,
videlicet, quæ in eo Regni Cap. ſtat. limita-
tiuè, & reſtringit diſpoſitionem ad caſum
expreſſum in dictione, dum plus legitur in
diſpoſitione, *Ruin. in conſ. 97. num. 15. vol. 2.
Burſ. in conſ. 13. nu. 32. vol. 1. & Menoch. d. conſ.*
34 *706. & in conſ. 1046. num. 4. vol. 11.* Quod
verum eſſe vlterius ſuadetur, nam ſi hæc
ſuppoſita neceſſitatis cauſa in Regno ſuffi-
ceret, tanquam tendens ad illius tuitio-
nem, ex allegatis de iure communi, ita
quòd licet non immineret notabilis inua-
ſio, vt dicta capitula diſponunt, poſſent ta-
men Siculis vectigalia imponi, iuxta termi-
nos iuris cõmunis, vtique diſpoſitio illa ca-
pitulorũ Regn. nulla tribueret Siculis im-
munitatem, contra mentem, & rationem
finalem dictorum iurium, quæ fuit alleuia-
re Siculos propter eorum benemerita, ab
onere noui vectigalis, exceptis illis qua-
tuor caſibus, vt ex proœmio eorum iurium
35 legitur, ex quo ratio finalis colligitur,
*l. fin. vbi Bart. ff. de hæred. inſtit. idem Bart. in l.
cum hi, ff. de tranſact. Alexand. in conſil. 7. num.
3. volum. 2. Soc. in conſ. 183. volum. 2. Cagnol. in
l. 1. num. 36. ff. de orig. iur. Dec. in conſ. 86. Rolan.
in conſ. 44. num. 9. Vol. 2.* Pariterque dicta iu-
ra quoad illum primum caſum eſſent ſu-
peruacanea, & nihil operarentur, quod eſt
abſurdum in ſtatutis interpretandis, quæ
36 debent ita intelligi, vt aliquid addant iuri
communi, in terminis iſtis, potiuſquam
reddantur inutilia, *Bart. in l. 4. §. Prætor ait,
num. 15. de damn. infect.* loquens de ſtatuto
mandante aliquem citari perſonaliter, vel
domi, quod intelligitur, vt alterum fieri
ſufficiat abſolutè, non ſucceſſiuè, iuxta ter-
minos iuris communis, ad hoc vt aliquid
operetur ſtatutum, quod extollit, *Abb. in
conſ. 42. num. 2. vol. 2. & ſequitur Paul. de Caſtr.
& Alexand. in d. §. Prætor ait,* & ſeruatur in
Regno Neapolit. vbi viget idem ſtatutum
teſte *Cauenſ. ibid. & Venuſ. in pract. in 6. part. in
verb. rectè concipiatur citatio, num. 126.* & ideò
per illa ſtatuta cenſetur conceſſa immuni-
tas, vt in Regno non poſſint collectæ, ſeu
vecti-

Digitized by Google

vectigalia imponi pro illius tuitione, in caſu, in quo de iure communi licita eſt noui vectigalis indictio, niſi quando contigit inuaſio Regni, cum qualitate ibidem expreſſa, aliàs illa qualitas verbis geminatis ibidem poſita eſſet ſuperflua, & nihil operaretur, contra notata *in l. 2. C. de noxali. cap. ſi Papa, de priuileg. in 6. cap. ſi Romanorum 19. diſtinct. Abb. & alij in cap. paſtoralis de appellat. Soc. in conſ. 280. col. 2. volum. 2. Decian. in conſ. 32. num. 8. volum. 2. Neniz. in conſ. 95. nu. 14. quibus accedit Alde. Maſca. de interpret. ſtatut. concluſ. 12. num. 17.* Itaque habito pro conſtanti, quòd in hoc Regno pro illius defenſione tunc poſſunt noua vectigalia indici, quando extat actualis inuaſio inimicorum, vel ſaltem armorum terror de propinquo, iuxta præmiſſa, vtique circumſcripta tali vrgente neceſſitate, non ſunt antiqua, & ſolita onera, quæ præſtantur à ſubditis, augenda, nec de nouo inducenda, & ideò aſſerta cauſa neceſſitatis pro manutentione militiæ non iuſtificat vectigal, de quo quæritur, quia extra caſus exceptos ſtandum eſt regulæ negatiuè, quam caſus exceptuati firmant, ex vulgaribus.

37 Verùm non me latent ea, quæ Fiſcus adducit ad euitandum illorum iurium fundamentum, quod reſultat ex præmiſſa intellicentia, quam poſt primam reſponſionem in verſ. ſed quia prædicta, agnouit non poſſe euitare: Duo ergo conatur ſuadere Fiſcus: vnum, quòd capitula prædicta non ſunt hodie in cõſideratione; alterum, quòd Ciuitas Meſſanæ eis lætari non poteſt. Pro primo aſſumpto facit eius *2. 3. & 4. reſponſio*, ſuper quo non curo inſiſtere: nam quod traditur *in 2. reſponſ.* quòd tempore eorum iurium pinguiores erãt fortè redditus Reg. Curiæ, & ſufficiebant ad cuſtodiam & manutentionem Regni, facilè diluitur, ſi illi redditus ponderantur cum redditibus, ac iuribus, quæ hodie Regia Curia ex Regno percipit. Pariter quod ponitur in 3. quod ex cauſa publicæ vtilitatis, licet ſuſpendere & reuocare etiam priuilegia in vim contractus, non indiget pro nunc replicatione, ne bis idem dicatur, quia de hoc ordine ſuo dicetur *in 2. cap. princ. in vlt. memb. num. 218.* Pro nunc autem illud occurrit an hæc aſſerta publica vtilitatis & neceſſitatis cauſa ſubſiſtat, quam ex prædictis non ſubſiſtere pater, ſaltem ſtantibus dd. Cap. Regni, & fortius ſtantibus priuilegijs, de quibus inferius *nu. 58. cum multis ſeq.* Sic etiam & illud, quod ponitur in 4. quòd ſua Catholica Maieſtas eſt in poſſeſſione exigendi tractas, & imponendi vectigal prout de victualibus exigit, quæ extrahuntur à Regno, pro nunc prætereo: quia de eo pro tuitione priuilegiorum dicetur *in dicto 2. cap. princ. in 1. memb. num. 130. cum ſequent.* qua propter ſupereſt aliud aſſumptum, quòd dictis capitulis Meſſana lætari non poſſit, quòd ex duobus *in 5. & 6. reſponſ.* ſuadet Fiſcus, quod pariter ſuadere conatur Dom. Conſul. Matut. duobus alijs medijs, adeoquod quatuor ſunt, quæ afferuntur.

38 Primò inquit Dom. Matut. quòd Meſſana non poteſt priuilegijs dictorum capitulorum iuuari, dum ſuorum priuilegiorum vigore contendit, etiam in caſibus ibi, expreſſis, eſſe exemptam, quod nullo iure nobis probatur, quod priuilegia particularia, quæ in augmentum generalis immunitatis fuerunt conceſſa Meſſanæ, operari habeant contrarium effectum, & illius diminutionem, ita vt ſit Meſſanæ interdictum, illa iura pro ſe allegare, ſicut cæteris partibus Regni liceret: ſatis enim abſurdum eſſe hoc arbitramur, tùm quia quod fauore

39 alicuius inducitur, non debet in odium retorqueri, vulgata *l. quod fauore, C. de leg.* tum quia inducta ad vnum finem non debent illius oppoſitum operari, *l. legata inutiliter cum ſimil. ff. de adimend. legat. Soc. in conſ. 38. colum. 2. volum. 1. Dec. in conſ. 364. num. 3. Menoch. in conſ. 151. num. 30. & in conſ. 170. nu.*

40 *11. & in conſ. 362. num. 34.* Tum etiam quia conceſſio noui priuilegij non tollit ea, quæ antiquitùs fuerant conceſſa, *l. fin. vbi Bart. C. de prepo. agent. in reb. lib. 12. & Menoch. in conſil. 85. num. 114. de quibus ſup. in 1. part. num. 159.*

41 Secundò implicat Dom. Matut. arguendo, quòd cum illa ſtatuta facta fuerint in vim contractus, & ſint vltro citroque obligatoria, ne claudicent, videtur dicendum, quòd ſi non obligant Meſſanam, nec pariter iuuare debent. Sed nec iſtud argumen. militat, dum ea obligatio, qua teneretur Meſſana ad noua vectigalia in illis caſibus, fuit remiſſa à Regibus ex forma priuile-

42 giorum: quod legitimè factum fuiſſe negabit nemo, cum generale eſt, cuilibet licere iuri ſuo renunciare, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. latè Felin. in cap. ſi diligenti de for. compe. Pariſ. conſ. 65. num. 24. volum. 2. & in conſil. 82. num. 18. volum. 3. Raland. in conſ. 17. num. 23. vol. 4. & Vincen. de Franch. in deciſ. 81. num. 4.* Et ſi quod traditur de contractu, qui nõ claudicat, his terminis conueniret, illud

tamen

tamen diluitur, ſtante Principis volunta-
te, cùm exploratum ſit, contractum clau-
dicare poſſe ex partium conuentione,
*l.ſicut,§.1.cum l.ſeq.ff.locat. Menoch. in conſil.
697.nu.2.vol.7.*
43 Tertio magis prima fonte probabiliter
adducit Fiſcus in eius 5. *reſpon.* quòd Meſ-
ſana non poteſt allegare dicta capit. Regn.
aduerſus vectigal, de quo quæritur, ex eo
quòd illud impoſitum eſt per totum Re-
gnum, & à toto Regno amplectitur, eique
totum quaſi Regnum conſenſit: vnde Meſ-
ſana non poteſt ſe excuſare eorum iurium
prætextu, ad tradita *per Felin.in cap.nouit ſub
num.9.in 6.limit.de iudic. cum concord. quos al-
legat*, qui voluit, quod vbi maiores de po-
pulo conſentiunt reuocationi priuilegij,
reuocatio legitimè procedit, licèt alias il-
44 lud non poſſit reuocari. Et magis in termi-
nis addit, quòd quando ex pluribus haben-
tibus priuilegia immunitatis aliqui ſubeũt
onera, exemptione non obſtante, tunc nul-
la extat cauſa rationabilis, vt alij poſſint ſe
excuſare, & ideo omnes teneri, inquit, *ex
Bertran.in conſ.181.num. 21.in vlt.part.vol.3.*
quod etiam implicat fiſcus *ſub 8.reſpon.prin.
in fin.* ad excludendum Meſſanam, ne poſſit
45 ſe tueri ſuis priuilegijs, vt ibi per eum. Sed
hoc, quod tradit fiſcus, euitari poteſt, ne-
gando in primis hunc aſſertum Regni con-
ſenſum, non enim velle præſumitur Regnũ,
dum imperio ſuperioris mandantis obſe-
quitur, *ad text.in l.velle,ff.de regul.iur.& l.cu-
ra,ff.de muner,& honor.* quod in his terminis
atteſtatur, *Surd.in d.conſil.419.num.35.* po-
tius enim præſumitur coactè obedire, quã
ſuo renuntiare priuilegio, *Alexand.in conſil.
33.num.10. verſ. Quinimò, volum.3.Surd.in
conſ.262.num.73.cum ſeq. qui ſubdit num.75.*
quod in dubio non præſumitur ſolutio fa-
cta ſpontè, ad euitandum renuntiationem
priuilegij, cui per ſolutiones coactè factas,
non cenſetur renuntiatum, *Ruin.in conſ.196.
in fin.volum.1. Feſtaſ.de collect.par.5.cap.1.in
fin.Oſaſc.in deciſ.91.num.19.Menoch.lib.6.
præſumpt.41.num.14.cum ſeq. Surd.in dict.conſ.
262.num.74.& in d.conſ.419.nu.35.& Alex.*
46 *Randen.in conſ.54.num. 30.volum.1.* Nam
cum renuntiatio eſt donationis ſpecies, *l.ſi
quis delegauerit, vbi Bart.ff.de ſolut.Dec.in l.poſt-
quam liti,num.15.& ibid. Curt.Iun.num.5.C.
de pact. Alexand.in conſil.206.colum. 2.in fin.*
47 *volum.7.& Menoch.de præſumpt.lib.3.præſum.
45.num.11.* vtique non eſt præſumenda,
*ad text.in l.cum de indebito, verſ.Qui cum ſoluit,
ff.de condict.indeb.* & ideo omnis ſumitur
coniectura, vt donatio euitetur, *l.eleganter,
§.qui reprobos, ff.de pignor.actio.l.ſi cum aurum,
ff.de ſolut.Bald.in conſil.189.in fin.volu.2. Iaſ.
in l.iuris gentium,§.ſed cum nulla, num.28.ff.de
pact. Dec.in conſil. 150.num. 4.& alibi, vt per
Menoch.de arbitr.iudic.caſ.88.num.1.cum ſeq.*
quod in terminis iſtis animaduertit *Surd.
vbi ſup.& in dict.conſil.262.num.73.& Carol.*
48 *Bardel. in conſ.22.num.40.* Præterea, aſſertus
conſenſus Regni, nec poteſt præiudicare
Meſſanæ, quia in his, quæ ſunt communia
pluribus, vt ſingulis, non diſponit maior
pars in præiudicium eius, qui non conſen-
tit, *iuxta gloſ.in cap. quod omnes de regul.iur.in
6.Cano.in cap.cum omnes de conſti.* adeo quod
non procedit *text. in l.quod maior, ff.ad muni.
ex traditis ſupra in 3.ſuppo. num.124.* & ma-
xime in his, quæ ſunt grauis præiudicij, ex
deductis *ibid.num.128.* Vnde in reuocatio-
ne priuilegij pluribus competentibus, ne-
ceſſe eſt, vt ſinguli priuilegiati conſentiant,
*Innocent.in cap.in noſtra verſ.Si quæras de iniur.
Gemin.in cap.1.colum.4.de conſt.in 6. idem Fe-
lin.ex aduerſo alleg.in dict.cap.nouit ſub num.9.
verſ. Quintò limita de iudic.* Nec ad rem facit,
quod dicit *Felin. ibid. in 6. limit. cum concord.*
ex aduerſo citatis, quia non loquitur vtrũ
per conſenſum maioris partis populi pri-
uilegiati poſſit priuilegium reuocari in
præiudicium totius populi, quod tangit
in 5. limit. Sed an, quando maiores populi,
per quos regitur totus populus, reuocatio-
ni conſentiunt, iſtud ſufficere videatur,
quaſi quod tunc à toto populo illud fa-
ctum eſſe dicatur, *iuxta gloſ.quam Felin.alle-
gat in Rub.C.quæ ſit long.conſue.* quod eſt de
intentione *Innoc.in dict.cap.in noſtra, & alio-
rum, quos citat Felin.* & poſt eum Fiſcus hic,
quod longe differt à terminis noſtris, vt ex
prædictis liquet.
49 Bene verum eſt, quòd tradita *à Bertran.
in dict. conſ.* 181. in aliquo refragarentur, ſi
fideliter relata terminis noſtris conueni-
rent. Nam ſi Bertran. loqueretur ſimpli-
citer, vt ex aduerſo refertur, quòd vbi ex
pluribus priuilegiatis cõſentit maior pars,
cæteri conqueri non poſſunt, vtique illud
dictum nulla lege probatur, & ideo non eſt
ei deferendum, *ad text.in l.illam, C.de collat.
cum vulg.* & tanto magis, quia vrgent præ-
dicta, quibus patet, quòd maior pars vni-
uerſitatis non poteſt præiudicare minori, in
his quæ tangunt ſingulos, vt ſingulos, ma-
xime in his, quæ ſunt grauis præiudicij. Et
ideo non violando authoris intentionem,
conſuluit ibi Bertrand. eos monetarios te-

neri

Digitized by Google

neri ad illa ſubſidia, & dona gratioſa, quæ præſtabant cæteri ſubditi patri Delphi. licèt immunes, tum quia pro firmo non habuit, monetariorum immunitatem ſe extendi ad illa ſubſidia, vt ipſe probat *in 3. dubio, de quo dicetur inferiùs in 2. capit. iſtius par. ſub 1. memb. num.* 113. tum eriam quia illa immunitas monetariorum ſupplicantium non erar ex titulo oneroſo, (licèt aliter Fiſcus referat *in fin. dict. 8. reſponſ. princip.*) ſed ex puro, & grarioſo priuilegio, & per conſequens erat reuocabilis, vt ipſe *Bertrand. atteſtatur ibidem ſub num. 19. & ideo ſub num. 21.* eos voluit ad illa ſubſidia teneri, vbi cæteri ſubditi habentes firmiorem immunitatem ex contractu illa pręſtabant, quod non tantum ſentir procedere ob conſenſum aliorum, quantum ob literas Regias, vt legitur *in verſic. Et debent prædicta*, in quibus literis emanatis pro obrinendis dictis ſubſidijs, mandatur, vt omnes contribuant, eriam
50 exempti: per quam clauſulam, ſimplici, & puro priuilegio immunitatis, etiam ſi ad illa ſubſidia ſe extendebat, potuir derogari, vt ipſe inquir *ſub d. num. 19. &* & ob id, ad eos clauſula illa refertur, *ad trad. per Boſſ. in tit. de prin. num. 151. Riminald. Iun. in conſ. 323. num. 3. vol. 3. & Menoch. in conſ. 887. num. 55. verſ. Reſpondeo tertio*, quod ſecus eſſe deductum eſt, *ſup. in 2. par. num. 9.* in caſu, in quo immunitas competit ex titulo oneroſo, quę ſub clauſula nemine exempto, non continetur, ſicut nec illa in corpore iuris clanſa, *vt not. in l. hæres abſens in princ. ff. de iudic. & in auth. quæ in prouincia, C. vbi de crim. agi opor. Bart. in extra ad reprimendum, in verb. non obſtantibus, num. 11. Paul. de Caſtr. in l. ſi mihi, & tibi, §. fin. num. 5. ff. de leg. p. Angel. in §. illis autem circa fin. inſtit. de mili. teſta. & Alexand. in cauſ. 161. num. 12. vol. 2.*

51 Quartò & vltimò, inquit *D. Fiſci patron. ſub 6. & vlt. reſponſ.* quòd Meſſana iuuari non poreſt dd. cap. Reg. contra ipſummet Regnum, ſub prætexru quòd notabile cæteris regnicolis damnum infertur, ſi Meſſana priuilegijs dictorum cap. vteretur, ex quo ipſi ſoli ſubirent onera: vnde fauor retorqueretur in odium contra vulg. ſentiẽs, quòd inrer duos pariter priuilegiatos debent conquaſſari priuilegia, & maxime quia Meſſana tractat de lucro captando, & Regnum de damno euitando, ne maioribus grauetur oneribus, vt hic per eum. Sed nec iſtud refragatur, tum quia, vt ordine ſuo oſtendetur *in 2. memb. 2. cap. prin.* ex immunitate Meſſanæ, præſertim reſpectu iſtius vectigalis, nullum reſultat damnum regnicolis, quinimo vtile & commodum ſentiunt, ſi Meſſanæ hoc vectigal non imponitur: tum etiam quia licèr aliquod poſſit in commodum conſiderari, illnd immediate non contingir Regno, ex eo quòd Meſſana vtirur iure ſuo, ſed ex facto proprio reſultat, dum priuilegijs ſuis Regnum non vtitur, quę ſibi ex dictis capit. competunt: nec propterea debet inferri præiudicium Meſſanæ, vt iure ſuo vti prohibeatur, iuxta prędicta, & ideo redeundo ad rem, ſtantibus cap. præmiſſis aſſerta cauſa manutentionis militiæ, non concurrente inuaſione, & cum qualitate in eis requiſita, non eſt legitima ad iuſtificationem vectigalis, de quo quæritur.

52 Secundò, ex alio hæc cauſa hodie non militat, nam ſtante donatiuo ſcutorum tricentorum mille annuorum facto in Comitijs generalibus anno præterito celebratis, vtique hæc aſſerta neceſſitas omnino ceſſat, nempè ex dicta ſumma aſſertæ neceſſitati poteſt prouideri, abſque hoc nouo ſubditorum grauamine, hoc enim ſuadent iura, *ad tex. in §. illud el 2. in fin. verſ. Nos autem in auth. vt iud. ſine quo. ſuffr. l. 1. C. de ruſt. lib. 11.* nam quod pro vrgenti neceſſitate conceditur, moderate tamen debet intelligi, *ad tradita per Afflict. in rubr. quæ ſunt reg. ſub nu. 89. in fine, relatus à Roland. in conſ. 1. num. 68. vol. 2. pulchrè Lucas de Pen. in l. annonam, C. de erog. mili. anno. Bald. in l. 1. in fin. C. de oper. liber.* quæ moderatio ſe habet ad diminutionem, ac ſubtractionem grauaminum, non ad augmentum, *vt poſt Luc. de Pen. inquit Leonard. de Piſan. in dict. conſ. 117. num. 70.* Vnde ex his neceſſe eſt fateri, vel quòd hæc aſſerta publicè neceſſiratis cauſa non ſufficit in Regno pro iuſtitia vectigalis, vel quòd non ita vrget ſtante præmiſſo donatiuo, vt ad illius indictionem deueniri poſſit, & ſic ſem per primum requiſitum pro imponenda noua gabella ceſſat.

53 Pariter deueniendo ad ſecundum requiſitum, qnod eſt neceſſarium pro iuſtitia noui vectigalis, videlicèt, quod Principis ærarium ſit ita exhauſtum, quòd de ſuo non poſſit (dato quòd ſubeſſet neceſſitatas) ei prouidere, cum aliàs non tenentur ſubditi, quando dominus de per ſe ſufficit ex redditibus, quos habet, *Abb. in cap. ſicut in fin. extra de iur. iurand. Natt. in conſil. 557. ſub num. 6. cum cordan. adductis ſupra num. 9. 10.* certè ſi de hoc quærimus, nulla res tam abſurda nobis videtur, quam ſupponere

poten-

potentiſſimum Dominum noſtrum Hiſpaniarum, Indiarumque, ac totius noui orbis Regem de ſuo non habere, vnde poſſit neceſſitati aſſertæ occurrere. Et quidem in hoc propoſito bene inquit *Bolognet. num. 179.* quòd Regius Fiſcus decorem tam ſublimiſſimi Regis non dicitur ſeruare, aſſerendo, quòd ſit in tanta neceſſitate, quod ſine gabellis vnius Ciuitatis ex tot, tantiſque Regnis, quæ poſſidet, ſubſtinere imperium ſuum non poſſit, neque neceſſitati ſubuenire. Hæc enim aſſerta impotentia poteſt contingere in certis dominis inferioribus, quibus ſæpè redditus proprij, vel exactiones conſuetæ non ſufficiunt pro caſibus nouiter emergentibus. At potentiſſimo Regum Regi Hiſpaniarum hęc conuenire minime poſſunt, cuius gloriã, ſi maio-
54 rem aliorum Regũ arbitrantur Doct. ob ea Regna, quæ ante nouas Indias acquiſitas poſſidebat, vt inquit *Caſſanc. in Catalag. glor. mund. in 5. part. conſid. 27. in fin. & in conſil. 37. quem refert, & ſequitur Natt. in conſil. 638. ſub num. 19. in fine, Geamm. in conſ. 169. num. 10. in ciuil. & Borrell. de præſtan. Reg. cap. 45. num. 7.* maximam quidem hodie aſſerere oportet poſt Occidentales, ac Orientales Indias habitas, & alia Regna, & dominia acquiſita,
55 de quibus latè idem *Borrell. in cap. 46.* Propter quæ, ac diuitiarum copiam Rex Catholicus nulli humano Principi inuidet: vnde fertur eum habere maiores redditus, quàm Turcarum Imperatorem traditur habere, cuius introitus annuos miliones decem, omnibus ſuis redditibus computatis, non excedunt: Regis vero Catholici redditus ad quatuordecim miliones auri ſingulis annis aſcendere, refert *idem Borrell. vbi ſupra num. 3. & 4. qui ſub num. 8.* hoſtis peſtilentialis refert teſtimonium, impiæ Heliſabethæ Reginæ Angliciæ, quæ in eius edicto fundens de Philippo tunc Rege noſtro II. ſermonem, inquit: Plures enim hodie coronas, plura Regna, & Nationes, plures etiam terrenas diuitias poſſidet, quàm vlli antea maiorum ſuorum, aut vllus vnquam Chriſtianus Princeps habuit. Et certè hoc potuit aſſerere, quia cum ſuis redditibus tunc bella, tum in Anglia, tum etiam in Flandria, & in Gallia ſubſtinebat, in quibus maior pars redditum tanti Regis conſumebatur. Vnde ſi tanta eſt redditum Regis Catholici quantitas, quod tantis neceſſitatibus bellorum implicatorum potuit occurrere, neſcio qua probabili ratione hoc tempore, in quo hæc bella ob diuinam gratiam, ac potentiam, & conſilium Regis noſtris Catholici, ſilent, tanta neceſſitas, ac impotentia ſubueniendi aſſertæ
56 neceſſitati ſupponi poſſit? Solum enim pro reſponſione occurrit, quod à Domin. Matut. traditur, qui ad euitandum hoc, affirmat, quòd Rex non obligatur de redditibus aliorum Regnorum prouidere neceſſitati alterius Regni, eo adductus fundamento, quòd vnum altare diſcooperire, & aliud operire, non permittitur, quod eſt contra, illud, quod idem Matut. ſentit, dum circa principium ſuarum allegationum, loquens de introitu & exitu iſtius Regni, inquit, quòd ex introitibus deficit ſumma ſexaginta mille ſcutorum ſanctiſſimæ Cruciatæ, quæ defertur Hiſpaniæ, & ſubdit, quòd ita iuſtè deficiunt: quod equidem legitime fieri fatemur, quia Princeps vti moderator, & arbitrer rei ſuæ, poteſt eius redditus de vno ad aliud Regnum transferre: nam hæc pluralitas patrimoniorum ſecundum Regnorum pluralitatem, quam ſupponit Domin. Matut. nullo iure probatur.
57 Quandoquidem vnicum eſt Principis patrimonium, quod tanquàm Princeps habet, illudque diſtinguitur tantum à patrimonio, quod obtinet tanquàm priuata perſona, non iure imperij, de quibus *Luc. de Pen. in l. 1. C. de bon. vacan. libr. 10. & in leg. quicumque la 2. C. de omn. agr. deſer. lib. 11. & Peregr. de iure Fiſci lib. 1. tit. 1. num. 6. cum ſequ. Camil. de Cur. in diuerſ. iur. feud. in p. par. in §. licet fol. 6.* Et ideò dum communiter Doct. tradunt, quòd Princeps tunc imponere ex vrgenti neceſſitate nouum vectigal poteſt, quando de ſuo non habet, vel quando menſa ſua, vel proprium marſupium, non ſufficit, vtique ſentiunt de patrimonio Principis abſolutè, & ſimpliciter, non autem habito reſpectu ad hoc, vel illud Regnum, vbi neceſſitas ſupponitur, de quo nemo cogitauit. Quinimo ſentiunt totum oppoſitum, dum affirmant, quod Princeps ſibi ipſi prius debet grauamen indicere, quàm ſubditis, qui ſoluunt onera ordinaria, quibus debet eſſe contentus, & vbi redditibus ſui conſumptis, ſufficientem pecuniam non habet, vt poſſit publicæ neceſſitati prouidere, poteſt collectas extraordinarias indicere, *Paul. de Caſtr. Bald. Luc. de Pen. Natt. & alij ſuperius citati num. 9.* quod apertè ſentit. *Pet. de poteſt. Princip. capit. 4. num. 35. fol. 22.* dum ait, quòd tunc ſubditis imponitur collecta, quando Dominus non habet modum ſatisfaciendi de ſuo, & ſic vbi, vel ex reddi-

tibus

Digitized by Google

ctibus eiuſdem Regni, vel ex alijs poteſt ne-
ceſſitati prouidere, non eſt deueniendum
ad noua vectigalia, ac ſuperindicta, quia ſic
non ſibi, (vt dicunt Doctores) prius vecti-
gal imponeret: nec conuenirent verba
Doctor. atteſtatium prius oportere Princi-
pē propriam burſam euacuare, vt dixerunt
Cin. Bald. Alber. Bru. Iſern. Afflic. & alij ſuperius
citati ſub d. nu. 9. Itaque nullo fundamento
affirmari poteſt hæc aſſerta impotentia in
perſonam in potentiſſimi Regis noſtri Ca-
tholici. Et ideò, vt vltima primis cor-
reſpondeant, dato quòd reſpectu cauſæ ef-
ficientis vectigal, de quo quæritur, eſſet le-
gitimum, illud tamen laborat ob eorum
defectum, quæ vna cum cauſa efficienti de-
bent conuenire in noui vectigalis impoſi-
tione, etiam in terminis iuris communis
iuxta prædicta, ita quòd Meſſana, etiam
iure communi attento, ius & iuſtitiam
fouet.

58 Sed vlterius ad tollendum hoc funda-
mentum pro iuſtitia vectigalis adductum,
animaduertere oporteret, quòd licet ceſ-
ſarent præmiſſa, & ſecundum terminos iu-
ris communis hoc extraordinarium vecti-
gal procederet, Meſſana tamen ab eo eſt
immunis, vigore priuilegiorum particula-
rium pleniſſimam immunitatem conceden-
tium, & ideò eodem fundamento, quo iu-
ſtificatur vectigal, tanquam impoſitum à
Principe, eodemmet iuſtificatur exemptio,
ac immunitas Meſſanæ à Principe conceſ-
ſa, qui pariter poteſt concedere pleniſſi-
mam immunitam ex deductis *ſupra in 2. con*
ſider. in 2. part. num. 12. cum ſeq. Hinc ſicut ius
imponendi vectigalia reſidet penes Princi-
pem, *ad text. in l. vectigalia cum concordan. ff.*
de vectigal. ſic pariter facultas concedendi
immunitates, eſt de reſeruatis Principi,
Ioan. de Platea in l. vnica, C. de his qui à Princip.
lib. 10. & ideo ille Princeps, cuius eſt onera,
& vectigalia indicere, illemet ab huiuſmo-
di onere potuit priuilegio exemptionis Meſ
59 ſanam liberare; quia eius eſt ſoluere, cuius
eſt ligare, *l. nihil tam naturale, & l. eius eſt nolle,*
ff. de reg. iur. Surd. qui in terminis ita arguit in
conſ. 419. ſub num. 19. Vol. 3. adimere enim
munera eiuſdem iuris eſt; ſicut indicere
60 *Ægid. Thom. de collect. §. exactis num.* 37. Qui-
nimò facilius procedit exemptio, quam
vectigalium indictio, hæc enim fieri non
poteſt, niſi cum grano ſalis, vt vtamur ver-
bis, *Afflict. in rubr. quæ ſint regal. ſub num.* 89.
videlicet moderatè, & illis duobus concur-
rentibus, de quibus ſupra in hac parte num.
7. At exemptio ſimpliciter à Principis po-
teſtate dependet, vnde ad illius validita-
tem ſufficit conſtare de Principis volunta-
te, *Boſſ. de Princip. num. 150. Dom. Reg. Tap. in*
rubric. de conſtit. Principum cap. 4. ſub num. 106.
Hinc eſt, quòd illam poteſt concedere
Princeps pro libitu voluntatis, cum in ca-
latas habere habenas *poſt Guid. Pap. inquit*
Nicol. Feſtaſ. de collect. in 4. par. cap. 7. ſub nu. 8.
61 Quòd rationabile arbitramur, tum quia
promptiora ſunt iura ad liberandum, *l. fa-*
uorabiliores, ff. de reg. iur. l. Arrianus, ff. de action.
& oblig. & l. abſentem, ff. de pœn. Tum etiam,
quia per conceſſionem immunitatis res ip-
ſa reducitur ad primæuum ius naturale li-
bertatis, *Bald. in l. Barbarius in addit. num. 1. ff.*
de offic. Præt. Nicol. Feſtaſ. in dict. cap. 7. num. 8.
& in eadem 4. part. cap. 8. num. 19. Petr. de po-
teſt. Princ. cap. 32. in 2. dub. num. 213. fol. 184.
Menoch. in conſ. 75. num. 1. vol. 1. & Petr. Surd.
in conſ. 140. num. 55. volu. 1. Et ideò ad iſtud
res ipſa, vti ad ſuam primæuam naturam,
de facili reducitur, *l. ſi vnus, §. pactus, verſic.*
quoties, ff. de pact. cap. ab exordio, 35. diſt. cap.
fin. 16. quæſt. 4. Afflict. in conſtit. in aliquib. ſub
nu. 9. Arnapater. in alleg. 70. n. 54. And. in cap.
1. §. Hoc autem in princ. de his qui feu. dar. poſſ.
cum ſimil. à nobis traditis in cap. ſuper literis ſub
62 *num. 196. extra de reſcript.* Hac de cauſa fa-
cilius acquiritur libertas aduerſus impoſi-
tionem collectarum, quam ius imponendi
onera, *Abb. in conſil. 94. volum. 1. & in conſil.*
26. colum. 2. verſ. Sed prædictis lib. 2. vbi vo-
luit, quòd præſcriptio libertatis contra
onera eſt fauorabilior, quam præſcriptio
ipſorum onerum, refert, & ſequitur *Crauet.*
in conſ. 111. ſub num. 10. volum. 1. Itaque ex
præmiſſis reſultat, quòd non minus Meſſa-
na habet fundatam intentionem ſuam per
eius priuilegia immunitatem concedentia,
quàm ex aduerſo aſſeritur ex parte Regij
63 Fiſci. Immò fauorabilius eſt fundamen-
tum Meſſanæ, quòd pro immunitate con-
tendit, quam illud Reg. Fiſc. quod pro ſub-
iectione adducitur, *ad tex. in l. libertas, ff. de*
reg. iur. Crauet. in d. conſ. 111. num. 9. Qua ra-
tione aliqui adducti, abſolutè voluerunt
priuilegium immunitatis eſſe latiſſime in-
terpretandum, vt refert, *Surd. in d. conſ. 140.*
num. 55. Quod tamen in terminis noſtris
procedere abſque dubio probauimus *ſupra*
64 *in 7. conſid.* illudque eſſe ſeruandum tradi-
mus *ſupra in 1. conſid.* adeo quòd exactio hu-
ius vectigalis, ſtantibus priuilegijs immu-
nitatis in Vrbe Meſſanæ, fieri non poteſt,
Pariſ. in conſ. 69. num. 4. volum. 1. poſt Paul. de
Caſtr.

Caſtr. Alexand. & alios in l. ſi. ex toto, ff. de legat. 1. & Paul. de Caſtr. in conſ. 187. num. 5. vol. 2. Bero. in conſ. 150. num. 36. in fin. volum. 3. vbi inquit, quòd exempti antè impoſitionem collectæ non tenentur, refert, & ſequitur *Surd. in conſ. 146. num. 18. volum. 1.* Et eſt de mente omnium ſcribentium pro immunitate aduerſus impoſitionem vectigalium, pro qua conſuluit *Siluan. in conſ. 66. volum. 2. Paul. de Caſtr. conſil. 317. volum. p. Nat. in conſ. 63. conſ. 64. & 397. alibi, Roland. in conſ. 76. volum. 2. & in conſil. 13. volum. 3. Burſ. in conſ. 16. volum. 1. Decian. in conſ. 51. volum. 3. Riminald. Iun. in conſ. 323. volum. 3. Menoch. in conſ. 156. & in conſ. 887. Surd. in conſil. 140. & in conſil. 419. & Bardel. in conſ. 22. cum infinitis concordant,* quos ſciens prætereo, qui in hoc diſcurſu ad defenſionem immunitatis, de qua quæritur, allegantur. Et hæc quoad primum caput.

SVMMARIVM.

65 *Fiſcus aſſerit immunitatis conceſſionem non ſubſiſtere in præiudicium ſucceſſoris vti factam de regalibus.*

Regalia in præiudicium ſucceſſoris, non poſſunt à Principe alienari, ibid.

Declaratur num. 81.

66 *Vectigalia, collectas, & alia regalia, non poteſt Rex alenare in præiudicium ſucceſſoris.*

67 *Immunitatis conceſſio, an ſit alienatio regalium.*

Princeps concedendo immunitatem, vtitur iure regali, ibidem.

68 *Ius regale imponendi vectigal, tunc alienatur, quando illud in alium aliquo titulo transfertur, & an hæc traslatio valeat in præiudicium ſucceſſoris.*

69 *Immunitatis per conceſſionem, redditum Principis ſit diminutio, & an talis conceſſio procedat.*

70 *Conceſſio Principis, per quam ſiue regalia, ſiue non regalia alienantur, ex qua tamen ſequitur magna diminutio coronæ, non valet, etiam iurata, & poteſt ab eodemmet concedente reuocari.*

71 *Contractus Principis, per quem quota Regni alienatur, non valet.*

Imperium eſt indiuiſibile, ibid.

Princeps tenetur ſucceſſori indiuiduitatem conſeruare, ibid.

72 *Contractus Principis, per quem Regnum ſeruituti ſubijcitur, non valet.*

73 *Princeps, non poteſt à ſe abdicare ſupremam poteſtatem, ſeu iuriſdictionem.*

Iuriſdictio eſt de iuribus coronæ, & eſt inſeparabilis ab ea, ibi.

Priuilegium, per quod quis eximitur à ſuprema iuriſdictione Principis, non valet, ibid.

74 *Iuriſdictiones ſupremæ ſunt ſacra ſacrorum, & non ſunt in marſupio Principis.*

Iuriſdictio conceſſa à Principe in feudum, reſpectu ipſius Principis, dicitur cumulatiuè conceſſa, ibid.

75 *Conceſſio Principis, etiam oneroſa cum translatione vtilis, & directi dominij, non valet, quia grauiter læditur Principatus.*

76 *Alienatio facta à Principe, quæ licet non afferat præiudicium pecuniarium, præiudicat tamen Regiæ dignitati, non valet.*

77 *Conceſſio Principis, vel contractus, per quem non reſultat graue præiudicium Principatus, valet, etiam in præiudicium ſucceſſoris, & num. 80.*

Quid ſi agitur de alienatione regalium, vide num. 81.

Iuramentum, quod præſtatur à Principe de cuſtodiendis iuribus Principatus, non ſe extendit ad conceſſionem, quæ eſt modici præiudicij, ibid.

78 *Princeps poteſt alienare aliquam Ciuitatem de eius demanio.*

Quid in Romano Pontifice, vide nu. 96.

Demanium, an poſſit alienari, inuitis ſubditis, remiſſiuè, ibid.

79 *Princeps non poteſt demanialia alienare ſecundùm aliquos, quorum ſententia locum habet, quando alienatio vergit in maximum detrimentum Principatus.*

80 *Princeps ſi non poſſet facere conceſſiones, quæ non ſunt grauis præiudicij, miſerrimæ eſſet conditionis.*

81 *Diſtinctio illa inter modicam & grauem læſionem coronæ, habet locum ex communi ſententia, etiam in alienatione regalium.*

82 *Petr. de Greg. Tho. non fideliter citatus ex diuerſo, qui tenet, quòd Princeps poteſt alienare regalia, etiam in præiudicium ſucceſſoris, ſi grauiter non læditur corona.*

83 *Regalium conceſſio fieri poteſt non ſolum ſpecialiter, ſed generaliter, dummodo appareat de mente Principis.*

84 *Petrus de Gregor. Tholoſ. non dicit abſolutè, quòd alienatio regalium ex modica læſione eſt nulla, vt ex aduerſo allegatur.*

85 *Boſſ. opinio circa alienationem regalium improbatur.*

86 *Surd. in conſil. 210. ex aduerſo allegatus, in ſimplici conceſſione regalium reuocanda, admittit diſtinctionem inter grauem, & modicam læſionem.*

87 Prin-

87 Princeps an poſſit diminuere iura principatus.

88 Luc. de Pen. in l. quicumque, C. de om. agr. deſer. declaratur, dum ſentire videtur, quòd nec modicæ conceſſiones Principis valent.

89 Alienationes plures ſi factę fuerint de iuribus regalibus, vel Eccleſiæ, quibus ſimul iunctis, grauiter læditur corona, aut Eccleſia, an ſit coacervatio, vt omnes reuocentur, an poſtremæ non valent.

90 Diſtinctio illa inter modicam, & maximam læſionem in conceſſione Principis, maximè attenditur, quando tractatur de his, quę ſpectant ad officium Principis.

Infeudare, vel immunitates concedere, Principis officium eſt, ibi.

91 Immunitas Meſſanæ non eſt de his, quæ tendunt in magnam diminutionem coronæ.

92 Modicum dicitur reſpectu perſonarum.

Donatio, ex qualitate perſonarum iudicatur, an ſit moderata, vel ne, ibi.

93 Læſio magna, vel modica, conſideratur reſpectu amplitudinis ſtatus concedentis.

94 Immunitas conceſſa Meſſanæ, reſpectiuè ad eius merita, eſt res modica.

95 Immunitas vnius Ciuitatis, non importat magnã coronæ diminutionem.

96 Pontifex Romanus poteſt benemeritis dare caſtra in feudum.

Sed, an requiratur conſenſus collegii, ibi.

Quid in Principe ſeculari, an requiratur procerum conſilium, ibi.

67 Regalia vnius Ciuitatis poteſt Princeps alienare, etiam in præiudicium ſucceſſoris.

98 Caſtra ſolent alienari, ſeu infeudari vna cum regalibus.

99 Meſſanæ diuitiæ, ac introitus, licèt ex aduerſo extollantur, non tamen ſequitur, quòd conceſſio immunitatis ei facta eſt res magni momenti.

100 Paruum, & nihil procedunt à pari.

101 Læſio ratione incertitudinis, non eſt conſiderabilis.

102 Læſio, an interuenit, vel ne, tempus contractus inſpicitur, non quod poſtea emergit.

Alienatio rei Eccleſiæ, an tendat in eius læſionem, tempus alienationis attenditur, ibi.

Idem in conceſſione Principis, ibi.

103 Immunitas Meſſanæ in forma pleniſſima; licèt extollatur ex aduerſo, non tamen ſequitur, quòd per eam maximè læditur Regia dignitas.

Princeps an poſſit à ſe abdicare poteſtatem imponendi onera propter bonum publicum, ibid. Vide nu. 107.

104 Cautela pro immunitate pleniſſima obtinenda, etiam in caſu vrgentiſſimæ neceſſitatis, traditur à Doctoribus remiſſiuè.

105 Immunitatem pleniſſimam, etiam in caſibus vrgentis neceſſitatis, tuentur Doct. remiſſiuè.

106 Imperator, an poſſit donare plenam libertatem vni Ciuitati.

107 Alex. Rau. in conſ. 1. vol. 2.

Roland. in conſ. 1. vol. 2.

Natt. in conſ. 487.

Authoritates ex aduerſo allegatæ, conceſſioni immunitatis, de qua quæritur, non refragantur.

108 Fiſcus contra immunitatem Meſſanæ aſſerit illam non valere in præiudicium ſucceſſorum, ſub prætextu quòd conceſſio regalium non valet, quando quod conceditur, non eſt naturaliter debitum, aut loci natura repugnat.

Sed reſpondetur ibid.

109 Fiſcus conatur euitare immunitatem Meſſanę, licèt ex contractu ſub prætextu iniuſtitiæ, vel doli ex parte ſua, ſed vide nu. ſeq.

Princeps non tenetur ſeruare contractum, quando iniuſtitia, vel dolus dedit cauſam contractui, ibid.

110 Meſſanæ ex parte, nec dolus, nec iniuſtitia interuenit in conceſſione immunitatis, cum num. ſequen.

111 Dolus re ipſa, & dolus ex propoſito, quoad reſciſſionem contractus, idem operantur.

65 Deuenio ad ſecundum principale caput, in quo ea, quæ aduerſus hanc immunitatem afferuntur, confutabimus, quæ, vt animaduertimus, ad quatuor membra principalia reduci poſſunt. In primo ex aliquibus conantur oſtendere, abſolutè, & ſimpliciter hanc immunitatem non ſubſiſtere. In ſecundo traditur, quòd illa ſaltem non debet ſuffragari, tanquam iniqua, ex quo cæteri de Regno læduntur. In tertio reſtringitur, quod ſi ſuffragatur, illa reſpectu ciuium, non autem exterorum procedit. In quartò & vltimo traditur, quòd ſaltem ob vrgentiſſimam aſſertam neceſſitatem, immunitas ad hunc caſum non porrigitur. Hoc igitur ordine retento, ea aggredimur.

Deuenio ad primum memb. ſub quo primo traditur, quòd hęc immunitas non ſubſiſtit, quia illius conceſſio fieri non potuit in præiudicium ſucceſſoris. Mouentur ſub prætextu, quòd per conceſſionem immunitatis ſit alienatio regalium, quæ in præiudicium ſucceſſorum à Principe alienari non poſſunt, Bald. in cap. 1. in verſ. Amplius de pac. Conſtan. quem refert & ſequitur Felin. in cap. 1. in 4. declara. & ibidem Dec. & alij de probat. Soc. in conſ. 4. num. 8. & conſ. 7. vol. 3. Rol. in conſ. 1. num. 97. vol. 2. cum concord. adductis à Corſet. in 6. ſupp. & à Fiſc. in 1. reſponſ. princ. quibus addi-

mus Iaſ.in conſil.227.Vol.2.Rolan.in conſ.2.nu.
102.volum.1.Oſaſc.in deciſ.101.num.13.& in
deciſ.139.nu.6.Afflict.in prælud.conſtit.Regn.
q.24.num.4.Foller.de cenſib.in Verb.& ſubmiſ-
ſionis num.19.verſ.& primo,Peregr.de iure Fiſ.
lib.1.tit.3.nu.70.& Rodolfin.de abſol.Princ.po
teſt.c.6.nu.196. & in ſpecie, quòd Rex non
poſſit alienare vectigalia,collectas, & alia
66 regalia,ſed ea debet ſucceſſoribus reſerua-
re, refert *Rol.in d.conſ.1.nu.100.poſt Moder.in*
c.per veſtras de don.int.vir.& vxo. Vnde nul-
las eſſe conceſſiones, donationes, remiſſio-
nes,ac diminutiones factas de vectigalibus
poſt Andr. atteſtatur Apont.ex aduerſo citatus,
præſertim in tract.de poteſt.Proreg.in tit.de tract.
num.37.

Sed certè re diligenter perpenſa,præmiſ-
ſa non refragari, nec terminis noſtris appli-
cari animaduertimus. Et primo vereor,ne
termini æquiuocentur, dum ſupponitur,
quòd Princeps concedendo immunitatem,
dicatur alienare regalia.Vnde,dato pro nūc
quòd eorum maior propoſitio ſit ſimplici-
67 ter vera,videlicet,quòd regalium alienatio
non poteſt fieri in præiudicium ſucceſſoris;
minor vero non ita ſe habet, vt ex aduerſo
ſupponitur,videlicet,quòd conceſſio immu
nitatis ſit regalium alienatio,vt inde ſequa
tur conſequentia,quod illius conceſſio fieri
non poſſit in ſucceſſoris præiudicium. Hoc
enim minime conceditur, niſi data termi-
norum confuſione inter vti regalibus, &
alienare regalia. Princeps enim concedens
immunitatem vtitur potius quam alienat
iure regali,ex quo regalis iuris eſt,immuni-
tates concedere, dum hæc poteſtas penes
Principem reſidet, vt cenſuit *Ioan.de Plat.in*
l.1.C.de his quæ Princ.relatus à Borrel.de præſt.
Reg.c.33.ſub nu.2. Et ideò Doct.omnes con
uenire diximus ſupra in 2.conſid.poſſe Prin
cipem huiuſmodi immunitates concedere,
illarumq; conceſſiones validas eſſe, per illa
iura *in l.ſunt munera,ff.de vacat.mun.& in l.im*
munitates,C.de agric.& cenſit.lib.11.ad tradita
per Bar.Bald.Ang.Alex.Rip.Pariſ.Oſaſc.Feſtaſ.
Natt.Iaſ.Boſſ.Rim.Iun.Siluan.Surd.& alios ibi-
dem allegatos, etiam ſi huiuſmodi conceſſio-
nes fuerint pleniſſime ab omnibus, & qui-
buſcumq; muneribus,*vt deduximus in 3.con-*
ſid.poſt gloſ.in l.vacuatis,C.de Decur.& in l.3.
C.de muner.patrim.& poſt Bar.Alex.Oſaſc.Boſ.
Petr.Antib.& alios ibidem citatos, ex quibus
datur intelligi, quòd non eſt vera hæc mi-
nor præpoſitio, nam ſi ita eſſet (conceſſa
pro nunc maiori præpoſitione), ſequeretur
eorum conſequentia, quòd conceſsio im-
munitatis non præiudicat ſucceſſori; cuius
tamen contrarium probauimus ſupra *in 2.*
part.in Vltim.conſider.ex Bald.Feſtaſ.Burſat.Ri-
minald.Iun.Roland.Surd.& aliis ibidem cita-
tis: Nec illius veritas reſultat ſub prætextu,
quòd ius imponendi vectigalia,eſt de rega-
libus cap. 1. & ibi Doct. quæ ſint regalia
cum concordantibus traditis ſupra *in princ.*
iſtius part. num.2. Et ideò quatenus conce-
ditur immunitas, illud ius regale alienari
videtur. Nam hæc conſequentia abſque
repugnatione,& perplexitate,non reſultat,
dum in vſu regalium, eorum alienatio ſup-
ponitur,nempe habitus, ſeu actus,& priua-
tio ſimul ſtare non poſſunt,*l.qui res,§.Aream*
cum ibi notat.ff.de ſolut.l.manumiſſione cum ſi-
68 *mil.ff.de iuſt.& iur.* Qua de re ex natura ver-
bi, huius regaliæ tunc fieret alienatio,quan
do ius imponendi vectigal, aliquo titulo in
alium transfertur, *ad text.in l.alienationis,ff.*
de verbor.ſignific.l.1.C.de fund.dotal.Cano.in
capit.nulli poſt gloſ.de reb.Eccleſ.non alienan.
quod euenit, quando Princeps gabellas,
vectigalia, & alios panes ciuiles in alium
aliquo titulo transfert, prout loquitur
Apont.ex aduerſo citatus poſt Iſerniam in tract.
de poteſt.Proreg.in dict.titul.de tract.num.30.
cum ſeq.& num.34. Vel quando Princeps
ius collectandi,aut imponendi vectigalia,
alicui donaret, aut aliàs aliquo titulo con-
cederet, quibus caſibus ageretur de alie-
natione regalium, & in eis quæſtio eſſet,
an talis alienatio abdicaret ab ipſo con-
cedente ſupremum illud ius, & an illa
potuiſſet fieri in præiudicium ſucceſſoris,
iuxta terminos, in quibus conſuluerunt
Roland.in dict.conſil.1.Volum.2. vbi præſer-
tim de hoc loquitur *num.97.cum ſeq.& nu.*
134.& Natt.in conſil.487. per totum, & in
ſpecie *num.24.cum ſequ.* ex aduerſo à Fiſco
citati, cuius rei deciſio ab ea maiori præ-
poſitione pendet,an regalium alienatio fie-
ri poſſit, de qua inferiùs ordine ſuo dice-
tur: Pro nunc autem nullo iure nobis pro
batur, quòd per conceſsionem immuni-
tatis,Princeps regalia alienat,vt inde argui
poſsit illam in præiudicium ſucceſſoris fieri
non poſſe.

69 Animaduertimus tamen, illud potiùs
attentari potuiſſe,quod per conceſsionem
immunitatis redituum Principis fit diminu
tio, quos videtur expendere per huiuſmo-
di conceſſiones, prout de inferioribus atte-
ſtatur *Oſaſc.in deciſ.95.num.27.* quem citat
Fiſc.hoc implicando *ſub diſt.p.princ.reſpon.in*
verſic.minus etiam; (licet contrarium voluit

Iaſ.

Iaſ.ab Oſaſc.citatus in conſ.101.num.4.vol.4.)
Et maxime quando ex grauatio exempto-
rum redundat in præiudicium concedentis
immunitatem, iuxta tradita per *Rol.in conſ.*
76.n.4.cum ſequen.vol.2.& *concordantibus ordi*
ne ſuo inferius citandis,in ſeq.memb.n. 187.quo
caſu videtur quòd talis conceſſio non ſub-
ſiſtat ex eadem doctrina *Ioan Franc. Apont.*
*ex aduerſo allegati in d. num.*34. qui loquitur
etiam de remiſſione vectigalium, illamque
nullam eſſe atteſtatur. Verùm ſi ita ſim-
pliciter hoc intelligeretur, vtique tota im-
munitatis materia deſtrueretur, ac pro-
poſitæ à nobis conſiderationes de Principis
facultate in concedendis immunitatibus
corruerent, & tot DD. authoritates, qui
pro immunitatibus conſuluerunt, nihil
proficerent: & ideò cum grano ſalis hoc
intelligendum eſt, quando ex his ſequitur
enormis,ac maxima diminutio coronæ,ſeu
principatus,quod ipſemet ſentit Apon. vbi
ſupra loquens de Principe, qui non auget,
ſed diminuit enormiter: quo caſu genera-
le eſt, quòd Principis conceſſio, per quam
70 ſiue regalium, ſiue non regalium, fit alie-
natio, ex qua tamen ſequitur magna di-
minutio coronæ, non valet, *Bart. in l. prohi-*
bere, §. planè ff. quod vi, aut clam. Socin. in
conſil.7.ex aduerſo allegatus ſub num.6.volum.
3. & eſt communis ſententia, *de qua in capit.*
1. de probat.per text. in capit. intellecto, extra
de iur. iur. Oldrad. in conſil. 95. in fin. & in
conſil. 231. in fin. Bald. in l. fin. C. de bonis quæ
liber. Alexand. in conſil. 1. num. 18. volum. 5.
Cranet.conſil.54.colum.1. Volum. 1. Oſaſc. in
deciſ.139.num.7. Couarru. in cap. quamuis in
2.part.§.2.num.4.de pact. in 6. Natt. in conſil.
638.num.46.volum.3. Socin.Iun.in conſil.60.
num. 33. volum. 3. Iaſ.in conſ.1.in 2. dubio vo-
lum.1. Anna pat.in allegat.69. num.4. Roland.
in conſil.2.num.95.cum ſeq.Volum.1. Iſern.in
capit. imperialem, §. nec dominus, de probibit.
feud. alien. per Feder. Apont. de poteſt. proreg.
in titul. de tract. num. 30. Menoch. in conſil. 1.
num. 40. & Peregr. de iur. fiſ. lib. 1. tit. 3. num.
74. qui poſt Bart. in dict. §. planè inquit, quòd
talis conceſſio, etiam iuramento firmata,
non tenet per illum *text.in dict.cap.intellecto,*
per quem ita paſſim tenent DD. præcitati,
Grat.in conſ.147.volum.2. adeò quòd idem-
met concedens poteſt reuocare, *Paul. de*
Caſtr.in coſil.70.num.6.volum.1.Bald.in dict.
l.fin. Aluarot in capit.2.in princip.Epiſ.vel Abb.
Roland.in dict.conſil.2.num.100.& Camil.de
Curt.in diuer. iur. feudo. in 1. part. in verb. licet
num. 10. Ex quibus inferri ſolet ad con-
71 tractum Principis, per quem alienatur
quota Regni, vel coronæ, quem non ſubſi-
ſtere, dicunt DD. quia tendit in maximam
diminutionem principatus, tùm quia Im-
perium eſt indiuiſibile,& monſtruoſum eſ-
ſet, ſi Regnum haberet duo capita, *Reſtau.*
de Imper. quæſt. 104. tum etiam, quia Prin-
ceps tenetur ſucceſſori indiuiduitatem ſer-
uare, *Bald.in conſ.30.Volum.5.& in proœm.C.*
verſ.modò iſta quæſtio, Pereg. in loco præcit.ſub
num.31.Lanar.in conſil.1.num.15. Camil.de
Curt. vbi ſupra num.30. & Menoch.in conſil.1.
72 *ſub num.40.* Pariter infertur ad contractum
Principis,per quem regnum ſeruituti ſubij-
citur, qui non valet, quia honor, ac digni-
tas principatus grauiter læditur, *Oldrad. in*
dict. conſil.231.Bald. in prælud.feud.in verſ.ex-
pedita diff n.feud. Martin.Lau.de primog.quæſt.
15.Tiraquel.de iure primogen.quæſt.68.num.7.
Lanar.in d.conſ.1.num.16.& Menoch.in d.conſ.
73 *1.vbi ſupra*. Pariter ex his infertur ad con-
ceſſionem, perquam ſuprema dignitas, ac
iuriſdictio alienatur,quam à ſe Princeps ab
dicare non poteſt, *Bald.in d. cap.intellecto, D.*
Reg. Tap.in rubr.de conſtit.princip. cap.4.num.
16. Nam iuriſdictio eſt de iuribus coronæ,
& eſt inſeparabilis ab ea: vnde non valet
priuilegium, per quod quis eximitur a ſu-
prema Principis iuriſdictione, *Petr.de poteſt.*
princip.cap.32.in 2.dubit.num.225. quia im-
poſſibile eſt aliquem eſſe exemptum ab il-
la: & ideò Princeps nihil poteſt de ſupre-
ma iuriſdictione in alium trasferre, *Alber.*
ex aduerſo cit.in l.1.in fin.ff.de offic.eius,Bald.in
Auth.quas actiones,C.de ſacroſanc.Eccleſ.Luc.de
Pen.in l.1. in verſ. vel dicas plenius,C.de priuil.
ſcholar.& in l.1.verſ ſed pono Rex, C.de vetera,
lib.12. Præpo.in d.cap.imperialem, §. præterea,
Calcan.in conſ.102. Natt.in conſ.402.num.20.
& in conſ.636.num.52.& in conſil.640.num.
43.& Camil.de Curt.in loco præcit.num.25. Su-
74 premæ enim iuriſdictiones ſunt ſacra ſa-
crorum, nec ſtant in marſupio Principis,
Bald.in d.cap.intellecto,& in conſil.324.volum.
1.Roland.in d.conſil.1.num.115.volum.2. Af-
flict.in cap.1.§.item ſi quis feudum nu.16. quib.
mod.feud.amitta, Felin.in cap. ad audientiam
num.4.de præſumpt.Petra de poteſt.princ.vbi ſu-
pra num.223. & Peregr.de iur.fiſ.in dict.lib.1.
tit.3.num.71. Hinc eſt,quod iuriſdictio con-
ceſſa à Principe in feudum, cenſetur reſpe-
ctu ipſius Principis cumulatiue conceſſa,
ita vt a ſe illam non dicatur abdicare, *Af-*
flict.in d.§.item ſi quis nu.14.per text.in cap.du-
dum, §. nos igitur de præben.in.6. Gram.in deciſ.
30.& in Voto 24.Roland.in d.conſ.1.num.134.

volum.2.Natt.in d.conſ.487.num.24.& in conſil.580.num.4.Vazq. in tract.de ſucc.creat. lib.2.§.17.num.88.& Surd.in conſ.152.num.
75 *17.vol.2.* Pariter ex his infertur, quòd non valet conceſſio Principis, licet oneroſa, cum tranſlatione totius iuris, tam vtilis, quàm directi, ita vt in aliquo conceſſionarius non recognoſcat concedentem; nam per eam grauiter læditur principatus, *Camil.de Curt. in loco præcit.* vbi inquit, hoc nullam habere controuerſiam, & in effectu ita tenet *Alex.in l.filio quem pater, nu.15.ff. de liber. & poſthum.* qui refert ita conſuliſſe, prout legitur *in cõſ. 24.num.23.vol.5. Ang.in d.l.prohibere, §.planè & in l.1.§. qui mandatam,* cum limitatione tamen, *ff.de offic.eius, & ibidem Riminald.num. 9.Natt.in dict.conſ.640.num.6. Iaſ.in conſ.10. num.4.volum.3.Pereg.de iur.fiſc.lib.1.tit.3.ſub num.75. & in conſ.1.num.9.volum.1.Iacob.de de Franch.in prælud. feud.in rub.ſpec.feud.num. 16.& 17.Petr.de poteſt.princ. in d.capit.32.in 2.dubit.num.220.cum ſeq.& Petr.de Greg.de de conceſ.feu.in 1.par.q.5.num.3.*

76 In præmiſſis ergo, ac ſimilibus caſibus, in quibus de maximo præiudicio principatus agitur, ob regalium maiorum, ac ſupremæ iuriſdictionis alienationem, ſeu diminutionem procedit, quòd à Dom. Fiſc. patrono implicatè traditur, *ſub d.prima eius reſponſ. princ.* ſed in terminis noſtris non bene applicatum, dum refert, quòd quando verſamur in alienatione regalium maiorum, licet illa magnum non afferat præiudicium pecuniarum, quia tamen præiudicat Regiæ dignitati, non valet in præiudicium ſucceſſoris, ita vt ipſemet concedens poſſit contrauenire, vt ex prædictis patet, & loquuntur DD. ex aduerſo citati, & in ſpecie *Surd. in conſ.210.num.62.vol.2.*

77 Cæterum quando ex conceſſione, ſeu contractu Principis, non reſultat maxima diminutio, aut graue præiudicium principatus, tunc valet contractus, etiam in præiudicium ſucceſſorum, *ad text.in cap. Abbate ſanè de re iudic.in 6. Bart. in dict. l. prohibere, §. planè, ff. quod vi aut clam.* quem in terminis, in quibus non tractatur de alienatione regalium, *ſequitur Socin. ex aduerſo allegatus, in d.conſ.7.ſub num.6.verſ. aliquando, & ſecundo volum.3.Oldral.in dict.conſ.95.* vbi ait, quòd in iure eſt expreſſum, quòd Reges poſſunt facere alienationes, dummodo non lædatur grauiter Regia Maieſtas, vel dignitas, refert, & ſequitur *Roland.in conſ.2.num.96. volum.1.Crauet.in conſ.54.num.2.Dec.in conſ. 191.nu.9.* quòd de veriori DD. ſententia eſſe, inquit *Menoch. in d.conſ.1.num.40.vol. 1.& Peregr.de iur.fiſ.lib.1.tit.3.dict.num.74.* quod pro concluſione ponit *Petr. de Gregor. Toloſ.* licet ex aduerſo pro eis citatus *in tracta. de repub.lib.7.cap.20.nu.60.verſic. quam obrem,* vbi ſpecialiter inquit huiuſmodi conceſſiones eſſe ratas, & cuſtodiendas à ſucceſſore; Nec eſt faciendum fundamentum in iuramento præſtito à Principe de cuſtodiendis iuribus principatus, (vt faciebat Fiſc. patro.) nam illud comprehendit alienetiones, quæ grauiter lædunt, dict.cap. intellecto; non autem ſe extendit ad alias conceſſiones, quæ non ſunt grauis præiudicij, *Menoch.in conſ.1003.ſub num.7.verſ.4.& num.22.* Et ideò poteſt Princeps alienare Ciuitatem de eius demaneo, cum clauſula,
78 ex certa ſcientia, vel clauſula, non obſtante, *Afflict.in capit.1.num.72.de his qui feud. dar. poſſ.& in d.cap.Imperialem, §. Præterea Ducatus in 3.notab.ſub num.46, Idem Afflict. poſt Iſern. in rub. quæ ſunt regal. in 5. quæſt. princip. num.61. & in prælud.conſtit. Regn. quæſt. 24. Roland.* citatus ex aduerſo *in conſ.1.nu.104. volum.2. Petr. de Gregor. poſt Bald. de conceſ. feu.in 1.par.quæſt.5.Reſtau.de Imperat.quæſt. 104.num.3.* qui poſt alios affirmat licere Imperatori alienare vnam Ciuitatem, quin etiam & vnam prouinciam ſingulariter, non autem per modum quotæ, *Ruin. in conſil.25.num.16.Volum.2.Dec.in conſil.191. num.1.Menoch.in conſil.201.num.130.& in conſil.962.num.21.& in conſil. 1003.num. 18.Vazq. lib.1.controuer. illuſ.capit.4.num. 1.* quod ponit pro cunclusione *Pereg.de iur.fiſc.in loco præcit. num.73.* & conueniunt DD. quos citat *Surd. in conſil.323.num.33. volum.3.* Quod ſanè intelligimus non reſpectu vaſſallorum, quibus inuitis, an poſſit demanium alienari à Principe, alia eſt materia *ad gloſ. in l.inuitus, ff. de fideicommiſſ. libertat.* quam nos latè proſequimur *in d.c.1. extra de prob,* vbi quid de iure, quid autem de conſuetudine eſſe, præſertim Regum Siciliæ, *poſt Andr. Afflict. Neuiz. Crauett. Curt. Iun. Pariſ. Natt. Menoch. Guid.Pap. Socin. Iun. Caſſian. Vincen.de Franch. Camer. Annam, Camil. de Curt. Dom. Tap. & alios recentiores,* docemus. Intelligimus ergo, quod dictum eſt, quo ad præiudicium ſui principatus, quod non eſt conſiderabile ad impediendum conceſſionem, ſeu infeudationem alicuius Ciuitatis demanialis: & licet hoc videatur habere contradictores, *ex gloſ.in authen. quomo. oport.Epiſ.in verb.cõferens in prin, Bal.in proœm. C.in verb. Auguſtus, Ioan.de Platc.in l.prædia.*

col.

*col.fin.C.de location.præd.ciuil.lib.*11. *& latiſſi-*
me Luc.de Pen.ex aduerſo allegatus in l.quicūque
C.de omn.agr.deſer. vbi ex pluribus conclu-
dit, Principem non poſſe iura regalia, aut
demanialia alteri concedere, & præſertim
ne decreſcant iura Regni propter multas
modicas alienationes, prout eodem argu-
menti genere vtitur *Neuiz.in conſil.* 12.*num.*
66.*inter conſil. Brun.* Tamen eorum ſenten-
tia locum habet iuxta prædicta, quando
conceſſio vrget in maximum detrimen-
tum, & diminutionem principatus, vt atte-
ſtatur *Petr.de Gregor.de conceſ.feud.in* 1.*par.q.*
5.*nu.*10.*& clarius poſt Iſern. diſtinguit Afflict.*
in dict.rubr.quæ ſunt reg. ſub 5.*quæſt.princip.nu.*
64.*cum ſeq. & Camil.de Cur.in* 1.*par.diuer.iur.*
*feud.in dict.verb.licèt, nu.*37.& quamuis *Luc.*
de Pen. loquatur etiam de modicis, arguen-
do quòd plura modica faciunt vnum ſatis,
& per conſequens iura Regni decreſcunt;
tamen ex inferius tradendis num. 88. illud
80 genus argum. diſſoluitur. Summa itaque
eſt, quòd vbi ex conceſſione, vel contractu
Principis, magnum non reſultat detrimen-
tum, ſeu maxima diminutio Imperij, valet
conceſſio, ſeu contractus, *Alexand.in conſ.*1.
num. 28.*volum.*5. *Petr. de poteſt.princip.capit.*
32.*in* 2.*dub.num.*219. & ita loquuntur om-
nes DD. quos pro hac ſententia citaui-
mus, quorum auctoritates congerit *Menoc.*
in conſil. 1003.*num.*18. *& conſtat ex relatis à*
*Roland.in dict.conſ.*1.*nu.*104.*volum.*2. Nam
aliàs ſi Principi huiuſmodi conceſſiones,
quæ ita grauiter non lædunt, eſſent interdi-
ctę, peioris, ac miſerrimæ eſſet conditionis,
quam alij, *Alber.in proem.Digeſtorum, in* §.*di-*
*ſcipuli col.*6.*& Camil.de Cur.in loco præcit.num.*
11.*cum ſeq.*

81 Et hæc diſtinctio inter magnam & mo-
dicam leſionem habet locū, etiam ſi de re-
galium conceſſione tractetur, quæ licet in
præiudicium ſucceſſoris, fertur ex aduerſo,
non poſſe alienari ex originali *Doct. Bald.in*
*dict.capit.*1.*de pact.conſtit. cum concord. deſuper*
*adductis, nu.*65. tamen illud procedit, quan-
do Regalium alienatio grauiter lædit prin-
cipatum, quo caſu nec valet, etiam reſpe-
ctu concedentis, aliàs ſecus, etiam quoad
ſucceſſorem, iuxta doctrinã *Bar.in d.*§.*planè*,
quam procedere, etiam in alienatione re-
galium, primo loco (licet non firmet pe-
des) ſentit *Soc.in d.conſ.*7.*ſub num.*6.*volu.*3.
& verè hæc diſtinctio locum habet non ſo-
lum reſpectu concedentis, quod nemo infi-
ciat, ſed etiam reſpectu ſucceſſoris *Andr.in*
rubr.quæ ſunt reg. & ibid. latius Afflict.in 5.*q.*
*princ.num.*61. qui inter alios allegat ad hoc
Bart.in dict. §. *planè*, ibique conciliat ſecun-
dum hanc diſtinctionem, opinionem affir-
matiuam *Andr.* & negatiuam *Luc.de Pen.in*
d.l.quicumq; C.de omn.agr.deſer. ſentientis re-
galia & demanialia non poſſe à Principe
alienari, quod locum habere inquit, data
magna diminutione, aliàs ſecus, *ad textum*
*in dict.cap.*1.*ibi: Niſi quæ ſpecialiter, quæ ſunt*
reg. quem ad hoc citat, *Becc.in conſ.*15.*num.*
23.*volum.*1. quod apertè admittit *Roland.*
*licet citatus ex aduerſo, in dict.conſ.*1.*num.*104.
106.*&* 107.*vol.*2. qui in ea facti ſpecie ani-
maduertit, an conceſſio illa regalium ten-
debat in maximam diminutionem coro-
næ, idque pariter aduertit *Peregr.de iur.Fiſc.*
*lib.*1.*tit.*3.*num.*74. *Aroſen.de feud.cap.*5. *con-*
*cluſ.*1.*in gloſ.lit.B. & mouentur omnes ex Doct.*
Bar.in d.§.*planè*, nec ab hoc diſſentit *Petr.de*
82 *Grego..Toloſ.* licet ex aduerſo allegetur, ſed
non fideliter *in d.lib.*7.*de repub.cap.*20.*num.*
61. vbi inquit formaliter, quòd poteſt
Princeps aliqua ex regalibus alienare, quæ
ad ius, & menſam Imperij pertinent, ſi inde
modica tantum ſequatur læſio, valebit ea
alienario, etiam in præiudicium ſucceſſo-
ris, & Regiæ coronæ, ſi ex iuſta, & rationa-
bili cauſa ſit alienatio. Hec ille. Et hæc
eſt communis opinio, de qua atteſtatur
*Becc.in dict. conſ.*15. qui ſubdit, quòd non
ſolum ſpecialiter, ſed etiam generaliter con
83 ceſſio regalium fieri poteſt, dummodo ap-
pareat talem fuiſſe Principis mentem, *alle-*
*gat Iaſ. in conſil.*45.*in* 2.*dub.volum.*1.*accedit*
*Menoch.in tract.de præſumpt.lib.*3.*præſump.*97.
*num.*42. quod etiam in maioribus regali-
bus locum ſibi vendicat, quæ ſpecialiter
poſſunt concedi, licèt per generalem ver-
borum conceſſionem non cenſentur trasla-
ta, ex congeſtis à *Peregr.de iur.Fiſ.lib* 1.*tit.*2.
*num.*75. *& Menoch. vbi ſupra num.*41.*cum*
concord. adductis ſup.in 1.*part.num.*178. Ita-
que conſtat ex prædictis, non eſſe interdi-
ctam regalium alienationem abſolutè, &
ſimpliciter, vt ex aduerſo ſupponitur, ſed
cum diſtinctione præmiſſa, etiam reſpectu
84 ſucceſſoris, vt in ſpecie animaduertit *Petr.*
de Gregor.Toloſ. in loco præcit. qui abſolute
non dicit, quod alienatio regalium ex mo-
dica læſione eſt nulla, (vt ex aduerſo refer-
tur) quinimò contrarium expreſſe atteſta-
tur, quando ex iuſta, & rationabili cauſa
illa procedit, licet ſi abſque legitima cauſa
facta fuerit, velit eam poſſe reuocari, etiam
ex modica læſione. Non omittimus ta-
men, quod *Boſſ.ex aduerſo allegatus in tit.de*

reg.num. 34. tenet quòd hæc diſtinctio grauis, vel modicæ læſionis, procedit quoad ipſum concedentem, non quoad ſucceſſorem, qui indiſtincte reuocat: cuius ſententiam refert *Oſaſc. in deciſ.* 139. *num.* 6. *& alij quos ſciens prætereo*. Sed illa opinio Boſ. eſt contra communem, de qua atteſtatur *Aroſen. in d. concluſ.* 10. *cap.* 5. *lit. B. in fin.* pro qua expreſſe ſentit Rodolf. (licet ex aduerſo pro ſe allegatus à D. Corſet.) *de abſol. princ. poteſt. cap.* 6. *ſub nu.* 196. *& ideò Boſſ. improbat Peregr.* pariter à Corſet. pro ſe allegatus, *de iur. fiſ. lib.* 1. *tit.* 3. *ſub nu.* 74. *qui ex Natt. Roland. Menoch. & alijs*, tenet quod conceſſio regalium, quæ modicè lædit, non reuocatur à ſucceſſore ſi conceſſio facta fuerit ex cauſa rationabili, prout etiam animaduertit *Gregor. Toloſ. de repub. in dict. cap.* 20. *ſub num.* 61.

86 Et ideò in ſimplici conceſſione regalium reuocanda, hanc diſtinctionem inter magnam, vel modicam læſionem admittit *idē Surd. ex aduerſo citatus, in d. conſ.* 210. *ſub num.* 62. licet in conceſſione regalium maiorum velit quòd non attenditur illa diſtinctio: & in his terminis allegat Boſ. ea adductus ratione, quia talis conceſſio ſemper præiudicat Regiæ dignitati, quamuis magnum non afferat damnum pecuniarium *ad trad. ſup. num.* 76. adeò quòd Surd. in effectu ſentit etiam hanc partem, quòd vbi ex conceſſionem regalium non reſultat magnum præiudicium, illa non eſt reuocabilis. Vn-

87 de quod ex aduerſo refertur *à Fiſ. ſub dict.* 1. *reſp. prin. in verſ. ſub ſequitur*, de Principe, qui ſicut nō poteſt iura principatus ſubuertere, ita nec diminuere, *ex Petr. de Gregor. Toloſ. in loco præalle. ſub num.* 61. *in verſ. alia ratio, per text. in l. ſi optio. ff. quā, & à quibus, addimus Caſſian. in conſ.* 66. *ſub num.* 17. *& Soc. Iun. in conſil.* 60. *num.* 51. *volum.* 3. *& alios quos citat Peregr. de iur. Fiſ. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 70. locum habet quando diminutio tendit in magnā læſionem principatus, vt *idem Gregor. Toloſ. ibid.* paulò ante atteſtatur, & declarat *Peregr. vbi ſup. in* 4. *concluſ. num.* 74. & conue-

88 niunt alij ſuperius adducti. Nec reſtragantur tradita *per Luc. de Pen. in dict. l. quicumque C. de omn. agr. deſer.* qui videtur ſentire, quòd nec modica conceſſio fieri poteſt, ne propter multas modicas conceſſiones, decreſcant iura Regni, nam ipſe non dicit quòd conceſſio, quæ modicè lædit, fieri non poteſt, ſed tunc non valent conceſſiones, ſi plures modicæ fiunt alienationes de iuribus Regni, quibus coaceruatis reſultat grauis diminutio coronæ: & ſic loquitur de caſu enormis læſionis, ſiue enormis læſio reſultat ex vna conceſſione, ſiue ex pluribus, licèt ſingulariter modicis, vt declarat *Afflict. in dict. rubr. quæ ſunt reg. num.* 65. prout ab experientia illud probat *Neuiz. in d. conſ.* 12. *num.* 66. de Regno Auſtriæ, quod ita paulatim mutilatum, perdidit nomen Regni, vt atteſtatur *Rober. Gagui. in chron. Franc. in vita Loth. lib.* 5. *capit.* 6. cuius verba tranſcribit *Menoch. in conſil.* 1003. *ſub num.* 19. Vnde obſeruandum eſt, ſecundum eum, quo tempore Princeps alienat: nam ſi vel nullæ, vel aliquæ tenues factæ ſunt alienationes, valent, quia licet Principi aliqua regalia, vel demanialia alienare, quando modicum reſultat detrimentum, iuxta prædicta: ſin autem iam multæ factæ fuiſſent, ita vt Regnum, ſeu principatus eſſet multum diminutus, non poteſt Princeps vlterius proſequi, etiam ſingulariter alienando, quia ſic iura Regni ex multis modicis decreſcerent, vt declarat *Menoch. in dict. conſ.* 1003. *num.* 20. *&* 21.

89 qui voluit, quòd quando plures fuerunt factæ alinationes, quibus ſimul iunctis grauiter læditur corona Regis, non eſt facienda coaceruatio, vt omnes reuocentur, ſed poſtremæ non valent, auctoritate *Imol. in cap.* 2. *num.* 8. *de donat. qui loquitur de plur. alien. rer. Eccle.* quem refert in terminis iſtis & ſequitur *Afflict. in dict. cap. Imperialem, §. Præterea ducatus in* 3. *notab. num.* 49. *in fin.* vbi teſtatur de communi, *& Schard. de feud. in* 4. *par. cap.* 1. *num.* 23. etſi aliter loqui videatur *Roland. in dict. conſil.* 1. *num.* 122. *volum.* 2. Itaque indubitata eſt concluſio, quòd alienatio demanialium, ſeu regalium, aut aliorum iurium coronæ, quæ modicè lædit, fieri poteſt, etiam in præiudicium ſucceſſoris: vnde illa diſtinctio, an maximè, vel modicè lædat conceſſio, non reijcitur, vt inquit Fiſ.

90 ſed communiter admittitur, vt ex præmiſſis patet, & maxime quando in conceſſione tractatur de his, quæ ſpectant ad officium Principis *Bal. in l.* 1. *in princ. ff. de conſt. Princip. Purpu. in conſ.* 18. *ſub num.* 67. *volu.* 1. vt inre iſta inquit *Capic. in deciſ.* 121. *ſub nu.* 5. qui loquitur de infeudatione, quam dicit valere, ſi non eſt in magnam diminutionem coronæ, illamque non poſſe ſucceſſorem reuocare, poſt alios, quos citat, atteſtatur, ex quo infeudare eſt de officio Principis, *§. illud in auth. conſt. quæ de dignit.* & ideò ſuperius diximus illam fieri poſſe, quia infeudando aliquam Ciuitatem, vel caſtrum, vtitur Princeps iure ſuo, *Peregr.*

regr.

Digitized by Google

reg. poſt alios, quos ſupra citauimus lib. 1.
de iur. Fiſc. tit. 3. num. 73. Ex quibus inferendo
ad rem noſtram, ſiue conceſſio immunitatis
ſit regalium alienatio, ſiue ſit diminutio
redditum, vtique ad illius validitatem
eſt attendenda hæc diſtinctio, an illa
modice, vel grauiter lædat, & maxime
quia tractatur de his, quæ ſpectant ad officium
Principis, cuius proprium eſt, non
minus quam in feudare, immunitates concedere,
vt in 2. conſider. in 2. par. deduximus,
& indiuidualiter inquit Dom. Reg. Tap. in d.
rubr. ff. de conſtit. Princ. cap. 4. nu. 30.
91 In qua re nullo iuris fundamento attentari
poteſt, conceſſionem immunitatis, de
qua quæritur, talem eſſe, quæ grauiter lædat,
& in magnam diminutionem coronæ
tendat; nam agitur de immunitate conceſſa
vni Ciuitati, quæ ſiue conſideratur
concedens, ſiue conceſſionarius, ſiue ipſamet
res conceſſa, eſt res minima, & modici
præiudicij: quia ſi concedens conſideratur,
vtique tanta eſt illius ſtatus amplitudo,
quòd hæc vnius Ciuitatis exemptio, non
ſolum reſpectu aliorum Regnorum, quæ
concedentes pro tempore poſſidebant, ſed
etiam reſpectu iſtius Regni, eſt res minima,
ad notata per gloſ. & Bart. in l. ſed, etſi ſuſceperit,
92 §. ſi libertis num. 4. ff. de iud. vbi volunt,
quòd modicum dicitur reſpectu perſonarum:
& ideo donatio, quæ reſpectu inferiorum
eſſet magna, à Rege tamen facta dicitur
modica: ex qualitate enim perſonarum
iudicatur, an conceſſio ſit, vel ne, moderata,
Ioan. de Anan. in conſ. 81. ſub num. 2. Petr. de
poteſt. Princ. cap. 32. in 2. dubit. ſub num. 217.
93 fol. 184. Hinc modica, vel magna læſio,
conſideratur reſpectu amplitudinis ſtatus,
ac dignitatis concedentis, Soc. Iun. in conſil.
60. num. 48. & ſeq. Volum. 3. & in conſil. 17.
num. 3. Volum. 4. & Pereg. in terminis noſtris
94 de iur. Fiſ. lib. 1. tit. 3. ſub num. 74. in fin. Pariter
ſi conceſſionarius inſpicitur, quæ eſt ipſa
vrbs Meſſanæ benemerita, quæ ob tot, tantaque
ſeruitia notabilia præſtita, hanc immunitatem
obtinuit, certè illa eſt res minima,
quia maiora merebatur, teſte Federic.
III. qui teſtatur priuilegium illud immunitatis
impar eſſe Meſſanenſium meritis;
quæ enunciauimus ſub 3. princip. ſuppoſ. in 1.
par. vbi inter alia ad excludendum exceſſum,
diximus ſufficere tot Princeps immunitatis
conceſſionem meritis commenſuraſſe,
poſt Tiraquel. Menoch. & Carol. Bardell.
ibi citat. ſub num. 83. quæ merita, cum ſint
iuſta cauſa conceſſionis immunitatis, Pariſ.
in conſ. 68. num. 5. volum. 1. Decian. in conſ.
51. num. 25. volum. 3. cum concord. traditis ſup.
in 2. par. ſub 5. princip. conſider. vtique illius
conceſſio ſuſtinetur etiam in præiudicium
ſucceſſoris, tanquam facta ex iuſta, & rationabili
cauſa, ad tradita à Petr. de Gregor.
Toloſ. in lib. 7. de repub. cap. 20. num. 61. & Pe-
95 regr. de iur. Fiſ. Ubi ſupra. Tandem ſi ipſamet
res conceſſa inſpicitur, eadem menſura
conſideranda eſt: nam tractatur de immunitate
vnius Ciuitatis, quæ etſi pleniſſima
ſit, magnam tamen coronæ, ſeu Principatus
diminutionem non poteſt importare,
ſiquidem illa reſultat ex alienatione quotę
principatus, vel alicuius prouinciæ, aut ex
ſimili conceſſione, quæ ipſius principatus
Maieſtatem ſubuertit, illiuſque vires eneruat,
aut aliàs ſupremæ Maieſt. valde detrahit,
vt ex adductis patet, Iaſ. in conſil. 10.
num. 4. volum. 3. quem refert, & ſequitur
Petr. de poteſt. Princ. in dict. cap. 32. in 2. dubit.
ſub num. 206. Cæterum in eo quod ad vnam
Ciuitatem pertinet, graue præiudicium
non conſideratur. Hinc eſt, quòd Princeps,
qui non poteſt iura ſui principatus grauiter
diminuere, poteſt tamen, vt ſupra deduximus,
vnam Ciuitatem de eius demanio
alienare, vt tradunt DD. quos commemorat
Reſtau. inter alios ſuperius citatus in
tract. de Imperat. quæſt. 104. num. 3. quod in
dubium non poſſe reuocari inquit, Menoch.
in conſ. 201. num. 130. quod etiam de Ro-
96 man. Pontif. tradunt Abb. Curt. Iun. Iaſ. Dec.
& Pariſ. à Peregr. citati in dict. lib. 1. tit. 3. de
iur. Fiſ. num. 90. quod voluit etiam Bald. in
l. cum multa in fin. C. de bon. quæ liber. vbi ait,
quòd Papa poteſt benemeritis dare caſtra
in feudum: & ſi fuerit pretioſa, de conſenſu
collegij, pariter id facere poteſt, Aluar.
in cap. 1. in princ. Epiſ. vel Abb. & in capit. 1. &
ibi Afflict. num. 37. de his, qui feud. dar. poſſ. Afflict.
in cap. 1. num. 59. de alien. feud. pater. Cur.
Iun. de feud. in 1. p. quæſt. 11. num. 5. Petr. de
poteſt. Princip. in loco præcit. Rola. in conſ. 2. num.
201. vol. 1. quod reſpectu Principis ſecularis,
quoad Procerum conſilium, potius honeſtatis
eſſe, quàm neceſſitatis, voluit Petr.
de Gregor. Toloſ. in dict. lib. 7. de repu. cap. 20.
ſub dict. num. 61. quinimò etiam in Roman.
Pontif. illud atteſtatur Peregr. in loco præcit.
97 nu. 79. & 80. Pariter poteſt Princeps vnius
Ciuitatis alienare regalia, etiam in præiudicium
ſucceſſoris, Iaſ. in d. conſ. 10. col. fin. nu.
24. vol. 3. quem ſequitur Alexand. Raud. in conſ.
1. num. 309. vol. 2. & Natt. in conſ. 122. nu. 20.
qui illud, quod traditur poſt Bald. & alios
de

de prohibita alienatione regalium, intelli-
git procedere, vbi Princeps alienat regalia
totius ſtatus, non locorum particularium,
& ſubdit, quòd iſtud quotidie fieri vide-
98 mus, & in effectu ſeruatur in dies in aliena-
tione, ſeu infeudatione alicuius caſtri, vel
Ciuitatis demanialis, quæ ſolet fieri vnà
cum regalibus, ad tradita *per Bart. in l. 1. C. de
bon. vacan. lib. 10. Boſſ. in titul. de regal. num. 23.
Afflict. in rub. quæ ſunt regal. num. 68. Soc. Iun.
in conſ. 75. num. 1. & in conſ. 76. num. 20. volu.
4. & Peregr.* qui eorum meminit *de iur. Fiſc.
lib. 1. tit. 2. num.* 100. Ex quibus datur intel-
ligi, inferendo ad rem noſtram, quòd pari-
ter poterunt Principes, ac Reges, vni Ciui-
tati Meſſanæ immunitatem concedere,
quia leue eſt aſſerere illius conceſſionem,
eſſe de his, quæ tendunt in magnam Regni
diminutionem. Vnde ingenue fateor vſq;
adhuc non legiſſe aliquem ex DD. ex ad-
uerſo allegatis, qui loquens de ſimili con-
ceſſione immunitatis auſus fuerit eam im-
probare, ex hoc capite læſionis.

99 Nec præmiſsis illa duo refragantur, quæ
ex aduerſo afferri animaduertimus. Pri-
mum illud eſt, quod traditur à Dom. Ma-
tut. qui extollens diuitias, introitus, mer-
cimonia, aliaque vrbis Meſſanæ, conatur
ſuadere conceſſionem immunitatis ei fa-
ctam, rem maximi momenti eſſe, habito re-
ſpectu ad reliquam partem Regni Siciliæ,
cuius maior pars illius menſuram non at-
tingit. Sed iſtud quod traditur, non con-
cludit: nam in primis, vt ex præmiſsis pa-
tet, ad cognoſcendum maximam, vel mo-
dicam diminutionem, habetur reſpectus
ad ſtatus amplitudinem, ac dignitatem
Principis concedentis, quem diximus vni-
cum habere patrimonium, non plura,
prout plura poſſedet Regna, & ideò habi-
to reſpectu ad ſtatus amplitudinem, quem
poſſidebant Principes, qui hanc immuni-
tatem conceſſerunt, & quem hodie poſsi-
det ſua Catholica Maieſtas, vtique quod
detrahitur propter hanc Meſſanæ immu-
nitatem, eſt res plus quàm modica, & ideò
nullius eſt conſiderationis, ex vulgaribus,
100 quia parum, & nihil à pari procedunt,
*cap. de multa, de præbend. cap. licet cauſam, de
prob. Bald. in auth. præterea, C. vnde vir. & vxor,
Corn. in conſ. 63. colum. fin. lib. 1. & Menoch. in
conſ. 96. num. 7. & 8. vol. 1.* Quinimò, ſi ha-
betur reſpectus ad reliquum iſtius Regni,
adhuc tamen, vt animaduertit *Bologn. ſub
num. 103.* quod detrahitur propter hanc
immunitatem ex collectis, quæ ſoluuntur
ab alijs Ciuitatibus, ac partibus Regni, eſt
modicæ conſiderationis, vt patet ad ocu-
lum ex taxis, quæ fieri ſolent pro ſoluendis
donatiuis, ac alijs ordinarijs collectis Re-
gni. Nec valet replicatio ſi fieret, quòd
reſpectu vectigalis, de quo hodie indiui-
dualiter quæritur, immunitas Meſſanæ val-
dè de eo abſorbet: tùm quia quod detrahi-
tur, qualecumque ſit, tale eſſe non poteſt,
quòd ex eo reſultet illa maxima diminutio
Coronæ, quæ eſt neceſſaria ad inficiandum
contractum, ſeu conceſsionem Principis, ex
deductis. Tùm etiam, quia iſte caſus emer-
git poſt mille annos à die conceſſæ immu-
101 nitatis, ita vt ratione incertitudinis, quæ
tempore conceſsionis aderat, læſio (dato
quòd talis eſſet) non eſt conſiderabilis, *l. de
fideicommiſſo, C. de tranſact. l. ſi ea lege, C. de
vſur. l. ſi pater puellæ, C. de inoffic. teſtam. & l. pe-
nult. C. de ſolution. facit text. in l. 1. cum ibi notatis
per Salic. nu. 3. C. de pactis, Bald. in l. fin. §. ſed &
ſi quis, num. 4. C. com. de legat. Iacob. de Glioc. in
conſ. 96. inter conſ. Calcan. Cranet. in conſil. 142.
num. 8. volum. 1. Roland. in conſil. 28. num. 24.
volum. 4. conueniunt tradita à Peregr. in conſil.
102 52. in fin. volum. 5.* Hinceſt, quòd ad cogno-
ſcendum, an in conceſsione interuenit ma-
gna, vel modica læſio, tempus conceſſionis
ſeu contractus inſpicitur, non quod poſteà
emergit, *ad text. in l. verum §. item non reſtitui-
tur, ff. de minor. l. ſi ita quis, ff. de aur. & argent.
legat. cap. eam te, de reſcriptis, cap. cum dilecti, de
emption. & vendition. ad notata in l. 2. C. de re-
ſcindend. venditio.* prout in dignoſcenda læ-
ſione Eccleſiæ, in alienatione rei, tradit *Cal-
derin. in conſ. 5. ſub tit. de rerum permutat. Ruin.
in conſil. 35. Volum. 1. Iaſ. in conſil. 54. num. 20.
volum. 1. Pariſ. in conſ. 24. num. 7. volum. 4.* &
in terminis noſtris *Soc. Iun. in conſil. 60. num.
55. vol. 3. Purpur. in conſ. 18. ſub num. 56. ante
verſ. Et pariter, volum. 1. & Peregr. de iur. fiſc.
103 lib. 1. tit. 3. ſub num. 74. in fin.* Secundum illud
eſt, quod traditur à Domino Fiſci Patro-
no, qui tandem ſub eadem prima principa-
li reſponſione, *in verſ. Præterea*, ſentiens ve-
rius eſſe, quòd non obſtantibus ab eo ad-
ductis, attenditur diſtinctio præmiſſa, &
communis, an modicè, vel grauiter lædat
conceſſio, inquit quòd etiam, ea attenta
habet intentum. Ex quo cum per talem
immunitatem Meſſanæ conceſſam in for-
ma pleniſsima, abdicat à ſe Princeps facul-
tatem imponendi vectigalia in quocumq;
caſu etiam vrgentiſsimo, licèt de illis eſſet,
in quibus per capitula Regni poteſt Rex
collectas nouas indicere, vtique nemo eſt,

qui

Digitized by Google

qni non dicat, ex tali conceſſione maximè lædi Regiam dignitatem, nam, tributis ſublatis, potiſſimè in caſu vrgenti, neceſſe eſt Rempublicam perire, & ideò inquit, quòd non poteſt Princeps abdicare à ſe poteſtatem imponendi onera propter bonum pnblicum, *ex Alexand. Rauden. in reſpon. 1. num. 262. & ſeq. lib. 2.* vnde refert vectigalium remiſſionem factam à Sylla, improbaſſe Senatum Romanum, illamq; in præiudicium ſucceſſorum nullam eſſe ait, vti tendentem in magnam Coronæ, ac publicæ vtilitatis præiudicium, *ex Roland.* poſt infinitos, quos aſſerit cumulare *in dict. conſil. 1. num. 97. cum ſeq. & per tot. volum 2. & Natt. in conſil. 487. volum. 3.* Sed pariter nec iſtud rei noſtræ conuenit, in qua tractatur de conceſſione immunitatis facta vni Ciuitati tàm benemeritæ, quæ differt ab abſoluta abdicatione authoritatis imponendi vectigalia, quam implicat Fiſcus. Hæc enim conceſſio, etſi pleniſſima, ac verbis vniuerſalibus facta, eſt valida, vt traditum eſt ſupra in tertia conſideratione, & propterea ad omnes caſus porrigitur, etiam vrgentiſſimæ neceſſitatis, vt dicetur inferiùs in quarto & vltimo membro, nec propterea ab aliquo ex Doctoribus inuenimus illam improbari, ex capite magnæ diminutionis Principatus, ſub prætextu, quòd per illam abdicatur authoritas imponendi vectigalia, quinimò paſſim à DD. traditur, illam eſſe validam, & porrigi etiam ad onera bellica, & ſimilia, vt inferius dicetur *in dict. 4. memb. num. 240. 242. 245. 249. & 258.*
104 aliàs damnoſa eſſet cautela, quam pro obtinenda pleniſſima immunitate, etiam in caſu vrgentis neceſſitatis, *tradunt Doct. de qua per Alexand. in l. ſi ex toto, ſub num. 6. in verſ. Sis tamen cautus, ff. de legat. 1. Bart. in l. 2. num. 4. ff. de iur. immunit. & in l. vacuatis, num. 5. C. de Decur. lib. 10. Natt. in conſ. 397. num. 8. & in conſ. 525. num. 10. Rolan. in conſil. 5. num. num. 42. Volum. 1. Surd. in conſil. 146. num. 20. volum. 1. cum ſimil.* ſi ex hoc capite poſſet
105 faciliùs immunitatis conceſſio inficiari. Et tamen illam eſſe validam ac ſeruandam, ſentiunt omnes, qui tuentur immunitatem pleniſſimam, etiam in caſibus vrgentis neceſſitatis, in quibus ſupponitur, publicam vtilitatem ſubeſſe, *Pariſ. conſil. 68. num. 17. volum. 1. Alexand. conſ. 30. verſ. Circa ſextum, volum. 5. Natt. in conſ. 63. Roland. in conſil. 53. num. 32. volum. 4. Riminald. Iun. in conſ. 413. num. 18. & 19. volum. 4. & in conſ. 450. num. num. 41. cum concord.* ordine ſuo tradendis.

Ex quo apertè datur intelligi, conceſſionem talis immunitatis valere, nec procedere conſequentiam, quam facit Fiſ. illam non ſubſiſtere, ſub prætextu quòd per eam abdicat à ſe Princeps poteſtatem imponendi vectigalia, iuxta terminos, de quibus loquitur *Alexand. Raudenſ.* ex aduerſo citatus: Ad cuius rei confirmationem accedere poteſt, quod in propoſito ſuo animaduertit *Bologn. in eius conſ. 1. num. 162.* (licèt D. Matut. qui tanti viri doctrinam conatus eſt detrahere, illud captioſum fundamentum
106 appellet) Inquit ergò Bolog. quòd Imperator per ſuum priuilegium poteſt plenam libertatem donare vni Ciuitati, ita quod in nihilo recognoſcatur in ſuperiorem, prout de Florentia, & Ciuitate Lucana refertur *à Socin. in conſ. 275. ſub num. 7. verſ. Si verò & tertio, volum. 2. qui poſt Blon. & Platin.* inquit, quòd Rodulfus Imperator conceſſit libertatem Florentinis pro ſex mille ducatis, & Lucenſibus pro duodecim mille, *addimus Felin. in cap. cùm non liceat, ſub num. 52. verſ. Quarto conſidera, de præſcr. Dec. in conſ. 357. num. 2. in 3. part. Petr. de poteſt. Prin. in cap. 32. in 2. dub. ſub num. 212.* qui loquens in terminis noſtris, arbitratur hoc eſſe modici præiudicij, ſubdens *poſt Bald. quem allegat*, quòd imperator poteſt dare aliquibus Ciuitatibus libertatem, quia cum huiuſmodi actu conceſſionis concurrit ius naturale primæuum, quo omnes homines naſcebantur liberi, vt aliàs pro re noſtra immunitatis enuntiauimus ſupra in hac tertia parte num. 61. Hinc refert de Sylla, qui cum bellum geſſiſſet Mitridaticum, aliquas in Aſia, accepta pecunia, Ciuitates libertas facit, quod & Senatus tunc approbauit, ſicut aliàs, Senatu conſentiente, Quintus Flaminius Conſul, victo Philippo Macedonum Rege, Græciæ vrbes liberas eſſe juſſit, vt refert *Valer. Max. lib. 4. in tit. de Liberalitate, & Gugliel. de Bened. in rep. cap. Raynutius, in verb. duas habens vxores, num. 43. de teſtam.* Itaque ſi licet in totum aliquam Ciuitatem liberare, multò magis licitum eſt, retento dominio, pleniſſimam immunitatem cōcedere, quia munus eſt, quidquid dicat D. Matut. licèt ſine ſapore, quod repetit idem *Bologn. ſub num. 166. in verſ. Quinimò*, nec meretur argui de contrarietate ab eodem D. Matute: nam quatenùs conſtituit *Bologn. differentiam ſub dict. num. 166.* inter eximere abſolutè aliquam Ciuitatem à ſuprema poteſtate Principis, & facere eam immunem, iuxta terminos noſtros, illud

Digitized by Google

lud tradit eorum ſententia, qui ita tenent
in primo caſu, quorum opinio, dato quòd
vera eſſet, non eſt tamen applicabilis in
caſu, in quo conceditur immunitas, licèt
pleniſſima, in quo nemo eſt qui non videt
illud præiudicium non verſari, de quo in
caſu, in quo tota ſuperioritas abdicatur, &
nihilominùs non deſunt, qui tenent etiam
in primo caſu talem conceſſionem valere,
vt dicunt DD. præcitati. Sed quidquid
ſit verum eſt quod inquit *Bologn. ſub d. num.*
166. & nos pariter aſſerere poſſumus, quòd
nihil probabile ex aduerſo allegatur in
terminis iſtis, quòd non poſſit Princeps ali-
cui Ciuitati immunitatem, licèt pleniſſi-
mam, concedere, cùm in hoc proprium
107 ipſius Principis verſatur munus. Vnde hoc
longè differt ab eo, quòd Fiſcus adductus
authoritate *Alexand. Raud. in d. conſil. 1. num.*
262. & ſeq. volum. 2. implicat de Principe,
qui a ſe abdicare non poteſt facultatem
imponendi onera propter bonum publi-
cum, videlicèt abſolutè abdicando a ſe pe-
nitùs hoc ius regale, inhærens oſſibus ſui
Principatus, atque apud ſe reſeruatum:
quod quidem eſſet in maximum Principa-
tus præiudicium, in quibus terminis pro-
cedunt tradita *à Roland. & Natt. ex aduerſo*
alleg. qui loquuntur de conceſſione facta
certorum locorum cum Regalibus, qua
non obſtante, concludunt, quòd poteſt Prin
ceps vectigalia imponere in dictis locis,
non tantùm quòd iura Regalia abſolutè
alienari non poſſunt, licèt iſtud implicant
in reſponſionibus ad fundamenta ex ad-
uerſo, cuius contrarium verius non eſſe pro
bauimus *ſup. nu. 81.* prout contra *Rol.* in hoc
voluit *Alexand. Raud. in d. conſil. 1. num. 302.*
vol. 2. Sed quia tantus erat numerus con-
ceſſionum, quòd tendebat in diminutio-
nem Principatus; pariter quia per dictas
conceſſiones non dicebatur verè abdicata
facultas exercendi regalia in locis conceſ-
ſis, quia illius conceſſio intelligebatur cu-
mulatiuè, non abdicatiuè, *ad text. in cap. du-*
dum, §. nos igitur de præbend. in 6. cum concord.
ſuperiùs traditis in hac parte, *ſub num. 74.*
à quo nec diſſentiunt *Alexand. Rauden. in*
d. conſ. 1. num. 263. Vnde ex his, & alijs per
eos in ea facti ſpecie adductis, conſulue-
runt Principem potuiſſe ſubditis ſuorum
vaſſallorum illa onera imponere, non ob-
ſtante conceſſione facta vaſſallis de dictis
locis cum Regalibus, ex quibus vti ex di-
uerſis non benè infertur ad rem noſtram,
in qua tractatur de conceſſione immuni-
tis factæ vni Ciuitati, expoſcentibus eius
meritis, ex quibus illa cum titulo oneroſo
iuſtificatur, ita quòd validiſſimam faten-
tur omnes, illamque irreuocabilem arbi-
trantur, etiam reſpectu ſucceſſoris, vt idem
Alexand. Rauden. atteſtatur in dict. conſ. 1. num.
308. Vnde dato, quòd nulla ſuæ Catholi-
cæ Maieſtatis exhiberetur priuilegiorum
confirmatio, quæ facit omnia prædicta de
præiudicio ſucceſſoris ceſſare, adhuc tamen
Rex Dominus noſter Catholicus tenetur
illam ſeruare: quia ex prædictis liquet, ſe-
cundùm terminos iuris non eſſe caſum, vt
poſſit ſucceſſor de prædeceſſoris conceſſio-
ne conqueri, nec illam aliqua ratione im-
probare.

108 Nec præmiſſis refragatur, quod Fiſcus
implicat in *2. princ. reſpon.* dùm ſupponens,
quòd in conceſſione immunitatis ſit alie-
natio Regalium, conatur illam improbare
ſub prætextu, quod tunc valet Regalium
conceſſio in præiudicium ſucceſſoris, quan-
do illud quod in priuilegio, ſeu in contra-
ctu deducitur, eſt naturaliter debitum, ſe-
cùs verò ſi indebitum, vel ex natura loci
non ita agendum fuiſſet, adductus autho-
ritate *Socin. Iun. in conſ. 60. ſub num. 52. verſic.*
Prætereà, Volum. 3. ſubdens illam doctrinam
in caſu iſto applicari, tùm ex conceſſione
non debita, atque ſublata omni collectan-
di poteſtate, tum etiam ex portuum alio-
rum clauſura, quoad prohibitam extra-
ctionem ſerici, de qua in priuilegio nouiſſi-
mo, in tam graue præiudicium Regiæ di-
gnitatis. Hæc Fiſc. quæ ita terminis noſtris
applicantur, quod melius eſſet pro effu-
gienda papyri denigratione, illa diſſimula-
re, quinimò ſi in aliquo terminis noſtris do-
ctrina *Socin. Iun.* applicari poteſt, vtique
contra eum illa faciliter retorquetur: nam
ſi Regalium conceſſio valet in præiudi-
cium ſucceſſoris, quando illud quod conce-
ditur, eſt naturaliter debitum, vtique (da-
to quòd in re noſtra de his terminis agere-
tur) valet etiam conceſſio immunitatis,
quia immunitas quæ conceditur, eſt natu-
raliter debita, tùm quia natura ipſa eam
ſuadet, vt per illam ad primæuum ius na-
turale ſtatus reducatur, quo attento om-
nes ſumus liberi, *vt poſt Bald. Petr. Nicol. Fe-*
ſtaſ. Menoch. & Surd. diximus ſupra in hac
tertiâ parte *in 1. cap. prin. nu. 61.* tum etiam
quia ſuppoſitis meritis Meſſanæ, quorum
intuitu immunitas iſta proceſſit, certè ex
debito, non ex liberalitate dicitur conceſſa.
Hinc dicitur titulo oneroſo obtenta, ad

tra-

Digitized by Google

tradita à nobis ſupra in prima parte, *in 3. ſuppoſ. num. 78. cum. ſeq.* Et ſic retorquendo fundamentum ſumptum ab authoritate *Soc. Iun.* talis conceſsio tanquam naturaliter debita, quamuis ampliſsima, valet in præiudicium ſucceſſoris, prout latè ex præmiſſis conſtat, illamque vti validam non poſſe à ſucceſſore reuocari, *poſt Bald. Feſtaſ. Burſ. Rim. Iun. Roland.* & alios deduximus ſuprà in ſecunda parte, in decima & vltima *conſi. num. 87.* Nec aliud conuenit, quod de natura loci implicatur eiuſdem *Soc. Iun.* authoritate, quia non videmus, quomodo ex natura loci non ita agendum fuiſſet cum vrbe Meſſanæ, prout tot Principes ſucceſſiuis temporibus, ita iſtius vrbis meritis expoſcentibus, has immunitates concedendo fecerunt: nihil enim inſolitum, nihil præter ordinem naturæ in conceſsione iſtius immunitatis factæ huic vrbi benemeritæ verſatur: quinimò in ea proptium munus Principis exercetur, ac actualis iuris regulis vſus perpenditur, vt ex ſuperiùs deductis patet. Et quòd hic trahitur per capillos de aliorum portuum clauſura, non attinet ad rem, de qua nunc loquimur, ſed de hoc traditum eſt ſuprà *ſub 3. ſuppoſ. princ.* dùm merita priuilegij nouiſsimi diſcuſſimus.

109 Pariter, nec prædictis obſtat, quod *ſub 3. princ. reſponſ.* adducit D. Fiſci Patronus, qui ad improbandam immunitatis conceſſionem (retentis eiſdē terminis) inquit, quòd opinio aſſeuerãs in alienatione Regalium, teneri aliquando ſucceſſorem ſtare facto prædeceſſoris, non procedit, quando iniuſtitia, vel dolus interuenit ex parte recipientis ex contractu Principis, quo caſu ipſemet qui contraxit, poteſt infringere contractum, quod pariter traditur *à D. Corſet. in 7. ſuppoſ. verſ. Limitat tertiò,* tacitè innuentes, quòd licèt immunitas de qua quæritur, ſit in vim contractus: quia tamen ex parte Meſſanę dolus & iniuſtitia interuenit, vtique ceſſat quod traditur de efficaci obligatione concedentis, & de irreuocabilitate conceſsionis, nempè illud non procedit, quando dolus ac iniuſtitia dedit cauſam contractui, quem Princeps ſeruare non tenetur *Bald. poſt Cin. in l. digna vox, num. 3. C. de leg. & in l. fin. in vlt. verb. C. de tranſact. Dom. Regens Tap. in l. fin. cap. 9. in 2. par. num. 38.* qui pariter allegat *Iacob. in ſua inueſt. in verb. Sed an Princeps, num. 1. Rodolf. poſt Andr. ab Exe. & Anton. Gabr. de abſol. Princip. poteſt. capit. 6. num. 202. cum concord. ex aduerſo adductis.*

110 Sed non minùs in hoc, quàm in cęteris in applicatione iuris differimus; nam ſi quod ex aduerſo in facto ſupponitur de aſſerta iniuſtitia ac dolo, refertur ad immunitatem, quam nedùm ex geminatis, ſed multiplicatis priuilegijs à diuerſis Principibus Meſſana ſucceſſiuè obtinuit, vtique illud tunc rei noſtræ applicari poſſe arbitramur, ſi tot intolerabiles labores, quos Meſſana non ſine maxima ſuorum ciuium ſanguinis effuſione, ac ſubſtantiæ detrimento notabili, non ſemel aut bis, ſed pluries & quoties ſe obtulit occaſio, tùm pro ſeruanda Romanis, olim rerum dominis, Republica à bello ſeruili turbata, tùm pro liberatione Principis à ſuis obſeſsi rebellibus, tùm pro infidelium ab hoc Regno Saracenorum expulſione, ac pro eiuſdem Regni defenſione & rebellium, ac inimicorum exterminatione grauiter ac mirabiliter pro eius innata fidelitate ſuſtinuit. Si igitur tot notabilia ſeruitia, tot inſignia merita, quæ huic immunitati cauſam dedere, & quibus illam imparem eſſe fatentur Principes concedentes, volumus iniuſtitiam, ac dolum appellare, certè tunc præmiſſa iuris diſpoſitio, terminis iſtis eſſet applicabilis: nam præmiſſa ſunt quæ ex parte Meſſanæ recipientis immunitatis conceſſionem interuenerunt, vt priuilegia ipſa teſtantur; & ideò ſi talia merentur iudicari, qualia ex aduerſo appellantur, dicat quiſque. Scimus enim omnes reſponſuros, nedùm dolum ac iniuſtitiam ceſſare, ſed potiùs illud ex parte vrbis interueniſſe, per quod illius immunitatis conceſſio iuſtificatur, cùm ex deductis in ſecunda parte in 5. conſid. conſtat benemerita iuſtam eſſe cauſam obtinendi immunitatem: ex quibus non ſolùm iuſtificatur immunitas à Principe conceſſa, cuius validitas à ſola eius voluntate pendet, ex deductis ſuprà in hac parte *ſub num. 60.* ſed etiam illa, quæ ab inferiotibus conceditur, quæ aliàs abſq; meritis non ſubſiſtit, prout de Ciuitate ſubdita *poſt Abbat. Alexand. Felin. Iaſ. Ruin. Pariſ. Roland. Surd.* & alios tradidimus ſupra *in dict. 5. conſid.* Verùm ſi quod de iniuſtitia ac dolo ſupponitur, refertur ad priuilegium nouiſſimum, prout illud referri animaduertimus, dùm omnes conantur ſuadere Catholicam Dom. Reg. Maieſt. in conceſſione illa fuiſſe enormiſſimè læſam, ac ex parte vrbis dolum, ſaltem re ipſa interueniſſe, ſuper quo ſpecialiter dilatat fimbrias *D. Corſet. in verſ. Ex quibus itaque, fol. 94.* qui inſiſtens in terminorum declaratione altiùs rem ipſam exordiri atteſtatur,

con-

Digitized by Google

concludens vnà cum alijs collegis, ponderatis conceſſionibus obtentis cum oblatione, ſuam Cath. Maiſt. multa contuliſſe, & nihil recepiſſe, & per conſequens enormiſſimè, ac læſam in totum arteſtatur, & ideò ad illius priuilegij obſeruentiam ob aſſertam læſionem, non teneri volunt ex aduerſo, ex traditis *per Bald. in dict. l. digna vox, & in d. l. fin. cum concor*. ſuperiùs relatis, Adden-
111 tes, quòd ad reſciſſionem contractus idem operatur dolus, re ipſa, qui ex læſione reſultat, quam dolus ex propoſito, *l. ſi quis cum aliter, in princip. ff. de verbor. obligation. & l. ſi ſuperſtiti, C. de dol. Ancharan. in conſ. 38. Alex. in conſ. 125. volum. 1. Dec. in conſ. 180. Cagnol. in l. 2. num. 81. C. de reſcinden. vendit. Oſaſc.* qui de magis communi teſtatur *in deciſ. 40. nu. 3. Turpur. allegat. ex aduerſo in dict. conſil. 18. nu. 46.* qui in terminis de conceſſione Principis loquens, inquit poſt *Bald.* quòd ſtante dolo non tenetur Princeps ſeruare conuentiones, vt latiùs per eos. Sed an hæc aſſerta læſio, ex qua dolum ex parte Meſſanæ arguunt domini ex aduerſo interueniſſe in conceſſione illius priuilegij, terminis noſtris conueniat, latiſſimè conſtat ex ſuperiùs deductis in tertio ſupp. princip. vbi non minùs probabili, quàm fideli calamo demonſtrauimus, omnē aſſertam in eo ceſſare prætenſam leſionem. Nam licèt ex forma illius capitulationis prima fronte videatur ſuam Catholicam Maieſtatem illa concedere, quę ſub dicto tertio ſuppoſ. retulimus: verè tamen omnia, aut ſaltem ea, quæ alicuius conſiderationis haberi poſſunt, vigore antiquorum priuilegiorum Meſſanæ competebant, adeò quòd, re ipſa ad terminos bonæ fidei redacta, quam fatentur ex aduerſo in Principis contractu exuberare, potiùs ſua Catholica Maieſtas, ex Procerum quorum exquiſiuit conſilium, ac deliberationem, bonam fidem agnoſcens, gabellas indictas contra formam priuilegiorum Meſſanæ extinxit, illiuſque vrbis pleniſſimas immunitates confirmauit, recepto ſeruitio oblato, quòd non ſolùm de ſuo Meſſanam contuliſſe, ac conceſſionibus æquiualere, ſed longè præponderare enunciauimus, propter quod pro conſtanti ſuppoſuimus, illud priuilegium vim oneroſi contractus habere, ex doctrina Bald. cum ſequac. ibidem adductis, & per conſequens irreuocabile eſſe in 9. conſid. principali tradidimus.

SVMMARIVM.

112 *Fiſcus aſſerit, quod priuilegium nouiſſimum non porrigitur ad hanc facti ſpeciem, in qua quæritur de vectigali à principe impoſito, cum illud emanauit pro imm:unitate contra gabellas impoſitas in comitijs generalibus.*

Sed ibidem hoc diluitur, num. ſeq.

113 *Bertrand. conſil. 181. volum. 3. in vltim. part. ex aduerſo alleg. his terminis, de quibus agitur, nō conuenit.*

114 *Priuilegij tenor oſtendit, quid ſub priuilegio continetur.*

Iuriſdictio, quæ, & quomodo ſit conceſſa, ex tenore priuilegij colligitur, ibid.

115 *Indulgendi facultas, an ſit conceſſa, ex tenore priuilegij colligitur.*

116 *Fiſcus conatur ſuadere confirmationem immunitatum habitam in priuilegio nouiſſimo, nihil operari, Uti factam de priuilegijs vſu contrario abrogatis.*

Sed iſtud diluitur num. 118. cum ſeq. vſque ad num. 130.

Dictio iuxta eſt relatiua, ibi. vide n. 127. & 128.

117 *Confirmatio priuilegiorum, vel ſtatutorum, non intelligitur de abrogatis, nec porrigitur ad inualida, vide num. 121.*

118 *Confirmatio priuilegiorum habita in priuilegio nouiſſimo, quid operatur oſtenditur, ſiue priuilegia confirmata erant Ualida, ſiue inualida, & num. 119. 220. & 122.*

119 *Confirmatio, eſt iuris prius quæſiti corroboratio.*

120 *Confirmatio obtenta in priuilegio nouiſſimo, ex certa ſcientia proceſſit, vide num. 121.*

122 *Fiſcus aſſerit, quòd Rex in priuilegio nouiſſimo noluit cōfirmare abſolutè immunitates & priuilegia Meſſanæ, ſed ea quæ vſu erant recepta.*

Clauſulæ poſitæ in priuilegio nouiſſimo, iuxta tamen priuilegiorum ipſius Ciuitatis tenores, intellectus, ibi. & num. 127.

123 *Verba non debent eſſe fruſtratoria, & ſine operatione.*

Intellectus, per quem incidimus in ſuperfluitatem, eſt euitandus, ibid.

124 *Corrigere ſe ipſum in continenti, nemo præſumitur.*

125 *Princeps debet eſſe immobilis, ſicut lapis angulari, & ſicut Polus in cœlo.*

126 *Interpretatio legis, aut cuiuslibet diſpoſitionis, debet fieri, ita, vt diſpoſitio ſibi non contradicat.*

127 *Priuilegij nouiſſimi verus intellectus traditur in ea clauſula, iuxta tamen priuilegiorum ipſius Ciuitatis tenores, cum ſeq.*

Referens reſtringitur ſm̄ diſpoſitionem relatā, & ſi in eo capitur error corrigitur ex relato, ibid.

128 *Dictio, iuxta, ſtat ſimilitudinarie.*

Clauſula in fine poſita an referatur ad imme-

diatè

Digitized by Google

diatè præcedentia, ibid.

129 *Interpretatio ſumi non debet, per quam diſpoſitio redditur eluſoria.*

Conceſſio noua priuilegij attenditur, quando appa ret, quòd Princeps confirmando voluit de nouo concedere, ibid.

130 *Fiſcus implicat, quòd priuilegia Meſſanæ quoad onera, quæ ſoluuntur pro extractione per extra Regnum, ſunt per contrarium vſum abrogata.*

Priuilegium per actum contrarium amittitur, ibi.

Immunitatis priuilegium perditur per actum in contrarium, ibi.

131 *Fiſcus aſſerit, Meßanam fateri in precibus porrectis Reg. Alfonſ. eius priuilegia per vſum contrarium abrogata, vide nu. 136. & 139.*

Confeſſio facta in precibus nocet confitenti, & prodeſt alteri, licet abſenti, ibi.

132 *Incluſio vnius, eſt alterius excluſio.*

133 *Signatura attenditur, & non petitio, & ideò ex pluribus petitis, ſi fuerit vnum conceſſum, cætera cenſentur denegata.*

134 *Fiſcus aſſerit, priuilegia immunitatis Meſſanæ vſu contrario abrogata, ex quo Meſſanenſes ſoluūt ius tracta, ſicut cæteri, vide nu. 140. 143.*

Immunis ſemel ſponte ſoluens, perdit immunitatem, ſed vide num. 143. & 144.

135 *Immunis, qui patitur ſe in æſtimo deſcribi, ſibi præiudicat.*

136 *Mens ex proœmio colligitur, & nu. 66.*

137 *Teſtis deponens per verbum forte, non concludit, ibid.*

Confeſſio non reſultat ex modo loquendi per verbum forte, ibid.

Dictio, fortè, dubitationem importat, ibid.

138 *Confeſſio dubia interpretatur in fauorem confitentis.*

139 *Priuilegia immunitatis Meſſanæ tempore Regis Alfonſi non erant abrogata, illaque mandauit Rex ſeruari.*

140 *Ius tractarum, quid ſit, & num. ſeq.*

Et differt à vectigalibus & gabellis, num. 142.

141 *Solutum ratione iuris tractæ eſt pretium, quo emitur facultas extrahendi prohibita.*

144 *Immunitatis priuilegio, cenſetur derogatum per ſolutiones reiteratas, quoad illum caſum, & actum, in quo factæ ſunt, non quoad alios.*

145 *Renuntiatio eſt ſtricti iuris, & trahitur ad expreſſa, illaq; eſt euitanda.*

Renuntiare priuilegio ſuo nemo præſumitur, ibi.

146 *Priuilegia conceſſa Ciuitati, vel Eccleſiæ, an per contrarium vſum ciuium, vel clericorum tollantur.*

Immunitati conceſſæ Ciuitati, an per ſolutionem factam à ciuibus, derogetur, ibid.

147 *Poſſeſſio, ſeu quaſi, ſtrictè interpretatur, ita quòd tantùm quis poſſidere, vel quaſi, dicitur, quantum detinet.*

Præſcriptum, tantum dicitur, quantùm reperitur poſſeſſum, ibi. & num. ſeq.

148 *Præſcripſiſſe prætendens ius exigendi pedagium, ſi probat ſe eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi de certis rebus, in illis tantum dicitur præſcripſiſſe.*

149 *Conſuetudo, & præſcriptio ſunt facti, & extenſionem non recipiunt, ſed in ſuis terminis ſeruantur.*

150 *Vſus, ſeu præſcriptio debet probari in ſpecie in caſu, de quo quæritur.*

151 *Præſcriptio, ſeu conſuetudo tantùm habet de potentia, quantùm de vſu, ſeu actu.*

112 SEcundò, ſub hoc primo membro principali conuenit, quod ex aduerſo traditur, accedens præmiſſis, quòd in ſpecie immunitas, quæ ex dicto nouiſſimo priuilegio reſultat, in terminis, de quibus agitur, non ſuffragatur, quod Fiſcus adducit *in 8. princ. reſp.* vbi vult, quòd illud priuilegium emanauit reſpectu immunitatis, quam Meſſana tunc prętendebat pro gabellis impoſitis in comitijs generalibus Regni, & ideò non debet porrigi ad hos terminos, in quibus quęritur de vectigali à Principe impoſito, de cuius potectate nihil tempore illius conceſſionis fuit diſcuſſum, aut pertractatum ſub prætextu, quòd immunitatis priuilegia ſtrictè debent interpretari, nec ad caſum diuerſum ex eis eſt inferendum, ad tradita indiuidualiter *per Bertran. in conſ. 181. nu. 11. in poſter. par. volum.* 3. aliàs ab eodem alleg. prout retulimus ſuprà in hac *part. num.* 49. qui cōſuluit, quòd priuilegium immunitatis pro tallijs, cēſibus, aut alijs oneribus, nō ſe extendit ad generalia ſubſidia, ſeu dona gratioſa, quæ fiunt in Delfinatu, cùm hæc ſint duo ſeparata & diuerſa, nempè talliæ indicuntur à Principe, ſubditis inuitis: hæc verò ſponte præſtantur.

Sed iſtud facilè diluitur ex inſpectione illius priuilegij, ex cuius, tenore patet, quòd res aliter ſe habuit, quam vt refertur. Itaque quatenùs Meſſana in hac facti ſpecie ad vberiorem cautelam ſuæ antiquæ immunitatis, iuuatur dicto priuilegio, vtique illud de caſu ad caſum non extenditur, vt Fiſcus attentat, & ideò nullatenùs conuenit, quod *Bertran.* conſuluit ex aduerſo allegat. Circa quod nolumus circumſcribere, quòd ſi res ita ſe haberet in hac facti ſpecie, prout Fiſc. Patron. refert,

tamen tradita à *Bertran.* non bene conueni-
rent, quia non loquitur in terminis termi-
nantibus, vt Fiſ. atteſtatur, ſed in ſtrictio-
ribus, tùm quia vt *Bertran.* conatur probare
ſub num 7. licèt verè non firmat pedes, illa
immunitas à contributione facienda in tal
lijs & alijs oneribus, præſumebatur conceſ-
ſa ad illorum ſupplicantium petitionem:
& ideò ſtrictè illa interpretatur ex dedu-
ctis *in* 2. *par. in* 7. *conſid.* & ipſemet *Bertrand.*
atteſtatur ibidem *ſub num.* 10. *verſ. Ad ter-
tium.* quod terminis noſtris non conue-
nit, dùm ex ibidem deductis patet, immu-
nitatem iſtam eſſe fauorabilem, ac latiſſi-
mè interpretandam, tùm etiam quia in ea
facti ſpecie, ſi illa immunitas porrigebatur
ad illa ſubſidia & dona gratioſa, cęterorum
præiudicium reſultabat, vt ipſe inquit ſub
d. nu. 10. ex eo fortè quòd illa conſiſtebant
in certa ſumma ſoluenda à patria Delphin.
vt colligitur ex eodem *Bertran. ſub num.* 12.
Ita quòd data illa exemptione pars exem-
ptorum cæteris accreſcebat, vt ipſe aduer-
tit *ſub num.* 19. *ad tradita per Abbat. in cap. ac-
cedentes, de præſcrip. Bart. & Paul. de Caſtr. in
l. ab omnibus, ff. de legat.* 1. *Bart. in l.* 2. *num.* 3. *C.
de apoc. public. cum concord.* ordine ſuo traden
dis in ſeq. membro, & ideò, quia verteba-
tur præiudicium tertij, faciliùs ſuaderi po-
tuit illam ſtrictè interpretari, nec ad dona
gratioſa præmiſſa porrigi, vt ipſe atteſtatur
ibidem *in dict. verſ. Ad tertium*, quòd præiu-
dicium in hac facti ſpecie omninò ceſſare
in dicto ſecundo membro oſtendetur. Et
ideò immunitatem latiori termino inter-
pretari, non eſſet abſurdum, *ex allegat. ſuprà
in* 2. *par. ſub dict.* 7. *conſid. num.* 69. Sed vt di-
ximus, in his inſiſtere non oportet, ex quo
aliter ſe habet veritas, vt tenor illius priui-
legij teſtatur. Nam licèt illi priuilegio
cauſam dederunt gabellæ impoſitæ in co-
mitijs generalibus, tamen earum occaſione
de omni Meſſanæ immunitate fuit tunc
temporis benè diſcuſſum ac pertractatum,
quæ ibidem expreſſe confirmatur, & ad
vberiorem cautelam de nouo conceditur
in ſpecie, reſpectu gabellarum imponen-
darum à Rege, vt in tertio capite illius con
cordiæ legitur, quam capitulationem, ac
immunitatis priuilegia, & omnia & ſingu-
la in eis contenta Sua Catholica Maieſtas
ibidem confirmat ex certa ſcientia, ac ſu-
premi Conſilij deliberatione accedente:
& ideò quatenùs in hac facti ſpecie ad cor-
roborationem ſuæ pleniſſimæ, ac antiquæ
immunitatis Meſſana eo nouiſſimo iuua-

tur priuilegio, vtique non agitur de exten-
ſione immunitatis facienda de caſu ad ca-
ſum, vt Fiſcus ſupponit, nam illud priuile-
gium expreſsè, ac ſpecialiter comprehendit
caſum immunitatis aduerſus gabellas &
vectigalia à Rege imponendas, vt ex eius
tenore patet, ex quo exēptio ipſa colligitur
Ioā. Mona. in c. Epiſcoporū, ſub verb. cōtempſerit.
114 *de priu. in.* 6. Eſt enim generale, quòd tenor
priuilegij oſtendit quid ſub priuilegio con-
tinetur, *Anton. de Butr. Abbas, & Canon.* lo-
quentes de priuilegio legitimandi, *in capit.
per venerabilem, qui fil. ſint legit. idem Bertrand.
alios citans in dict. conſ.* 181. *ſub num.* 1. *accedunt
Afflict. & alij in cap.* 1. *ſub num.* 40. *de capit. qui
cur. vend. Dec. in l. Imperium, num.* 26. *de iuriſd.
om. iudic. Roland. in conſ.* 42. *num.* 43. *volum.* 2.
D. Tap. in l. fin. in 1. *part. cap.* 2. *num.* 46. *& ſeq.
& Petr. de Gregor. de conceſ. feud. in* 7. *par. quæſt.*
2. *num.* 15. loquentes de priuilegio conceſ-
ſionis caſtri, ſub quo, quæ iuriſdictio ve-
niat, ex tenore priuilegij colligitur, ſic etiā
an iuriſdictio cumulatiuè, vel abdicatiuè,
dicatur conceſſa ex tenore priuilegij per-
pendi, inquit *Felin. in cap. paſtoralis, colum.* 2.
verſ. Limita tertiò, de offic. ordin. Rom. in ſing. 23.
& in conſ. 295. *Capic. in deciſ.* 30. *in prin. Menoc.
de arbitr. iud. caſ.* 40. *num.* 7. *& Lanar. in conſil.*
115 52. *ſub num.* 8. Sicut pariter de facultate in-
dulgendi delinquentibus, voluit *Boſ. in tit.
de remed. ex ſola clem. Princ. num.* 52. *Roland. in
conſil.* 4. *num.* 53. *& ſeq. volum.* 3. *Clar. quæſt.*
59. *num.* 2. *Oſaſc. in deciſ.* 101. *num.* 3. *& in conſ.*
66. *num.* 37. *verſ. Venio ad ſecundam partem,
circa fin. Petr. de poteſt. princ. cap.* 6. *num.* 57. *&
cap.* 8. *num.* 36. *verſ. benè verum, Baiard. in ad-
dit. ad Clar. in dict. quæſt.* 59. *ſub num.* 97. *verſic.
in huiuſmodi autem, & Farinac. in pract. quæſt.*
6. *num.* 3. Vnde, cùm ita ſe habet tenor il-
lius priuilegij, potuerat equidem domi-
nus Fiſci Patronus hanc oppugnationem
omittere.
116 Sed præſentiens præmiſſa, *ſub ead.* 8. *princ.
reſpon. in verſic. Benè tamen verum eſt*, conatur
ſuadere, quòd Meſſana non poteſt lætari di-
cto priuilegio, non obſtante confirmatio-
ne immunitatum prædicta, & licèt multa
effundat, & implicatè, in effectu ex eo mo-
uetur: quia confirmatio priuilegiorum
tantùm operatur, quantùm priuilegia con-
firmata ſubſiſtunt, *ex Bertrand. in dict. conſil.*
181. Tùm quia de natura confirmationis
eſt, nouum ius non tribuere, *ad tradita per
DD. in cap. dilecti, de confirm. vtil. vel inutil.*
Tùm etiam, quia in ea facti ſpecie ita ſpe-
cialiter proceſſit confirmatio, quæ fuit re-
ſtricta

ſtricta ad tenorem priuilegiorũ,ad quæ fuit facta relatio per illam dictionem in priuilegio poſitam, iuxta tamen priuilegiorum ipſius Ciuitatis tenores, quæ eſt relatiua, *ex Decian.conſ. 21 .num.* 38. *volum.* 2. *& Cantu.in Rot.Rom.deciſ.*40.*in* 2.*volum.* qui ex aduerſo allegantur. Sed in propoſito, ſecundum eũm, hæc priuilegia immunitatis ibidem confirmata quoad impoſitiones pro extractione extra Regnum non ſubſiſtunt, aſſerens per vſum contrarium eſſe abrogata.

117 Ideò infert, confirmationem illam nihil operari: quia non intelligitur de priuilegijs abrogatis, ſicut nec ſtatutorum confirmatio ad ſtatuta abrogata porrigitur, *gloſ. in l.final.& ibi Bart.num.*3.*ff.ad Trebel. Rip.ex aduerſo alleg. lib.* 1.*reſponſ. cap.* 5. *num.* 5. qui ſubdit, quòd confirmatio non porrigitur ad ea,quæ ſunt inualida, *ex Innoc.Ioan.And. & alijs in cap.dudùm, de decim.Alexan.in conſ.* 59. *num.* 11.*volum.* 1.*& in conſil.*39.*num.*10. *volum.* 4. quibus accedit *poſt Marſil. Ruin. Pariſ.Bologn.Soc.Iun.Bero. & alios, Pètr.Surd. ex aduerſo alleg.in conſil.*58.*num.*16.*volum.* 1. Ex quibus, ſi animaduertimus, duo implicat Fiſcus. Primò principaliter conatur euitare confirmationem habitam in dicto nouiſſimo priuilegio. Secundò incidenter mordet priuilegia antiquæ immunitatis, illaque ſuadet euitari poſſe, vti contrario vſu abrogata,& ſic vnico ictu duo vulnuſcula inferre videtur.

118 Sed certè talia eſſe arbitramur,quòd vix cutem inflammant, & ideò facilè mederi poſſe non veremur. Itaque vt retorqueatur argumentum, ſuppoſito, quòd hæc immunitatis priuilegia ibidem confirmata, talia eſſent per vſum contrarium abrogata, qualia Fiſci Patronus aſſerit, fortiùs quidem illa confirmatio operaretur, quàm ſi dicta priuilegia valida, & in vſu fuiſſent. Nam in priori caſu confirmatio illa nouum ius immunitatis Meſſanæ tribueret, ac nouam illius conceſſionem importaret. At in poſteriore illud non operaretur. Huius propoſitionis veritas patet ex traditis ſupra *in* 1.*ſuppoſ.num.*24.*cum ſeq. & in* 3.*ſupp.num.* 155.*cum ſeq.* Nam poſito quòd priuilegia prædicta erant valida,nec per contrarium vſum abrogata, prout verius eſſe inferiùs oſtendetur,vtique illa confirmatio,ibidem obtenta, nihil de nouo tribuit ex natura confirmationis, ſecundum quam qui confirmat, non dicitur dare, *l.ſi donata,*§.1.*de donat, Iaſ.in l.more maiorum num.* 26. *ff.de iuriſd.omn.iud.Bal.in l.ex placito colum.*3.*C.de rer.permut. cum concord.traditis in d.num.* 155. *& ſeq.* vbi in terminis diximus *poſt glo.Bald. Iaſ.& Pariſ.* de confirmatione priuilegiorũ, quam ſi Princeps facit de priuilegijs antiquis, & validis,non ideo illa dicitur de nouo concedere, quia dare, & confirmare differunt,ex ibidem deductis *num.*156. Vnde

119 hoc caſu per confirmationem, iuris priùs quæſiti fit corroboratio, iuxta naturam ipſius confirmationis, quæ ſic à Doct. diffinitur, *vt per Hoſtienſ.& Gofred.in ſum.de confirm.vtil.vel inutil. Dec.& alij in eadem rubric. & in dict. l.more maiorum num.*22.*& Pariſ.in in dict. conſil.* 19. *num* 18. *volum.* 1. Et ob id in his terminis Meſſana eo priuilegio vtitur ad corroborationem immunitatis antiquæ ibidem per confirmationem corroboratæ, per quam cenſetur maioris authoritatis, *ad text.in cap.quis neſciat,* 11. *diſtinct. Abbas & alij in capit.* 1. *de confirmat. vtil. vel inutil.* etiamſi confirmatio fuerit in forma communi, *Pariſ.in conſ.*3 *num.* 35. *volum.*4. At ſi ſupponimus priuilegia ibidem confirmata, fuiſſe inualida, ac per vſum contrarium abrogata, vt Fiſcus atteſtatur, certè per confirmationem ibidem obtentam,noua immunitatis conceſſio reſultat: ita quòd eo priuilegio abſolutè iuuari poſſet Meſſana,propter nouam immunitatis conceſſionem, vigore illius confirmationis ſibi

120 factam. Mouet, quia confirmatio ibidem obtenta, non in forma communi, ſed ex certa ſcientia ac diſcuſſo negotio, & ſic cauſæ cognitione adhibita,proceſſit,iuxta notata *in cap.*1.*&* 2.*& ibidem Cano.de confirmat.vtil. vel inutil. & in capit.*1.*& cap.veniens in verb. confirmatum de tranſact. Anton.de Butr. in cap.* 2.*de pact. Alexand.in conſil.*121.*vol.*4. *Dec.in rubr. de conf. vtil. vel inutil. Pariſ.in conſil.*19. *num.*12.*volum.*1. *& in conſil.*33 *num.*51.*vol.* 3. Sic enim in eo aſſeritur, ad tradita *per Abb.in dict.cap.*1.*& in cap.porrecta, & ibidem Dec. num. mihi* 4. *verſic. Quartò quando expreſſe*, vbi concordantes allegat, *de confirmat.vtil.vel inutil. & Pariſ.in dict.conſ.*3.*num.* 46.*volum.*4. Cuius quidem confirmationis efficacia ea eſt, quòd per illã, licèt nullum, & inualidum ſit,quod confirmatur, nouum tamen ius tribuitur, ad notat, *in dict.cap.*1. *& in cap. veniens de tranſact. Bart.Bald. Salic. Abb.Felin.Dec. & Pariſ.in* 1.*ſuppoſ. num.* 24. *citati, vbi num.*25. *traditum eſt poſt Bart. Angel.Iaſ.Dec.& Pariſ.* quòd taliter confirmans actum inualidum, dicitur dare, *ad text. in l. adoptio, ff. de adoptio.* Et per conſequens confirmatio illa ex certa ſcientia facta, di-

citur noua, & validæ conceſſio, *ex Alexand.*
Barbat. Iaſ. Dec. & Roland. ibid. citat. num. 26.
Vnde hoc caſu attenditur confirmans, &
non confirmatum, & agitur ex ipſo confir-
mante, non ex confirmato, *Bart. in l. ſi quis*
priore, num. 3. ff. ad Trebell. & in auth. ex cauſa,
num. 20. C. de liber. prætet. Bald. in dict. l. ex pla-
cito, col. 3. C. rer. permut. ſequitur Pariſ. in d. conſ.
19. nu. 17. vol. 1.

121 Nec allegata ex aduerſo militant: nam
quod traditur de confirmatione, quæ nihil
operatur, ex ſui natura pro inualidis, quia
non tribuis ius, Illud, vt ex prædictis pa-
tet, locum non habet in confirmatione fa-
cta, ex certa ſcientia, ſeu in forma ſpeciali,
ſed procedit in confirmatione generali, fa-
cta ſimpliciter, & in forma communi, quæ
licet corroborat confirmatum, quod ſubſi-
ſtit. vt proxime diximus *poſt Pariſ. in d. conſ.*
3. num. 35. Volum. 4. Vbi tamen illud, quòd
confirmatur, eſt inualidum, nihil operatur,
nec ius aliquod tribuit, *Cano. in capit. 1. vbi*
Dec. allegat concord. de conſ. vti. Dec. in conſ. 142.
ante num. 7. cum concord. traditis ſupra in dict.
3. ſuppoſ. num. 158. quod in ſpecie in priuile-
giorum confirmatione procedit, *Bald. &*
Salic. in l. ex verbis, C. de donat. int. Vir. & vxor.
Talis enim confirmatio ſimpliciter facta,
actum non confirmat, *cap. ex parte de conſtit.*
c. dudum, de deci. Nam illa præſupponit ali-
quid, vt notat *Bald. in l. nominationes circa fin.*
C. de appell. quia non eſt aliud per ſe ſtans;
ſed dicitur confirmatio, quaſi cum alio fir-
matio, ad notata *per Bald. in l. falſus, colum. 2.*
C. de furt. ad latè tradita per Dec. in rubr. de
confir. vtil. & in dict. l. more maiorum, ſub num.
20. in verſic. Prima concluſio, ff. de iuriſdict.
omn. iud.

122 Præterea nec obſtat, quod in ſpecie tra-
ditur de illa confirmatione, quam dicit Fi-
ſcus habuiſſe relationem ad priuilegia per
illam clauſulam, iuxta tamen, quæ eſt rela-
tiua, inferens, quòd abſolutè Princeps no-
luit confirmare immunitates, & priuilegia
Meſſanæ, ſed ea tantum quæ erant vſu re-
cepta, non quæ per contrarium vſum abro-
gata, & abolita erant. Nam iſte intelle-
ctus nullatenus illi priuilegio conuenit,
quia ſi illa clauſula, iuxta tamen priuile-
giorum ipſius Ciuitatis tenores, poſita ſe-
cundum eum, reſpectu confirmationis, il-
lam reſtingeret ad priuilegia tantum, quæ
ſubſiſtebant, vtique ſequeretur, quòd illa
confirmatio eſſet in forma communi, quæ
ſimpliciter corroborat valida, & pro inua-
lidis nihil operatur, vt ſupra proximè tra-
ditum eſt, & per conſequens, tot clauſulæ
in illa confirmatione poſitæ, per quas con-
firmatio illa dicitur facta, ex certa ſcientia,
vt ſupra diximus, & præcipue probat *Pariſ.*
in dict. conſ. 3. num. 38. cum pluribus ſeq. Volum.
4. quæ tribuit nouum ius, data inualidita-
te rei confirmatæ, vt deduximus eſſent fru
123 ſtratoriæ, & nihil operarentur, contra *not.*
in l. 1. ff. ad muni. in l. 1. ff. quòd met. cauſ. ad text.
in cap. ſi papa, de priuil. in 6. Bald. in rubr. C. de
cont. emp. quæſt. 9. Dec. in conſ. 48. num. 2. & in
conſ. 626. num. 7. qui dicunt, quòd nec mini-
mum verbum, aut ſyllaba, debet eſſe fru-
ſtratoria, *Pariſ. in conſil. 66. num. 9. volum. 2.*
Curt. Iun. in conſil. 85. num. 4. Ruin. in conſ. 101.
num. 5. verſ. Tertio, volum. 1. Socin. Iun. in conſil.
6. num. 51. volum. 1. Cranet in conſ. 86. num. 11.
Roland. in conſ. 62. num. 17. & in conſ. 123. vo-
lum. 3. Menoch. in conſil. 719. num. 20. & Surd.
in conſil. 81. num. 20. volum. 1. Vnde eſt eui-
tandus iſte intellectus Fiſci, per quem inci-
dimus inſuperfluitatem, *vt poſt Paul. Caſtr.*
& Soc. Iun. inquit Roland. in dict. conſ. 62. num.
5. & tanto magis, quia dato hoc intellectu,
neceſſe eſt fateri, quòd per illam clauſu-
lam, Rex ſtatim ſe correxit, & confirma-
tionem de vna ad aliam ſpeciem penitus
diuerſam, tranſtulit, quod eſt abſurdum, &
inuериſimile, quia repentina correctio in
124 quacumque diſpoſitione eſt euitanda, cum
non ſit veriſimile, quòd quis velit ſe incon-
tinenti corrigere, *ad text. in l. non ab ea legata,*
vbi Doct. ff. de cond. & demon. l. cum hic ſtatus, §.
1. in fin. ff. de donat. int. Vir. & vxor. l. præcipi-
mus in fin. C. de appell. gloſ. in capit. cupientes, §.
quòd ſi per viginti, de elect. Alciat. de præſumpt.
reg. 2. præſ. 28. in princ. Roland. in dict. conſil. 62.
num. 9. volum. 3. Afflict. in deciſ. 381. num. 4.
Surd. alios citans, in conſil. 241. num. 19. volum.
125 *2. & in conſ. 362. num. 15. & 365. num. 10.* &
maximè in Principe, qui debet eſſe immo-
bilis, ſicut lapis angularis, & ſicut Polus in
cœlo, *Bald. in conſ. 327. incip. pridie, ſub num. 4.*
volum. 1. Boſſ. in tit. de Princip. num. 18. Iacob de
126 *Leo. in conſil. 117. num. 95. cum ſeq. inter conſil.*
Brun. cum concord. traditis à Rodol. de abſol. prin.
poteſt. cap. 6. num. 186. Aut affirmare opor-
ter contradictionem ineſſe, quod omnino
effugiendum eſt in interpretatione, ſeu le-
gis intellectu, qui talis debet eſſe, vt diſpo-
ſitio ſibi non contradicat, *capit. inter dilectos*
de fide inſtrum. Bart. in l. fin. §. idem, ff. de cond. in
deb. quod in qualibet diſpoſitione proce-
dere, inquit *Dec. in l. vbi repugnantia, num. 4.*
ff. de reg. iur. Crauet. in conſ. 70. num. 15. & in
conſ. 144. num. 14. Simon de Prat. de coniect. vlt.
volunt.

volunt.lib.1.interpret.1.dub.4.ſolut.7.num.3. Surd.in conſil.179.num.25.& 26.vol.2.& in conſ.313.num.17.

127 Itaq; pro vero intellectu illius clauſulæ, iuxta, conſiderare oportet, quod illa regulariter eſt relatiua, vt dicitur ex aduerſo, & per conſequens verum eſt quod diſpoſitio referens reſtringitur, & limitatur ſecundum priuilegia antiqua, ad quæ fit relatio, *vt poſt Bart. Alexand. Curt. Iun. Ruin. Dec. Felin. Purpur. Soc. Iun.* & alios atteſtatur *Cant. in decis. Rom. ex aduerſo alleg. num. 4. 5. & 6.* ex quo relationis effectus eſt, vt tantum ſit in referente, quantum in relato, *l. aſſeroto ff. de here. inſti.* quia referens eſt in ipſo relato cum omnibus ſuis qualitatibus, vt poſt *Dec. Soc. Pariſ. & Tiraq. inquit Menoch. in conſ. 247 num. 3.* adeo quod referens, ſi in eo capitur error, corrigitur ex relato, ad tradita *per Bald. in l. 2. co. in fin. C. de erro. aduo. Roma. in conſ. 294. Curt. Iun. in conſ. 92. ſub num. 10. Alexand. conſ. 9. num. 13. in fin. volum. 5. Dec. in conſ. 63. ſub num. 6. verſ. & licet, Decian.* citatus *ex aduerſo in d. conſ. 21. num. 38. & latius Cantu. in d. deciſ. 40. num. 7.* Sed in terminis illius priuilegij illa dictio, iuxta, confirmationem priuilegiorum non reſtringit, quoad valida, & vſu recepta, & ſic vt intelligatur facta in forma communi, vt Fiſcus ſuadere infradentes conatur. Nam veritas eſt, quod illa clauſula non refertur ad confirmationem; ſed ad conceſſionem noui priuilegij, quam fecit S.C. Maieſtas ad vberiorem cautelam Meſſanæ, prout latè continetur in 3. cap. illius concordiæ inſertæ in d. priuilegio, quam non reſtrinxit Rex per illam clauſulam, vt Fiſcus aſſerit; ſed potius eam in omnibus, & ſingulis confirmauit, vt ex tenore illius patet, *in verſ. Quaquidem conuentione.* Et ideo pro vero ſenſu conſiderandum eſt, quòd S.C. Maieſtas duo facit. Primò confirmat priuilegia, & immunitates Meſſanæ, ex certa ſcientia, abſolutè, & abſque aliqua conditione, deindè ad vberiorem cautelam vrbis, noua conceſſione Meſſanam facit immunem, iuxta tamen priuilegiorum dictæ Ciuitatis tenores: per quam clauſulam illam nouam conceſſionem voluit aſſimilare antiquæ immunitati contentæ in tenore priuilegiorum dictæ Ciuitatis, illamque fecit, eo modo, & forma,
128 prout continetur in dictis priuilegijs. Stat enim illa dictio, iuxta, ſimilitudinariè, vt ſcribit *Alber. in dictiona. in verb. iuxta, & tradit Menoch. in conſ. 482. ſub num. 33. volum. 5.* illaque refertur ad dictam nouam conceſſionem, quæ immediatè illam clauſulam in fine poſitam præcedit, *ad text. in l. ſi idem cum eodem in fin. cum ibi nota. ff. de iur. omn. iud. l. ſiuè pro fratre, & ibi gloſ. C. de nego. geſt. Socin. in conſ. 156. num. 16. volum. 2.* Et dato quòd illa clauſula refertur ad vtrumque, ex quo forte nihil impedit ſimilem relationē fieri, *ad not. per Iaſ. in dict. l. ſi idem, §. fin. & in l. talis ſcriptura nu. 36. ff. de leg. 1. Capic. in deciſ. 108. num. 9. Soc. Iun. in conſil. 139. num. 5. volum. 1. & Menoch. in conſil. 124. num. 62. cum concord.* tamen non propterea ſequitur intellectus Fiſci, qui voluit, quòd cenſentur confirmatata priuilegia valida, & quæ ſunt in vſu, ob abſurda quæ inde ſequuntur, vt ex prædictis patet, & tanto magis, ſtante noua conceſſione facta ad vberiorem cautelam, quæ dato intellectu Fiſci, nihil operaretur,
129 quod pariter eſt abſurdum, tum quia non eſt ſumenda interpretatio, per quam diſpoſitio redditur eluſoria, *l. 3. ff. de mil. teſtam. l. ſi quando cum ſimil. ff. de leg. 1.* tum etiam quia magis ad rem noua illa conceſſio debet attendi, eo ipſo quòd ex tenore apparet, quòd Princeps confirmando voluit de nouo concedere, *ad trad. per Innoc. Butr. & alios in cap. dudum de elect. Bald. in capit. 1. in princ. ſub num. 2. per quos fiat inueſt. Paul. de Caſtr. in l. Princeps, ff. de leg. Iaſ. in l. more maiorum ſub num. 30. ff. de iur. omn. iud. & Bertran. in alleg. conſil. 181. num. 2. volum. 3. in vlt. part.* Itaque, vt vltima primis correſpondeant, ex his animaduertimus, quòd ſi verum eſſet, quòd priuilegia immunitatis Meſſanæ eſſent inualida, vti abrogata per contrarium vſum, illa tamen ſuſtinentur, tum ex confirmatione ex certa ſcientia, tum etiam ex noua conceſſione ibidem fecta, vt ſatis apertè patet ex prædictis. Sed, nec vulnuſculum iſtud, quod vt dictum eſt, incidenter implicat Fiſcus abſque medela dimittimus. Quoniam verius eſt, quòd antiqua immunitatis priuilegia Meſſanæ abſolutè non indigent ad eorum validitatem præmiſſa confirmatione, ac noua conceſſione, niſi ad vberiorem cautelam, & ad corroborationem iuris antiqui, ex quo illa priuilegia, ac immunitates in eis contentę ſubſiſtunt, nec per contrarium vſum ſunt abrogatæ, etſi ex aduerſo aliter animosè traditur.

130 Implicat ergo Fiſcus, quòd hæc immunitas contrario vſu eſt abrogata, quoad onera, quæ ſoluuntur pro extractione, quæ fit per extra Regnum, quod repetit inferiùs, dum de priuilegio Regis Iacobi loqui

Digitized by Google

tur *in verſ. Inſuper iterum*; vnde licèt per pri-
uilegia Henrici Auguſti, & Regis Federici,
ſuperius relata *in 4. ſuppoſ.* ſit conceſſa im-
munitas pro rebus, & mercimonijs, tam in
introitu, quam in exitu, & præſertim ex
portu Meſſanæ, vt legitur in priuilegijs Hen
ric. & Reg. Iacob. in eulogio præſentatis;
tamen illa per vſum contrarium eſſe abro-
gata atteſtatur: & ob id infert, quòd illa
vti priuilegia allegari non poſſunt, *ex Rim.
Cephal.* & alijs ex aduerſo allegatis, pro qui-
bus facit, quia priuilegium per actum con-
trarium amittitur, ex quo ei priuilegiatus
renunciare cenſetur, *cap. ſi de terra, & ibi gloſ.
& Doct. extra de priuileg. Cano. in cap. cum acceſ-
ſiſſent per illum text. de conſtit. l. 2. & ibi Doct. C.
de iur. dom. impetra. Doct. in l. falſo, C. de diu. re-
ſcr. Alexand. in conſ. 33. num. 2. volum. 5. Dom.
Tap. in ſuo comment. l. fin. in 2. part. capit. 2. in
princip. ff. de conſtit. princip. Marſil. in rubr. ff. de
fideiuſ. num. 335. Menoch. lib. 6. præſumpt. 41.
n. 3.* & in ſpecie de priuil. immun. quod per-
ditur per actum in contrarium, *Bart. in l. 1.
C. de his qui ſpon. muner. ſube. lib. 10. Gozad. in
conſ. 23. num. 7. & Oſaſc. deciſ. 91. num. 5. cum
concord.*

131 Quod autem talia ſint per vſum contra-
rium abrogata, ex his, quæ tradit Fiſcus in
vtroque loco, animaduertimus, quod ex
duobus ſuadere conatur. Primò inquit
hoc conſtare ex confeſſione Ciuitatis, dum
preces porrexit Reg. Alfonſ. in anno 1440.
quibus petijt, quòd omnia priuilegia ei-
dem conceſſa, à tempore Regis Rogerij, re-
maneant in ſuo robore, non obſtante quòd
illis vſa non fuerit, vel in contrarium vſæ
fuerit. Ex quibus precibus arguit ciuita-
tem fateri eius priuilegia vſu contrario
abrogata, & per conſequens talis confeſſio
in precibus facta, ei parat præiudicium, *ad
text.* licèt ipſe non alleget *in l. cum precum, C.
de liberal. cauſ. ad tradita per Alexand. in conſil.
29. ſub num. 25. volum. 5.* qui loquitur de eo,
qui in precibus fatetur rem eſſe feudalem,
quem ſequitur *Ruin. in conſil. 108. num. 19.
volum. 2. quos citat Maſcard. de probat. concluſ.
768. num. 11. Menoch. in conſ. 309. num. 7.* &
alteri, licèt abſenti prodeſt, *Bald. in l. 1. num.
44. C. de confeſ. Iaſ. in l. cum te, la ſeconda, num.
12. & ibidem Dec. num. 9. C. de tranſact.* quan-
doquidem ipſe ſubdit, quòd præmiſſæ ſup-
plicationi fuit per Regem reſponſum,
quòd ſtarent priuilegia in ſuo robore, licèt
eis Ciuitas vſa non fuiſſet: cæterum, quoad
vſum contrarium, nihil fuit reſponſum,
132 & ideo denegatum cenſetur *ex Corn. & Ri-
min. Iun. ex aduerſo allegat.* licèt non fideli-
ter, impreſſoris vitio, quod tamen verum
eſſe videtur, quia incluſio vnius, eſt alte-
rius excluſio, *ad text. in l. cum Prætor, ff. de iud.
cap. nonne de præſumpt. Roland. in conſ. 61. num.
11. volum. 3. Surd. in conſil. 262. num. 14.* facit
quod dicit *Bald. in l. Tribunus, §. fin. in 3. notab.
ff. de mil. teſtam.* vbi inquit, quòd ſi poteſtas,
vel Epiſcopus confirmat vnam cauſam de
geſtis per ſuum vicarium, videtur cætera
133 reprobare. Et magis in terminis, quando
in petitione plura continentur, & in ſigna-
tura, vnum ſimpliciter conceditur, cætera
cenſentur denegata, quia ſignatura debet
attendi, & non petitio, *Abb. in capit. 2. de
treg. & pac. Iaſ. in l. 1. C. de diuerſ. reſcript. Ruin.
in conſil. 43. num. 3. volum. 1. quos citat Rimin.
Iun.* quem voluit allegare Fiſcus *in conſ. 852.
num. 1. volum. 7. notat Abb. in cap. inter dilectos,
col. 3. verſic. Nota bonam, de fide inſtrum. Felin.
in cap. ſuper literis, colum. 6. in fin. verſic. Limita
regulam de reſcript. Becc. in conſil. 55. num. 2. vo-
lum. 1.* conueniunt tradita *per Becc. in conſil.
32. num. 1. eod. volum. Pariſ. in conſil. 43. num.
134 40. lib. 3. & Surd. in deciſ. 133. num. 11.* Se-
cundò probat illa eſſe vſu contrario abro-
gata, aſſerens, quòd Meſſanenſes ius tracta-
rum ſoluunt, ſicut cæteri omnes, nec aliter
extrahunt ab aliqua parte Siciliæ frumen-
ta, vina, tunicia, & caſeos. Ex quibus ſo-
lutionibus datur intelligi, talia eſſe priui-
legia præmiſſa, & per conſequens Ciuita-
tem illa amiſiſſe ex allegatis per eum, &
vltra voluit *Bart. in dict. l. 1. C. de his, qui ſpont.
muner. ſube.* vbi voluit, quod immunis ſemel
ſponte ſoluens, perdit immunitatem, quia
ſibi parat præiudicium, *Alex. in conſil. 136.
colum. 4. volum. 2. & in conſ. 109. circa fin. vo-
lum. 3. Bald. in capit. plerumque de reſcript. Rom.
in conſ. 252. circa fin. Abb. & alij in dict. capit.
cum acceſſiſſent, & ibidem Felin. in 3. reg. de con-
ſtit. Ruin. in conſ. 100. num. 1. Vol. 1. Parpalea
in l. placet num. 27. C. de ſacroſanc. Eccleſ. Feſtaſ.
de collect. in 5. part. cap. 1. num. 32. Crot. in conſ.
64. num. 20. cum ſeq. Surd. in conſ. 262. num. 17.
& in conſ. 419. num. 7. &* Carol. Bardell. *in conſ.
22. numer. 13.* quorum aliqui pro maiori
parte referunt doctrinam *Angel. ex aduer-
ſo allegatam in l. 1. §. ſiquis tutor, num. 2. ff. quan.
135 appellan. ſit, qui ait per illum text.* quòd ſi im-
munis patiatur ſe in extimo deſcribi, niſi
appellet, ſibi præiudicat, neque prodeſt al-
legare priuilegium, quia amiſiſſe dicitur,
ſubdens, quòd ibi eſt text. peregrinus, &
communiter ignoratur, cuius doctrinam,
vt Fiſcus atteſtatur, ſequitur *Imol. Aret. Ber-*

tram.

tran. Gozad. & Menoch. in locis ab eo citatis,
quibus accedunt alij, quos citat Feſ?aſ. de collect.
cap. 1. in 5. part. princ. num. 31. Iaſ. in l. prætor. §.
fin. ff. de oper. nou. nuncia. Balb. de præſcrip. in 4.
par. quæſt. 30. num. 7. Anton. Gab. de iur. imm. in
concluſ. 1. Menoch. in conſ. 702. num. 9. Surd. in
dict. conſ. 262. num. 16. volum. 2. & in dict. conſ.
419. volum. 3.

136 Sed his non obſtantibus, hæc aſſerta pri-
uilegiorum abrogatio per aſſertum vſum
contrarium ex prædictis duobus capitibus
ſuperius relatis, ex adductis per Fiſcum
concludentur non probatur. Nam quoad
aſſertam confeſſionem Meſſanæ, ex præci-
bus oblatis Reg. Alfonſ. illa non reſultat,
quia hoc in eis abſolutè non aſſeritur. Vn-
de animaduertere oportet, quòd mens ſeu
finis illius ſupplicationis Regi Alfonſ. por-
rectæ (vt ex proœmio colligitur, ad tradita
per Bart. in l. fin. ff. de hæred. inſt. cum concord. tra-
ditis per Alexand. in conſ. 7. num. 3. Volum. 2.
quibus accedit *Menoch. in conſ. 331. num. 67.*
& in conſ. 351. num. 24.) illa fuit, obtinere,
prout pariter in petitione legitur, quòd pri
uilegia ſibi conceſſa, remaneant in ſuo ro-
bore, non obſtante, quòd Ciuitas illis vſa
non fuerit per decennium, vt ex aduerſo
tunc allegabatur; & licèt in narratione fiat
mentio, tam de non vſu, quàm de contra-
rio vſu, tamen illud de contrario vſu ſim-
pliciter non aſſeritur: ſed dubitatiuè poni-
tur, cum dictione, fortè, quæ poſita circa
137 factum de ſui natura dubitationem facti
importat, *l. & ſi forte in prin. & §. p. ff. ſi ſeru.*
vend. & l. 1. §. vbi gloſ. ff. de rei vend. per quam
ita inquit *Barb. in cap. 2. colum. 6. extra de te-*
ſtam. latè Felin. poſt Alber. in cap. accedens el pri
mo, nu. 10. vt lit. non cont. Pariſ. in conſ. 29. nu.
18. Volum. 2. Iaſ. in l. ſi ex falſis num. 5. C. de
tranſ. & in l. in ſubſtitutione num. 5. ff. de vulg. &
pupil. ſubſt. Menoch. in conſ. 759. num. 4. Hyero.
Cgned. in ſing. 36. num. p. vnde qui loquitur
per verbum, forte, nihil concludit quia
dubitatiuè loquitur, prout de teſte ſic lo-
quente inquit *Butr. in conſ. 45. verſic. & non*
obſtat, quem ſequitur Iaſ. in dict. l. in ſubſtitutione,
num. 5. & ideo ex tali modo loquendi, non
reſultat confeſſio, *ad text. in l. de ætate, §. nihil,*
ff. de inter. actio. Menoch. in conſil. 112. num. 33.
indiuidualiter *Alexand. in d. l. in ſubſtitutione,*
num. 5. & ibi Iaſ. Luc. de Pen. in l. omnes, C. de de-
cur. lib. 10. & Menoch. in dict. conſ. 759. num. 3.
conueniunt tradita *per Bart. in l. genero ſub nu.*
2. ff. de his, qui not. inf. & Afflict. in conſtit. Reg.
138 *Partes in iudicio, num. 7.* Et poſito quòd per
illa verba ſic dubitatiuè prolata reſultaret
confeſſio dubia, illa tamen debet interpre-
tari quod fuit facta, non quòd ita abſolutè
erat, ſed ad cautelã Ciuitatis, quatenus ita
fuiſſet: nam dubia confeſſio interpretatur
in fauorem confitentis, *Bart. in l. his, qui reus,*
colum. pen. ff. de publ. iud. Alexand. in conſ. 138.
num. 7. volum. 5. Alciat. de præſ. reg. 2. præſump.
12. in fin. Dec. in cap. cum venerabilis de except.
& in conſ. 189. num. 13. & conſ. 482. num. 6. &
alibi, vt per Menoch. in dict. conſ. 112. num. 21.
139 Præterea, dato quòd Meſſana in dictis preci
bus abſolutè, & aſſertiuè fateretur habere
priuilegia, vſu contrario abrogata, non ta-
men illud de neceſſitate concluderet, quòd
priuilegia immunitatis erant talia, prout
debet probatio concludere, *l. nam hoc, C.*
vnd. legi. & cap. in præſentia cum ſimil. de probat.
Quinimo contrarium verius eſſe patet ex
alio priuilegio Reg. Alfonſ. in eodem anno
& menſe emanato, de quo in eulogio, cui
Meſſana porrexit preces contra eos, qui vio
lenter à ſuis ciuibus contra eius immuni-
tates priuilegia, ac libertates, iura, & dri-
ctus dohanarum exigebant, propter quod
mandauit Rex priuilegia immunitatum
ſeruari, cum pœnarum appoſitione. Ex quo
ſuadendum eſt, quòd illa priuilegia eo tem
pore ſubſiſtebant, & per conſequens illa
prætenta generalis aſſertio de priuilegijs
abrogatis per contrarium, vſum ad immu-
nitates non porrigitur, de quibus ſpeciali-
ter aliud fuit ſupplicatum, & à Rege diſpo-
ſitum, *ad text. in l. ſanctio legum, ff. de pœn. &*
capit. generi, cum ibi not. de regul. iur. in 6.

140 Quo verò ad aſſertas ſolutiones de iure
tractæ, quas atteſtatur Fiſcus Meſſanenſes
facere, pariter ex eis non reſultat, hæc im-
munitatum priuilegia abſolutè quoad im-
poſitiones, & onera vectigalium pro extra-
ctionibus per extra Regnum, eſſe vſu con-
trario abrogata. Et primò, dato quòd aſ-
ſerta ſolutio tractarum ita ſe habeat, prout
à Fiſco aſſeritur, licèt, vt verbo fertur, non
ita ſimpliciter, vt traditur, ſe habet facti
veritas: occurrit tamen animaduertere,
quod illud ex diuerſis infertur. Nam aliud
eſt quærere de ſolutione tractarum, aliud
vero de ſolutione vectigalis, quando qui-
dem ius tractarum eſt certum ius, quod ſol-
uitur in pretium ratione licentiæ, pro ex-
tractione facienda extra Regnum de rebus
prohibitis, contigit in extractione victua-
lium, quæ pro bono publico Regni, ad eui-
tandum penurias, ac illius conturbationes,
vigore Regiarum pragmaticarum, extrahi
à Regno prohibentur, *ad iura in l. 1. C. quæ*

res

Digitized by Google

res expo. non deb. & in l. vnica, C. de litt. & itin.
cuſto. lib. 12. arg. l. præſes prouinciæ, C. de ſeruit.
& aqu. nota. in cap. 1. §. poſt natale de pac. tenen.
ad trad. per Afflict. in deciſ. 290. *num.* 9. & ex
recentioribus *per Ioan. Franc. de Apont. in*
tract. de poteſt. proreg. in tit. de tract. & extract.
in princ. vbi recenſet cap. ac Regias prag. il-
lius Regni, per quas huiuſmodi extractio-
nes prohibentur, *de qua re habetur in pragm.*
huius Regni ſub tit. de offic. magiſ. portulæ. Sed
aliquando propter abundantiam ſolet per-
mittere Regia Curia extractionem, & ven-
dere huiuſmodi tractas, quorum pretium
eſt indeterminatum: vnde ſolet plus, &
minus conſtitui, ſecundum temporum con-
ditionem, vt habetur *in reg. prag.* 3. §. 8. *ſub d.*
tit. quinimò hoc ius tractarum ſolet Prin-
ceps alijs concedere, de quo loquitur *Apõt.*
vbi ſupra num. 5. & de his aſſignatarijs tra-
ctarum *in d. prag.* 3. §. 7. quibus interdicitur
illas vendere, niſi pro eo pretio, quo in illis
oneratorijs, vnde fit extractio, Regia Curia
141 vendit ſuas tractas. Ex quibus datur in-
telligi, quòd illud, quod ſoluitur iure tra-
ctæ, præſtatur ratione pretij, quo, facultas
extrahendi victualia, contenta in Regijs
pragm. emitur, quorum extractio aliàs ad
euitandum penurias, & conturbationes
Regni, ſuper quo oportet miniſtros inuigi-
lare, eſt prohibita, & in ea facti ſpecie agi-
tur merus contractus voluntarius emptio-
nis, & venditionis ratione pretij, quod in-
teruenit *ad gloſſ. ſing. in l. cum dotem in verbo,*
Quis enim, quam ibi notat, *Bald. C. de iur.*
dot. Iaſ. in l. 1. num. 23. C. de iur. emphyt. Hippol.
de Marſ. in ſing. 105. conueniunt tradita ſu-
pra *in 1. part. in 3. ſupp. num. 96.* vbi deduxi-
mus, quod vbi de pretio fit mentio, ibi eſt
emptio, & venditio, *Tiraq.* poſt alios, quos
citat *de retra. conuent. §. 1. gloſſ. 2. num. 1. &*
Menoch. in conſ. 27. num. 4. volum. 1. quod in
his terminis non habet dubium, dum Reg.
pragm. loquentes de hoc iure tractæ, vtun-
tur hoc verbo vendere: & ſic in claris non
eſt opus coniecturis, neque gloſſa, *ex dedu-*
ctis, ſup. in d. 3. ſuppoſ. ſub num. 135.
142 Quia propter de iure tractarum non eſt
inferendum ad gabellas, vectigalia, & ſimi-
lia onera, quæ indicuntur à Principe, & ha-
bent certam, & determinatam quantita-
tem, quę præſtatur pro rebus licitè inuectis,
& euectis, & exiguntur ab inuitis, vt idem
Fiſcus atteſtatur *ſub 8. princip. reſpon. poſt Ber-*
trand. in ſæpè allegat. conſ. 181. ſub num. 11. vo-
lum. 3. à quibus oneribus Meſſana, & Meſ-
ſanen. ſunt omnino immunes, & exempti,
vt ex deductis priuilegijs patet.
143 Secundò occurrit in fortioribus termi-
nis, quod dato quòd hæc duo eiuſdem eſ-
ſent naturæ, non propterea ſequitur, quòd
per aſſertas ſolutiones, quæ fiunt pro extra-
ctionibus prohibitis, abſolutè ſint abroga-
ta priuilegia immunitatum Meſſanæ; ita
vt in omnibus caſibus, in quibus quæritur
de extractione facienda per extra Regnum
de mercaturis, & mercimonijs, ceſſet im-
munitas. Nam quòd ex aduerſo traditur,
& à nobis ſupra confirmatum de priuile-
gio, quod per vſum contrarium amittitur,
& quod ideò ſi immunis ſemel ſoluit, ſibi
præiudicat, vt deduximus ſupra *num.* 130.
& 134. procedit quoad ſoluta tantum,
quæ repeti non poſſunt, ſecus verò quoad
futuras ſolutiones, pro quibus cogi non
poteſt, niſi per tempus legitimum fuerit
preſcriptum: quia priuilegium immunita-
tis non continet actum momentaneum,
nec conſummatur per vnum actum, ſed ha-
bet cauſam ſucceſſiuam, *l. 2. in princip. & ibi*
gloſ. & Bar. ff. de priui. veter. l. voluntariæ, & ibi.
Cin. in 3. quæſt. & poſt eum Bald. Sal. & alij, C. de
excuſ. tuto. Alexand. in conſ. 192. & 193. *Vol.*
2. Felin. Dec. & Cano. in cap. cum acceſſiſſent ex-
tra de conſt. Guid. Pap. in deciſ. 387. *Anton. Gab.*
de iur. immuni. in concluſ. 1. num. 10. Silua. in
conſil. 66. num. 27. Natt. in conſil. 446. num. 16.
vol. 2. Burſ. in conſ. 16. num. 82. volum. 1. Oſaſc.
in deciſ. 91. num. 22. Feſtaſ. de collect. in 5. part.
cap. 1. num. 32. cum ſeq. & num. 38. Surd. alios
citans in conſ. 262. num. 78. & 79. & in d. conſ.
419. num. 32. vbi hoc declarat *volum. 3.* &
eſt communis, & indubitata doctrina, vt
tradit *Zaſ. in conſ. 16. num. 9. & 10. volum. 1.*
144 *relatus à Burſ. vbi ſupra.* Quinimo, vbi ſolu-
tiones ſunt reiteratæ, & per tantum tem-
pus, quod ſufficit ad præſcriptionem, dero-
gant priuilegio quoad illum caſum, &
actum, in quo ſunt factæ ſolutiones, non
quoad alios caſus, & ideò habens immu-
nitatem ab oneribus, ſi aliqua ſubit, quoad
ea, non quoad cætera ſibi præiudicat, *Fel. in*
dict. cap. cum acceſſiſſent num. 29. & ibidem Dec.
column. penult. idem Dec. in conſil. 496. num. 13.
Put. in deciſ. 188. num. 3. volum. 2. Dom. Tapia
in ſuo com. l. fin. in 2. part. cap. 2. num. 16. Feſtaſ.
in loco præcit. num. 34. Anton. Gab. in dict. con-
cluſ. 1. num. 9. & Menoch. lib. 6. præſumpt. 41.
145 *num. 6.* Nam renunciatio priuilegij, quæ fit
per actum contrarium, eſt ſtricti iuris; &
ideo ſolum trahitur ad expreſſa, *Cald. in*
conſil. 5. de præb. Alexand. in conſ. 115. num. 1.
volum, 5. Surd. in dict. conſil. 262. num. 72. quia
non

Digitized by Google

non præſumitur, quòd quis velit ſuo re-
nuntiare priuilegio, Cano. in dict. cap. cum ac-
ceſſiſſent vbi Dec. colum. pen. poſt Felin. num. 29.
Butr. in cap. accedentibus colum. 2. de priuil. Dec.
in conſ. 308. num. 8. Menoch. vbi ſupra in princip.
& Dom. Tap. vbi ſup. num. 24. Vnde renun-
tiatio priuilegij eſt euitanda, vt in terminis
inquit Surd. in dict. conſ. 419. num. 34. Becc. in
conſ. 106. num. 46. volum. 1. & Caro. Bard. in d.
conſ. 22. num. 40.

146 Tertiò occurrit, quod in terminis iſtis
quæritur de priuilegijs Ciuitati conceſſis,
quæ per contrarium vſum, ſeu contraucn-
tionem ciuium, non tolluntur, Andr. de Ba-
rol. in l. 1. C. de his, qui ſpont. mun. ſube. lib. 12.
qui loquens de immunitate conceſſa à Re-
ge Apuliæ Ianuenſibus, inquit, quod per
ſolutionem factam ab aliquibus de popu-
lo; illa non amittitur, quod refert, & ſequi-
tur Felin. in d. cap. cum acceſſiſſent ſub num. 29.
verſic. Tertio limita, vbi hoc declarat, & ibid.
Dec. ſub num. mihi 18. verſic. Sexta & vltima
concluſio, Andr. Gail. pract. obſeruat. lib. 2. obſer.
60. num. 14. Cephal. in conſ. 58. ſub num. 93. vo-
lum. 1. Alex. Rand. in conſil. 54. num. 37. & 43.
volum. 1. ſic de priuilegio conceſſo Eccle-
ſiæ, quod non amittitur per contrarium
vſum clericorum; voluit Innoc. & Cano. in
dict. cap. accedentibus de priuileg. Et ideo non
obſtante clericorum contrauentione, poſſe
illud allegari nomine Eccleſiæ, voluit Abb.
in cap. pro illorum ſub num. 4. de præb. ſic pro-
miſcue de Eccleſia, & Ciuitate poſt Cor. Iaſ.
& alios loquitur Dom. Tapp. in dict. l. fin. in loco
pracit. num. 17. qui reddit rationem, quòd
ſicut non poſſunt huiuſmodi perſonæ ex-
preſſè renuntiare priuilegio, ita nec tacitè,
ex Claud. in ead. l. fin. & Feder. de Sen. in conſil.
235. num. 6. ad tradita per Dec. in d. cap. cum ac-
ceſſiſſent ſub nu. mihi 17. verſic. Secundo prædicta
concluſio.

Et licèt affirmari poſſit, quòd per con-
trauentionem ciuium aliquando præſcribi-
tur contra Ciuitatem, ſicut pariter præſcri-
bitur contra priuilegium Eccleſiæ per con-
trauentionem clericorum, ad iura in cap. ſi de
terra, & in dict. cap. accedentibus, & ibi Doct. de
priuileg. Abb. in d. cap. pro illorum, Felin. in dict.
cap. cum acceſſiſſent, & Dom. Tapp. poſt alios
vbi ſupra, tamen talis præſcriptio, dato
quòd militaret, locum habet in caſibus, &
actibus, in quibus eſt contrauentum, & per
conſequens præſcriptum vigore poſſeſſio-
nis, ſeu quaſi, quam præſcribens adipiſci-
tur per contrauentionem in illis caſibus,
nec extenditur ad alios caſus, in quibus
nulla poſſeſſio, vel quaſi conſiderari poteſt,
147 ſine qua præſcriptio non procedit, ex vul-
gar. Exploratum enim eſt, quòd poſſeſſio,
vel quaſi ſtrictè interpretatur, vt quis tan-
tum poſſidere, vel quaſi dicatur, quantum
adeptus eſt ipſius poſſeſſionis, vel quaſi, ad
text. in l. 1. §. Iulianus, ff. de itin. actuq; priua. &
l. quod meo, §. final. ff. de acquirend. poſſeſ. Et per
conſequens ſtrictè interpretanda eſt præ-
ſcriptio, vt tantum dicatur præſcriptum,
quantum reperitur poſſeſſum, dict. l. 1. §. ſi
quis hoc interdicto, ff. de itin. actuq; priuat. Abb.
in dict. cap. accedentibus in fin. de priuil. & in conſ.
101. num. 7. volum. 1. Iaſ. in l. 3. §. poſſideri, num.
148 35. ff. de acquir. poſſeſ. Hinc indiuidualiter
Bart. in dict. §. ſi quis hoc interdicto num. 1. in-
quit, quòd ſi aliquis prætendit ſe præſcrip-
ſiſſe ius colligendi pedagium, atque ita eſſe
in quaſi poſſeſſione exigendi illud, ſi pro-
bat, quia viſus eſt exigere de certis rebus,
vtique in illis tantum dicitur præſcripſiſſe,
in quibus apparet vſus: & ſic quaſi poſſeſ-
ſio exigendi, quòd voluit idem Bart. in l. ſi
publicanus, §. fin. in fin. ff. de public. & vectig. Sa-
lic. in l. 2. in fin. C. nou. vectigal. inſtit. non poſſe
Bertacchi. de gabel. in 1. part. ſub num. 22. verſic.
Vndecimo quæro, Pariſ. in conſ. 13. ſub num. 38.
volum. 1. Aymon. Crauet. in conſil. 111. num. 6.
volum. 1. Menoch. de retinen. poſſ. remed. 5. num.
59. & in conſil. 612. num. 1. volum. 7. & quaſi
poſſeſſio reſtringitur ad ſolita, nec extendi-
tur, Honded. conſ. 79. nu. 48. volum. p. Eſt enim
generale, quòd tantum dicitur præſcriptio-
ne & conſuetudine inductum, quantum
apparet præſcriptum, & ſolitum obſerua-
ri, & non vltra, vt in dict. l. quod meo, §. fin. in
fin. & ibi Doct. ff. de acquir. poſſeſ. glo. in cap. au-
ditis in verb. interruptionem, & ibid. latè Felin.
colum. 5. verſ. eſt igitur regula, de præſcript. Ale-
149 xand. in conſ. 16. nu. 23. lib. 5. Quia cum con-
ſuetudo, & præſcriptio ſunt quid facti, non
recipiunt extenſionem, ſed in ſuis terminis
ſeruantur, Bald. in cap. 1. in princip. de feu. cogn.
Crauet. in conſ. 170. num. 4. & de antiq. temp. in
4. part. princip. num. 43. Aret. in conſ. 44. num. 7.
Alexand. in conſil. 106. num. 8. colum. 2. & in
conſ. 57. num. 5. volum. 3. Pariſ. in conſ. 21. num.
44. lib. 1. Nat. in conſ. 555. num. 5. & ſeq. Neuiz.
in conſil. 9. num. 32. Oſaſc. in deciſ. 29. num. 16.
Becc. in conſil. 73. num. 13. & ſeq. volum. 1. Pert.
Surd. in conſ. 323. num. 13. & in conſ. 393. num.
21. Hinc eſt, quod probandus eſt vſus, ſeu
præſcriptio in ſpecie in caſu de quo quæri-
tur, quia de vno ad alium non infertur, Ol-
drad. in conſ. 237. Anchar. in conſ. 339. num. 8.
Neuiz. in conſil. 48. num. 4. Roland. in conſil. 80.
num.

*num.*10.*volum.*1.*Becc.in conſil.*98.*num.*7.*vol.* 1.*Menoch.in conſil.*54.*num.*37.*cum concordan. traditis à Petr.Surd.in conſ.*371.*num.*2.*volum.*
151 3. Nam conſuetudo, ſeu præſcriptio tantum habet de potentia, quantum habet de vſu, ſeu actu, *Bald.in c. p. circa fin. de his qui feu. dar. poſſ. & in l. fin. verſ. Vnum aliud quæritur, C. com. vtri. iud. Alexand. in conſil.*110.*volum.*6.*Crot. in conſ.*67.*num.*6.*Menoch. de retinen. poſſeſ. in d. remed.*5.*num.*63.*Cravet. in conſ.*30.*num.*5.*Bellon. in conſ.*46.*num.*6.*Roland. in conſil.*94.*num.*17.*volum.*2.*cum concordan. quos citat Becc. in conſ.*96.*num.*6.*& in conſil.*99.*num.*18.*volum.*1.*& Surd. in conſ.*346.*num.*6.*& in conſil.*382.*num.*44.*volum.*3. Ex quibus apertè liquet verum eſſe, quòd diximus, quòd ex aſſertis ſolutionibus iuris tractarum, dato quòd in facto ita ſe habeat veritas, vt ex aduerſo ſupponitur, ex nullo tamen capite inferri poteſt ad abſolutam priuilegiorum, & immunitatum abrogationem, ita vt in hac facti ſpecie non poſſit Meſſana ſuis vti immunitatibus, vt ex prædictis conſtat.

SVMMARIVM.

*152 Fiſcus aſſerit, quòd Meſſana nõ poteſt lætari priuilegio nouiſſimo, ex quo ex parte ſua, non adimpleuit contenta in capitulatione, ſub prætextu, quòd nõ redemit ſubiugationes, ſed vide n.*156.

153 Contrahens poteſt recedere à contractu, vbi altera pars non adimplet, quòd fuit eius cauſa finalis.

*Immunitas conceſſa alicui poteſt renocari, vbi ex parte conceſſionarij non eſt adimpletum, ibid. vide num.*173.

154 Pacta cenſentur correſpectiua, quando vnum cauſa alterius apponitur.

155 Actuum correſpectiuorum natura ea eſt, quòd vno corruente, & aliud debet corruere.

156 Cauſa finalis contractus, ſi non fuerit ab vna parte obſeruata, non tenetur altera ad illius obſeruationem.

157 Contractus non reſoluitur ſub prætextu defectus implementi alterius partis, quando non conſiſtit defectus in cauſa finali.

158 Modus adiectus in priuilegio nouiſſimo, quòd ex redditibus gabellarum fieret redemptio ſubiugationum, an fuerit cauſa finalis illius priuilegij, cum ſeq.

159 Cauſa finalis eſt illa, quæ generaliter reſpicit totam diſpoſitionem, & ad illam generaliter influit, eiq; dat cauſam.

Cauſa finalis priuilegij nouiſſimi, ibid.

160 Verba hæc, facta ſolutione, ſunt ablatiui abſoluti. Ablatiuum abſolutum ſignificat conditionem, ibi.

161 Cauſa appoſita in diſpoſitione per modum conditionis, eſt finalis.

162 Cauſa quæ generaliter non influit ad diſpoſitionem, dicitur impulſiua, & ea ceſſante, non ceſſat diſpoſitio.

163 Cauſa finalis in dubio non præſumitur.

164 Cauſa finalis eſt illa, quæ reſpicit commodum concedentis, ſeu promittentis, non illius cui conceſſio, ſeu promiſſio fit.

165 Modus, ſeu cauſa reſpiciens commodum legatarij, ſi non adimpletur, legatarius non amittit legatum.

166 Modus adiectus in priuilegio nouiſſimo, vt de redditibus gabellarum reluantur ſubiugationes, reſpicit commodum, & vtilitatem Meſſanæ;

Sed an reſpiciat commodum Regis, num. ſeq.

Præfatio oſtendit cauſam finalem diſpoſitionis, ibidem.

168 Interpretatio illa debet fieri, vt potius conueniat cauſæ naturali, quam accidentali.

169 Fidem frangenti non eſt ſeruanda fides, & num. ſeq.

170 Contractus, ſi ſemel eſt executus, recedi ab eo non poteſt, ſub prætextu defectus implementi.

Venditor adimplens ex parte ſua ſub prætextu pretij non ſoluti, rem traditam repetere non poteſt, ibid.

Cauſa ceſſante, non ceſſat effectus conſummatus, ibid.

171 Priuilegium nouiſſimum fuit perfecte executum ab vtraque parte.

*172 Natt. in conſ.*657.*num.*8.*allegat. ex aduerſo, non non ſuffragatur pro Fiſco.*

Contractus innominatus tollitur pœnitentia, non ſolum re integra, ſed etiam poſt implementum, ex parte tamen adimplentis, ibid.

Fallit ſi in eo eſt adiecta ſtipulatio, nu. ſeq.

173 Pœnitentiæ locus non eſt in contractibus nominatis.

Stipulatio ſi interpoſita fuerit in contractibus innominatis, an in eis locum habeat pœnitentia, ibid.

174 Redditus gabellarum, ex quibus facienda erat reluitio ſubiugationum, ex cauſa fuerunt implicati in alijs vſibus.

175 Principis quod de authoritate fit, legitime dicitur procedere.

176 Inferiori non licèt venire contra factum ſuperioris, vide num. ſeq.

Inferior non poteſt concedere ſaluum conductum damnato per ſuperiorem, ibid. remiſſiuè.

177 Inferior ex cauſa poteſt tranſgredi iura.

Epiſcopus ex cauſa poteſt ſtatuere contra canones ibidem.

178 Epiſcopus poteſt mutare pœnitentiam ex cauſa, licèt iniunctam à Rom. Pontifice.

179 Pro-

179 *Prorex omnia poteſt, quæ ipſemet Rex, & dicitur alter ego.*

180 *Pecunia ad vnum vſum deſtinata, an, & quando poſſit ad alium conuerti, tam de licentia inferioris, quàm etiam de Principis authoritate. Quid de epiſcopo, ibi.*

181 *Diſpenſatio contra ius, ſoli Principi eſt reſeruata.*

152 TErtio, & vltimò principaliter ſub
hoc primo mẽbro cõuenit, quod
tradit Fiſcus ex aduerſo, ſub no-
na princip. reſpon. qui inſiſtens
ad euitandum priuilegium nouiſſime ob-
tentum, inquit Meſſanam eo lætari non
poſſe, ſub prætextu quòd ex parte ſua non
adimpleuit, quod fuit ſtatutum in concor-
dia priuilegij prædicti. Nam tenebatur ex
introitibus gabellæ grauorum viginti quin
que, tunc impoſitæ, excedentibus ſum-
mam debitam pro cenſibus ſubiugatarijs,
ac etiam ex alijs redditibus alterius gabel-
læ denariorum quatuor, reluere ſubiuga-
tiones, cum ad hoc fuerint dicti redditus
deſtinati, cum expreſſa prohibitione, ne ad
aliud opus poſſint conuerti, etiam obtenta
Proregis diſpenſatione, quod adimpletum
non fuiſſe ex aduerſo aſſeritur. Ex quo in-
fertur, quòd cùm Ciuitas non adimpleuit,
quod fuit cauſa potiſſima, ac finalis con-
ceſſionis dicti priuilegij, ſine quo illud non
conceſſiſſet Princeps, aut ſaltem non ita, pa-
153 riter nec ex parte Principis eſt adimplen-
dum, ad tradita per *Soc. in conſil. 26. ſub num.
3. verſic. Secundum infero, & num. 4. verſic. Ex
quibus, Volum. 3. & Becc. in conſil. 45. num. 29.
volum. 1.* qui volunt, quòd etiam in contra-
ctibus nominatis, contrahens poteſt ab eo
recedere, ſi pactum appoſitum, quod fuit
cauſa finalis ipſius contractus, altera pars
non ſeruauit: & in ſpecie, quòd Princeps
poteſt reuocare contractum, ſi ei promiſſa
non adimplentur, allegatur *Afflict. in conſt.
Regn.* ea quæ decus *num. 6.* quæ eſt poſita *in
lib. p. rubr.* 47. vbi licèt nihil dicat de hoc, il-
lud tamen admittimus, ſicut de priuatis
traditur, quorum iure vtitur Princeps con-
trahendo, ex allegatis *in 2. part. ſub 9. conſid.*
154 Sed in terminis, quòd immunitas poteſt
reuocari, quando ab altera parte, cui con-
ceditur, non eſt adimpletum, allegatur
Natt. in conſ. 657. nu. 8. vol. 4. ad quod facit
quia hæc pacta in conceſſione illius priui-
legij adiecta, cenſentur correſpectiua, eo
ipſo, quòd alterum cauſa alterius conficI-
tur, ad tradita per *Doct. in l. petens, & ibi Dec.
num. 3. C. de pact. cum concord.* ex aduerſo tra-
ditis, quibus addimus *Alexand. in conſ. 111.
num. 3. lib. 3. Tiraq. in l. ſi vnquam num. 118. C.
de reuoc. donat. Nat. in conſ. 115. num. 2. volum.
1. & Menoch. alios citantem in conſ. 156. num.*
155 *14. Volum. 2.* Ex quo ſequitur, licèt Dom.
Fiſc. Patron. non explicet, quod vno cor-
ruente, & aliud debet corruere, quia talis
eſt actuum correſpectiuorum natura, *ad tex.
in l. & etiam, §. ex cauſa, ff. de minor. l. cum em-
ptor in princ. ff. de reſcind. vend. l. filio, §. matri, &
l. alumnæ, §. Seya, ff. de adim. ſeu. transf. legat.
Alexand. in dict. conſ. 111. Crauet. in conſ. 230.
num. 2. cum concord. traditis à Menoch. in d. conſ.
156. nu. 15.* Addimus eundem *Crau. qui alios
citat in conſ. 246. nu. 4. Vol. 2.*

Verum nec iſtud tollit fundamentum
illius priuilegij, quod ad corroborationem
antiquiſſimę immunitatis affertur (vt dedu
ximus) nam ſine eo non minus Meſſana in
re, de qua agitur, ſuis antiquis priuilegijs,
cum pleniſſima immunitate obtentis ius, &
iuſtitiam fouet; ſed obiecto præmiſſo ex
duobus occurritur.

156 Primò conuenimus cum Dom. Fiſc. pa-
tron. in iuris diſpoſitione, ſed ſicut in cæte-
ris, in applicatione differimus. Nempè ve-
rum eſt, quòd quando vna pars non obſer-
uat illud, quod fuit cauſa finalis contractus
non tenetur altera ad ipſius obſeruatio-
nem, ſed ab eo recedere poteſt ob defe-
ctum cauſæ finalis non ſubſequutæ, *ad text.
in l. cum te fundum, vbi gloſ. & Doct. C. de pact.
int. empt. & vendit. & in l. ſi vt proponis, & ibi
gloſ. & Salic. num. 4. C. de cond. ob. cau. Bart. in
l. 1. C. de donat. Crauet. in conſ. 192. num. 22. Verſ.
Hoc ſuppoſito, Volum. 1. & alibi, vt citat Becc.*
157 *ex aduerſo allegat. in dict. conſil. 45.* Sed pari-
ter non minus eſt verum, quòd quando de-
fectus implementi non conſiſtit in cauſa
finali, tunc non eſt locus reſolutioni con-
tractus, ſub prætextu contrauentionis, *ad
text. in l. ea conditione, vbi gloſ. fin. C. de reſcind.
vendit.* quod expreſſe ſentit *Crau. in conſ. 246.
num. 2. & in conſil. 299. num. 1. Boſ. in tit. remiſ.
merced. num.* 50. vnde procedit, quod voluit
Bart. in l. fin. num. 13. ff. de condit. cauſ. dat. &
quod notat *Salic. in l. in ciuile, C. de reſcind. vend.*
quod expreſſe admittit idem *Becc. in d. conſ.*
158 *45. num. 1. & 2.* Qua de re, vt allegata ex
aduerſo conueniant in hac facti ſpecie,
oportet ſupponere, quòd ipſe Fiſcus ſup-
ponit, quòd ille modus adiectus in capitu-
latione priuilegij nouiſſimi, quod ſubiuga-
tiones relui debeant de introitibus illarum
gabellarum, nec ad alium vſum conuerti
poſſint,

Digitized by Google

poſſint,fuit appoſitus pro cauſa finali illius
priuilegij, iuxta terminos illius text.in d.l.ſi
vt proponis, quod,attenta facti ſpecie,non
procedit: & ideo allegata ob defectum
cauſæ finalis, rei noſtræ non conueniunt;
159 Duo mouent principaliter. Primò, quia
ſi cauſa finalis,vt ipſemet Fiſcus atteſtatur,
eſt illa, quæ generaliter reſpicit totam di-
ſpoſitionem,& ad illam generaliter influit,
vt poſt Bald.Corne.& Iaſ. atteſtatur Crau.in
in conſ.192.ſub nu.21.verſ.Quinto illa dicitur,
cuius meminit Becc.in dict.conſ.45.num.30.
vtique poſt manifeſtam Meſſanæ iuſtitiam
in meritis illius conceſſionis,quam tandem
ſub tanto iuſtiſſimo principe per terminos
iuris obtinuiſſet, & per quam replicatio,
quam hic facit Fiſcus de aſſerta læſione,di-
luitur, oportet affirmare, finalem cauſam
illius priuilegij abſolutè,& ſimpliciter fuiſ-
ſe oblationem, ac ſolutionem aureorum
quingentorum mille: ex quo illa eſt, quæ
reſpicit generaliter totam illius conceſſio-
nem, & ad illam generaliter influit, eique
cauſam dedit, ad tradita per Soc.in d. conſil.
26.ſub num. 4. verſic. Ex quibus, Bart. in l.de-
monſtratio, §.quod autem ſub num.13.ff.de con-
dit.& demonſt. Bald.in conſ.340.colum. 2.vol.
3.Soc.in conſil.183.colum.penult.volum.3.&
alij, quos citat Roland. in conſ.44.num.15.vol.
4. & poſt eum Menoch.in conſil.723.num.16.
volum.8.Becc.in conſ.20.num.10.& in d.conſ.
45.ſub num. 30. Surd.in conſ.164.num.31.&
in conſ.217.nu.5. Hinc eſt, quod ſub 1.cap.
illius concordiæ in fin.ponitur, quòd facta
ſolutione illius quantitatis oblatæ, ipſo iu-
re ceſſent gabellæ,& Ciuitas,eiuſque ciues,
habitatores, commigrantes, & confluen-
tes, ſint perpetuò liberi, & immunes, & ea
160 quæ ſequntur. Quæ verba (facta dicta ſo-
lutione) ſunt ablatiui abſoluti, l.à teſtatore,
ff.de cond.& demonſt. Doct.in rub.ff.ſolut.matr.
Menoch.in conſ.69.num.72.volum.1. & ideo
important conditionem, l.euictis,ff.de euict.
l. ab emptione, ff. de pac.& l.ſi debitor, §. 1.ff.
quib.mod.pign.ſolui.Iaſ.in l.ſi diuerſa,num.1.C.
de tranſ.& Menoch.in conſ.38.num.26.& in
conſil.644.num.5.& in conſil.792.ſub num.10.
Surd.in deciſ.168.num.11.Sfor.Odd.in conſ.69.
num.47.Oſaſc.deciſ.165.num.12.Honded.in
conſil.78.num. 23.volum.p. Fran.in deciſ.620.
num.4. Mar.Giurb. alios citans ex more in deciſ.
60.num.12.& per conſequens cauſa illa ap-
poſita per modum conditionis eſt finalis,
Bart.in d.§.quod autem,& in l.2.§.fin.ſub num.
2.& ibi Paul.de Caſtr.num.2.verſ.Secundus ca-
ſus,ff.de donat.Bal.in l.1.§.ſi parenti,ff.de cond.
cauſ.dat.Menoch.poſt alios in conſ.331.num.71.
volum.4.& lib.4.præſumpt.24.num.10. Cæ-
terum ille modus adiectus in d. cap. circa
reluitiones faciendas, non reſpicit genera-
liter totam illius priuilegij diſpoſitionem;
ſed ſi in aliquo eſt conſiderabilis, reſpicit
tantum facultatem præſtitam imponendi
gabellam, nec tamen ad illam generaliter
influit: vnde potius illius facultatis præſti-
tæ cenſetur cauſa impulſiua, qua deficien-
te, non corruit diſpoſitio, ad tradita per
Crau.in conſ.192.Becc.in conſ.28.num.10.vol.
1.Surd.in conſ.198.num.33. Vnde ſatis eſt ad
ſuſtinendam diſpoſitionem, cauſam fina-
lem adimpleri, quæ attenditur,non impul-
ſiua, Bald.in l.1.C.de pact.Bello.in conſ.8.num.
13. Menoch.in conſil.41.num.16.volum.1.
163 Suadent prædicta, quia in dubio cauſa non
præſumitur finalis, gloſ.& ibi Bart.in dict.l.2.
in fin.ff.de donat.Paul.de Caſtr.in l.fin.ff.de con-
dit.ob cau.Soc.in conſil.83.in fin. Angel. Aret.
in §.illis autem,inſt.de milit.teſtam.& Menoch.
164 in conſ.106.num.92.volum.2. Secundò mo-
uet, quia cauſa finalis eſt illa, quæ reſpicit
principaliter commodum, & vtilitatem
concedentis, vel promittentis, Bart.in dict.l.
2.§.fin.ff.de donat.Angel.in conſil.124.incipien.
Iulius domini Dalmatij, colum.penult.verſic.cir-
ca quod conſidero, Soc.in dict.conſ.26.ſub num.
4.verſ.alia etiam via, Corn.in conſ.101.colum.
penult.verſic.& licèt non omnis,volum.1.Crau.
qui eorum meminit in d.conſil.199.ſub num.
21.verſic.quarto,volum.1.& in conſil.246.ſub
num.3.& in conſ.299.in princip.volum.2. Sed
veritas eſt, quòd ille modus reluitionis fa-
ciendæ reſpicit potius commodum, & vti-
litatem vrbis Meſſanæ,cui facta eſt conceſ-
ſio,quam ipſius Principis coucedentis,ideò
non eſt cauſa finalis, nec illius conceſſionis
actus correſpectiuus cenſetur, ad text.in l.Ti-
tio centum, in 1.reſponſ.ff.de condit.& demonſt.
l.ſi mulier.vbi Bart.per illum text.C.de iure doti.
& idem Bart.in dict.l.2.§.fin.ſub num.2.de do-
165 nat. clarè Dec. in conſil. 238.num.6. vbi con-
ſuluit, quòd quando modus, vel cauſa re-
ſpicit commodum legatarij, ſi non adim-
pletur, legatarius non amittit legatum,
quia talis cauſa non eſt finalis, ſed impulſi-
ua, & ideò non reſtringitur diſpoſitio ad
illam l.4.in princip.& ibi Bart.circa finem,ff.de
aliment.& cibar. legat. cum ſimilibus adductis
per Roman.in conſ.229.in fin.& per Alexand.
in conſil.223.circa fin.volum.2.Mantic.de con-
166 iect.lib.6.tit.14.num.15. Quod autem ita
ſe habeat ille modus, patet ad oculum,
quia tendit, ac illius finis fuit, vt Ciuitas
citius

Digitized by Google

citius relenetur ab onere illarum gabella-
rum, & per conſeqnens ſua gauderet im-
munitate, quapropter ille modus ibidem
adiectus, cum tot, tantiſque cautelis ad ef-
fectum reluendi, fuit quædam prouiſio pro
indemnitate vrbis facta à Senatoribus, qui
in illa capitulatione interuenerunt, qui in-
tendentes releuare quanto citius eorum
patriam ab onere illarum gabellarum, cu-
rauerunt illud ponere in dicta capitulatio-
ne, illudq .è firmare Regia auctoritate, ad
tollendum omnem occaſionem, ne introi-
tus gabellarum ad alium vſum expendan-
tur à futuris ſucceſſoribus, in damnum,
ac detrimentum dictæ vrbis, quæ inte-
rim onera gabellarum ſuſtinet. Et quòd
hæc fuerit mens, ſeu cauſa finalis patet
ex verbis ibidem appoſitis *in capit.* 2. *in*
verſic. Et perche retardandoſi, vbi eſt pro-
uiſum, quòd gabellarius, qui non ſoluit
in tempore pretium gabellæ relutionis,
teneatur ſoluere interuſuria, quæ Ciui-
tas, ſoluit, & ponitur in præfationibus ra-
tio, quia per talem retardationem ſolutio-
nis Ciuitas ſentit damnum, quia non po-
teſt reluere, ac extinguere ſubiugationes.
Ex quo datur intelligi, quod ille modus
adiectus pro reluitione facienda, principa-
liter reſpicit vrbis indemnitatem, vt ex præ
fatione præmiſſa colligitur, ex qua reſultat
ratio finalis diſpoſitionis, ex adductis per
Alexand. in conſil.7. num.3. volum. 2. cum con-
cord. traditis ſup. num. 136. quibus accedunt
Soc. in conſ. 183. *volum.* 2. *Dec. conſil.* 86. *colum.*
4. *Barbat. Curt. Sen. Cagnol. & alii, quos citat Me-*
noch. lib.4. præſump. 24. *num.* 5. *Roland. in conſil.*
167 44. *num.* 9. *volum.* 4. Nec mouet, quod à Fi-
ſco traditur, qui ſuadere conatur, quòd
ille modus reſpicit commodum ſuæ Ca-
tholicæ Maieſtatis, ex quo, facta reluitione,
Princeps, vt ſuæ conſuleret neceſſitati, faci-
lius potuiſſet hoc vectigal ſuper extractio-
ne ſerici imponere, ne duplici vaſſalli gra-
uarentur onere, prout hodie per hanc im-
poſitionem noui vectigalis, ob non factam
relutionem grauantur. Nam etſi in aliquo
ille modus poſſit reſpicere commodum
Regis, illud tamen poteſt contingere per
accidens, ſecundum contingentem neceſſi-
tatem imponendi tale vectigal, quæ pote-
rat tunc ſe habere adeſſe, & non eſſe, nec
tale eſt commodum, quod præciſè ob non
factam reluitionem, impeditur, cum fine
ea, liberum eſt Regi in Regno hoc vectigal
imponere, prout cum effectu impoſuit, ſed
commodum Ciuitatis naturaliter reſultat,
ex relutione, qua ceſſante, præciſè ceſſat:
168 & ideò dum de interpretatione finis quæ-
ritur illius modi adiecti, illa debet ſumi,
quæ conuenit cauſæ potius naturali, quàm
accidentali, *Franc. Aret. in l. ſtichum, qui meus*
erit num. 1. *ff. de leg.* 1. *& in l. centurio, num.* 7.
ff. de vul. & pupil. ſubſtit. Grat. in conſil. 9. *num.*
136. *volum.* 1. *& Menoch. in conſil.* 1. *num.* 17.
volu. 1. commodum enim Ciuitatis princi-
paliter continetur ſub adimplemento illius
modi adiecti, & ideò in diſpoſitione illud
debet attendi tanquam cauſa principalis,
non aliud quod ſecundario poteſt contine-
ri, *l. ſed ſi hac, §. fin. ff. de in ius vocan. & l. ſatis*
notum, C. quib. mod. pig. vel hypot. taci. cont. Me-
noch. in conſil. 235. *num.* 28. *volum.* 3. & tan-
to magis, quia commodum, quod reſultat
pro Ciuitate, ob implementum immedia-
tè prouenit, & ideò illud debet conſidera-
ri, non aliud, quod reſultat remotè, & me-
diatè, *argum. l. ſocium, qui in eo, §. fin. ff. pro ſoc.*
Dec. in l. certi conditio, §. quoniam, num. 7. *ff. ſi*
certum petat, Tiraq. Crauet. & Socin. Iun. quos ci-
tat Menoch. in conſ. 41. *num.* 15. *volum.* 1. vnde
ab eo commodo vrbis ſumenda eſt cauſa
finalis illius modi in dicto priuilegio adie-
cti, ita vt illud dicatur prima & principa-
lis cauſa, quia illud magis in cauſatum in-
fluit, quàm aliud, ad tradita *per Angel. in*
conſ. 1. *rẽ. colum.* 1. *& Surd. in conſil.* 196. *num.*
14. Ex quibus animaduertimus, verum
eſſe, quòd ille modus adiectus non fuit cau-
ſa finalis illius conceſſionis, tùm quia prin-
cipaliter non reſpicit totam illius diſpoſi-
tionem, tùm etiam quia principaliter re-
ſpicit commodum Ciuitatis conceſſiona-
riæ; & ideò ea, quæ ex aduerſo afferuntur
ob defectum implementi cauſæ finalis, ter-
minis noſtris non conueniunt.
169 Secundò principaliter obiecto præmiſſo
reſpondetur, quòd adducta ex aduerſo pro-
cedunt, quando adhuc contractus non eſt
executus, quo caſu ex capite inobſeruantiæ
non eſt implendum non adimplenti, ad tra
dita per eundem *Becc. in dict. conſ.* 45 *num.* 6.
vnde tunc frangenti fidem, fides non eſt ſer-
uanda, *l. cum proponas la ſecunda. C. de pact. l.*
diuiſionis, ff. eodem, l. Iulianus, §. offerri, ff. de
action. empt. l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat.
capit. peruenit el ſecundo, cum ibi notatis, extra
de iur. iura. cap. fruſtra, & ibid. gloſ. de reg. iur. in
170 *in* 6. At vbi contractus eſt iam perfectè exe
cutus, tunc non licet recedere, ſub prætextu
defectus implementi, *l. in ciuile, C. de rei ven-*
dicat. per quem Bald. ibid. in princ. inquit, quòd
illa regula, non ſeruanti fidem, non eſt fi-

des ſeruanda, procedit in contractibus no-
minatis ante executionem,non autem poſt,
ſequitur *Felin.in dict. cap. peruenit ſub num. 5.
verſ. tertius caſus de iur.iur. Alexand.in d.l.cum
proponas la ſecunda, in 3. limitat. & Dec. in 4.
C.de pact.Becc.in d.conſ.45.num.35.& 36.vbi
poſt Felin.Riminald. Paul.de Caſtr. Salic, Corn.
Alexand.Natt. & Alciat.* inquit, quòd ven-
ditor eo ipſo quòd adimpleuit ex parte
ſua, rem tradendo, iuxta tradita per *Ruin.
in conſ.128.in fin.lib.5.*non poteſt rem ipſam
repetere, recedendo à contractu, ſub præ-
textu quòd ex parte emptoris non adim-
pletur per ſolutionem prætij, per illum *tex.
in dict.l.in ciuile*, pro qua re facit quod tra-
ditur de effectu conſummato, qui non ceſ-
ſat,licet cauſa ipſa ceſſet,vt latè *tradit Tiraq.
in tract.ceſſant.cauſ.ceſ.effect.in 2.par.limit.12.*
cuius meminit *Menoc.conſ.185.nu.28.vol.2.*
171 Sed in propoſito cum in terminis illius
priuilegij agitur de ſpecie contractus no-
minati ob interuentum pretij, ad tradita
ſupra *in 1. part. num. 96. & in hac part. num.
141.* qui iam fuit perfectè exequutus, non
ſolùm ex parte ſuæ Catholicæ Maieſtatis,
verùm etiam ex parte Meſſanæ, cum effecti-
ua ſolutione quantitatis oblatæ correſpe-
ctiua ad conceſſionem priuilegij,*ad tex.in l.
metum.§.ſed quod prætor,ff.quod met.cau.* vt ex
publicis patet documentis,& ſua Maieſtas
atteſtatur in Regijs literis Senatui directis,
& in eulogio præſentatis, in quibus com-
mendat vrbis promptitudinem in adim-
plendo contenta in capitulatione præmiſ-
ſa, vtique ſub prætextu illius aſſertæ non
obſeruantiæ circa reluitionem præmiſſam,
dato quòd illa in aliquo Regium intereſſe
reſpiceret, à conceſſione dicti priuilegij re-
cedi non poteſt, & ideò in eo contenta, &
præſertim confirmatio immunitatis ſubſi-
ſtit, ac ſuum ſortitur effectum. Nec mo-
uet, quod in ſpecie traditur ex aduerſo de
conceſſione immunitatis, quam dicit Fiſc.
poſſe reuocari, ſi ab altera parte, cui con-
ceditur, non ſit adimpletum, *ex Natt. in
conſ.657.num.8.* de quo, dum illud bis im-
plicat, magnum feſtum facere videtur.
172 Nam loquitur *Nat.poſt Bart.& alios,quos ipſe
citat*, de immunitate conceſſa per contra-
ctum innominatum, do, vt facias vigore
ſtatuti, quo cauetur, quòd quicumque ve-
nerit ad habitandum in tali caſtro, gaude-
ret perpetua immunitate, quæ conceſſio
reſpectu eorum, qui adhuc non venerunt
ad habitandum, poteſt reuocari, ad tradi-
ta *per Iaſ.in conſ.1.ſub num.15.volum.1.* quia
vt ipſemet *Nat.* inquit, res eſt integra, &
contractus innominatus tollitur pœniten-
tia, non ſolum re integra, ſed etiam poſt
implementum, ex parte tamen adimplen-
tis, *l.ſi pecuniam,ff.de condit.ob cauſ.l.naturalis,
§.1.ff.de præſcript. verb.Doct. communiter in
rub.ff.de verb. oblig.* vbi hoc eſſe de iure ex-
173 peditum, inquit *Soc.Iun.num.93.* Quod ta-
men non procedit in contractibus nomina-
tis, in quibus verſantur termini dicti priui-
legij: quia in eis,vt ex prædictis patet,non
eſt locus pœnitentiæ, *ad textum in l.ſicut,C.de
action.& oblig. l.in commodato, §.ſicut,ff.com-
mod.& l.1.& ibi Doct.,C.de action.empt.* Hinc
eſt, quòd quando in contractibus innomi-
natis interponitur ſtipulatio, non habet
locum pœnitentia, *l. ex placito, C. de rer. per-
mut.* ſecundum ſententiam, quam ſentit
*Bart.in l.2.C.de condit. ob cau. Doct. in l. 1. vbi
Paul.de Caſt.& Alexand.ff.de pact.& in l. Mi-
les,§.decem, ff.de re iudic.* de quo tamen *Doct.
in dict.rub.ff.de verb. oblig. vbi Soc.Iun.* ac Re-
centiores latiſſimè proſequuntur. Itaque
ex prædictis patet, quòd nullo modo obie-
ctum de aſſerta in obſeruantia refragatur;
quin Meſſana iure optimo ad corrobora-
tionem ſuæ antiquæ immunitatis nouiſſi-
mo priuilegio lætari non poſſit, quia alle-
gata ex aduerſo rei noſtræ non conueniunt.
174 Quibus pro coſtanti adductis, licet opus
non ſit pro iuſtificatione aſſerti defectus
implementi oſtendere, quod ex legitimis
cauſis aliquid, quod ex dictis redditibus
deſtinatum erat (vt fertur) ad reluitiones
faciendas, fuit iam legitime implicatum
in alijs vſibus neceſſarijs; tamen non omit-
timus illud referre, quòd dicti redditus ex
cauſis poſteà emergentibus, non cogitatis,
nec præuiſis tempore capitulationis, fue-
runt implicati in partem in alio vſu, tùm
pro donatiuis factis Suæ Catholicæ Ma-
ieſtati, tùm etiam pro alijs publicis neceſ-
ſitatibus dictæ vrbis, cum auctoritate, &
diſpenſatione excellentiſſimi Dom. Prore-
gis,qui ex cauſis vrgentibus, quas agno-
uit imminere, diſpenſauit, cum clauſula
derogatiua: & ob id,quod de Principis au-
ctoritate, ac ſcientia factum eſt, iuſtè, ac
legitimè proceſſiſſe dicitur, argumento,
*l.iuſtè poſſidet,ff.de acquir. poſſeſ.l.non videtur,
§. qui iuſſu, ff.de reg.iur. l.iniuriam, §.1. ff.de
iniur.l.quamquam in princ.cum ſimil. ff.de aqua
plu.arcend.Bald.* loquens de licentia iudicis,
quæ iuſtam excuſationem præſtat, in ſua
*diſputatione accuſatus de vi turbatiua colum.
antepenult. verſ.quarto quæritur, & in conſ.58.*
verſ.

Digitized by Google

176 verſic.prætereà, vbi quis, volum.5. Nec obſtat
replicatio ex aduerſo, quòd licentia, ſeu
diſpenſatio Proregis nullius eſt roboris, ex
quo cum aliter fuerat à Rege ordinatum,
non licuit Proregi, vti inferiori, contra fa-
factum ſuperioris diſpenſando venire, ad
quod potuiſſent allegari illa iura in l.penult.
§.penult. ff.de aqua pluu. arcend. l.ille à quo, §.
tempeſtiuum, ff.ad Trebell. l. nam & magiſtra-
tus, ff.de arbit. capit. cum inferior de maiori. &
obedien.capit.literas de reſtit.ſpoliat.cap. ſuper eo
de vſur.& capit. vt noſtrum cum ſimil.de appell.
Surd.in conſ.58.num.6.& in conſ.558.num.2.
conuenit quod ſenſit Gramm. vot. 25.num.
11.Petr.de poteſt.Princip.cap.8.nu.53. Franc.
Hercul.in tract.de cautio. de non offen.capit.37.
rub.de ſal.conduc.num.8.Menoch.in conſil.100.
num.227.volum.2. qui dicunt, non licere
inferiori concedere ſaluum conductum
damnato per ſuperiorem, latè Farinac. in
177 pract.quæſt.29.num.88. Nam, quod dictum
eſt, procedit, niſi aliter ex cauſa factum ſit,
propter quam licet inferiori contra factum
ſuperioris venire, argument.text.ſingul.in l.ſi
hominem.ff.mand.Innocent.in cap.1. extra de
conſtit. vbi ſingulariter voluit, quòd infe-
rior ex cauſa poteſt tranſgredi iura, quòd
latè proſequitur ibidem Felin. ſub num. 49.
verſic. ſeptimò fallit, Iaſ.in l.omnes populi num.
13.in 2.lect.ff.de iuſtit.& iur.& in conſ.1.num.
6.volum.1.Marſil.in ſing.182.Crauet.in conſil.
21.num.3. Abb.in cap. ſtuduiſti de offic. legat.
vbi ait, quòd Epiſcopus ex cauſa poteſt ſta
tuere contra Canones, quod voluit Bald.in
d.l.omnes populi, idem Abb.in cap.at ſi clerici, §.
de adulterijs colum.5. & ibi Felin.de iudic.idem
Felin.in cap.quod ſuper his num.4. de maior. &
obedien. & magis ad rem, quòd licet infe-
riori diſpenſare contra factum ſuperioris,
178 tenet gloſ.in cap.tempora, 26. quæſt. 7. quæ
voluit, quòd Epiſcopus poteſt ex cauſa
mutare pœnitentiam alicui iniunctam à
Romano Pontifice, quod extollit Roman.
in ſing.454.ſequitur Felin. in d.cap. 1.de conſtit.
Iaſ.in d.l.omnes populi, & in d.conſ.1.Marſil.&
Crauet.in præcit.locis, & Menoch. in conſil.90.
179 num.34.volum.1. Quod in re noſtra multò
magis procedit, dum quæritur de facto ex-
cellentiſſimi Domini Proregis, qui eſt Vi-
carius, & locumtenens, & omnia poteſt,
quæ poteſt ipſemet Rex, adnot.per Alexand.
poſt Paul. de Caſtr.in l.2. ff.de offic.eius, cum
alijs adductis à Marin.Frecc.in tract.de ſubfeu.
lib.2.in tit. quis dica. Dux, num.33.poſt Iſern. in
cap.Imperialem, num.12.de probib. feud.alien.
per Fede. quibus accedit Ioann.Franc.Apont.
in tract.de poteſt.Proreg.tit.1.in princ. vbi ſub-
dit, quòd vigore ampliſſimorum titulo-
rum, ac commiſſionum, quas tenet Prorex
in Regno, conſtituitur alter ego.
180 Nec militant ex aduerſo allegata à Fiſc.
ſuadente, quod illi redditus deſtinati ad re-
luitionem, non poterant ad alium effectum
expendi, quia pecunia deſtinata ad vnum,
non debet ad alium vſum conuerti, ad text.
in l.1.ff.de admin.rer.ad ciui.pertin.cum concord.
Ham illud eſt verum, vel in certis caſibus
ſpecialibus, de quibus in l.fin. C. de frume.
Vrb.conſtant.& in l.hac lege, C.de aquæduct.lib.
11. quod animaduertit Luc.de Pen.in l.1.col.
5.verſic.ſed prædictis eſt contra, C.de expenſ.Lu-
dou.cod.lib.ad tradita per Bart.quem citat Fiſc.in
d.l.1.C.de expen.Ludou.per illum text.in l.fin.C.
de his, qui ex publ. coll.lib.10. vel illud paſſim
procedit, vbi nulla imminet cauſa, ad text.
dict.l.1.& l.legatam in 1.reſpon.ff.de admin.rer.
ad ciu.perti. cæterum ex cauſa, extra tamen
caſus ſpeciales, licet etiam inferioribus
magiſtratibus, citra Principis auctoritatem
pecuniam deſtinatam ad vnum vſum, ad
alium conuertere, vt declarat Luc.de Pen. in
loco præt.& faciunt iura in l.legatum, ff.de vſu-
fru.leg.in dict.l.legatam, ff.adminiſt.rer.ad ciui.
pert.& l.fin.ff.de oper.publ.& l. quidam teſta-
mento, cum ſimil. de cond. & demonſt. & ideò
Luc. de Pen. in dict.l.1.colum. 3.verſic.ſecundo
quæritur, poſt multa concludit, quod pecu-
nia legata pro certo vſu pio, poteſt ex cau-
ſa ad alium vſum conuerti per Epiſcopum,
quòd multò magis procedit, quando opus
principale priſtinum, ad quod pecunia fuit
deſtinata, in totum non tollitur, ſed differ-
tur, Anton.de Butr.in capit.fin.ante med.verſic.
Vincentius autem de teſtib. vbi inquit, quod ex
cauſa relictum pro anniuerſario, poteſt pro
certa vice ad aliud expendi, argum. dict.l.1.
C.de expe.ludo. Verum vbi licentia Principis
interuenit, de his non eſt curandum, quia
eius ſupplet auctoritas, d.l.legatam, Clemen.
2.poſt princ.de relig.domi. Luc.de Pen.in dict.l.
181 1.in dict.verſ.ſed prædictis. Nam diſpenſatio
contra ius, ſoli Principi eſt reſeruata, Cano.
in dict.cap.1.de conſtit.& in cap. paſtulaſti de
reſcript.Innoc.in cap.dilectus de temp.ordin.Pe-
reg.de iure Fiſc.lib.5.tit.2.num.4. quod multò
magis id vendicat ſibi locum in terminis
noſtris, in quibus ex cauſis vrgentibus, vel
pro donatiuis Regi faciendis (licet illam
improbet Fiſc.cuius tamen fundamentum
ex deductis 3.ſuppo. princ.diluitur) vel pro
alijs publicis neceſſitatibus diſpenſationes
processerunt, & ſic auctoritas, & cauſa in

ſimul conuenerunt, *argum.l.cum in adoptiuis, C.de adopt. & c.1.cum ſimil.de treg.& pac.* Et hæc quoad primum membrum.

SVMMARIVM.

182 *Fiſcus aſſerit immunitatem Meſſanæ pro ea non ſuffragari, ex quo cæteri de Regno læduntur, quia maiora ſubeunt onera.*
Sed hoc diluitur nu.193.195.199.& 201.& num.204.

183 *Immunitate conceſſa à Principe, ſi alij non immunes nimium grauantur, p ſſunt implorare remedium à Principe, quòd immunitas reuocetur, vide num.190.*

184 *Priuilegium à Principe validum, ſi ex poſt facto incipit lædere iura tertij, an reuocetur, & an ipſo iure, vide num.191.*

185 *Aym Publ.in conſu Aluer. ex aduerſo alleg. terminis, de quibus quæritur, non conuenit, & num.ſeq.*

186 *Priuilegium ſurreptitium eſt ipſo iure nullum.*

187 *Immunitate conceſſa, an & quando onus immunis accreſcit aliis, remiſſiuè.*

188 *Immunitas ſi alicui fuerit à Principe conceſſa, onus illius immunis accreſcit cæteris de vniuerſitate.*
Et maxime, ſi illa fuerit conceſſa ob benemerita, num.ſeq.

189 *Priuilegium motu proprio conceſſum latè interpretatur, etiam in præiudicium tertij.*

191 *Priuilegium, quod incipit eſſe iniquum, an ſit obſeruandum.*

192 *Immunitas an ſuffragetur pro eis, qui poſt conceſſionem multa acquiſiuerint bona, propter quod cæteri non exempti grauantur.*
Immunitas conceſſa pro bonis, an porrigatur ad bona poſtea quæſita, ibid.
Priuilegium exemptionis ſuper decimis, vel collectis non ſoluendis, porrigitur ad prædia quæſita poſt conceſſionem, ibid.

193 *Immunitas conceſſa ei, qui non ſolet contribuere in oneribus vniuerſitatis, non dicitur afferre damnum ſeu læſionem vniuerſitati.*

194 *Princeps ius nondum alicui quæſitum, poteſt ſubuertere.*

195 *Subditi non poſſunt conqueri de grauamine, quod ſentiunt ex immunitate exemptorum, quando apparet Principem voluiſſe eximere, etiam à grauiſſimis muneribus vniuerſitatis.*

196 *Immunitas conceſſa ſimpliciter ab oneribus, comprehendit onera etiam futura, quamuis ex noua cauſa creuerint.*

197 *Immunitas Meſſanæ fuit expreſsè conceſſa pro oneribus futuris.*
Immunitas conceſſa pro oneribus, quæ imponentur, comprehendit onera etiam grauiſſima, ibidem.

198 *Princeps habens plenitudinem poteſtatis, poteſt quem vult à muneribus eximere, & cui vult onera imponere.*

199 *Immunitas ex titulo oneroſo obtenta, non poteſt reuocari, licèt ſuperueniat enormis læſio, ac graue aliorum præiudicium.*
Text.in cap.ſuggeſtum dedeci.locum habet in puro priuilegio gratioſo, ibid.

200 *Priuilegium gratioſum poteſt abſolutè à Principe reuocari.*

201 *Præiudicium, ſeu damnum ſubditorum an reſultet ex immunitate Meſſanæ, & num.ſeq. vide num.204.*

202 *Onus, ſi imponitur cuilibet, aut eſt diuiſum per capita, tunc vnius immunitas non nocet cæteris non exemptis.*

203 *Regnicolæ ex immunitate Meſſanæ quoad vectigal, de quo quæritur, ſentiunt commodum.*

182 Deuenio ad ſecundum membrum principale, in quo illud, ex aduerſo adductis, occurrit, quod implicat Dom.Fiſci patronus ſub 5. & 6. reſpon. princ. quo ipſe euitare conatur hanc immunitatem, ſub prætextu, quod per eam cæteri de Regno læduntur: quia maiora ſubeunt onera; propter quod aſſerit ſuccurrendum eſſe cæteris vaſſallis, & iuſtam eſſe cauſam reuocandi immunitatem, ne quod omnes tangere debet, quidam ſoli ſoluere cogantur: faciunt pro hac re aliquæ authoritates adductæ à Fiſco in loco præcitato, vbi vt animaduertimus, ex duobus ſuadere attentat hanc immunitatem non ſuffragari, quorum alterum principale eſt, quòd quando imminet neceſſitas talis, cui non poteſt prouideri, niſi exemptis imponatur onus, ex quo cæteri non exempti illud ſoli ferre non poſſunt, tunc nulla immunitas ſuffragatur, cuius occaſione aliud implicat, quòd quando ex conceſſione immunitatis nimium alij non exempti grauantur, iuſtum eſt reuocari immunitatem, & cæteris vaſſallis ſuccurrere. Ex quibus, omiſſo primo, quod ad præciſam neceſſitatem attinet, de quo ordine ſuo in quarto, & vltimo membro dicetur, alterum implicatum attingemus, quod ad præiudicium cæterorum vaſſallorum pertinet, quod traditur ex aduerſo ſufficere, vt non exemptis ſuccurratur per reuocationem immunitatis; Faciunt pro hac re, vt dicebam, aliqua, quæ Fiſcus, etſi aliquantulum inordinatè, allegat *ſub dict. 5. & 6. princip.*

Digitized by Google

183 *princip.reſpon.* inter quos præcipuè allegatur *Natt.in conſil.63.num.* 19. qui ex ſententia *Abb.in cap.accedentes, de præſcri.* voluit, quòd licèt Princeps poſſit aliquos immunes facere, ſi tamen alij propter exemptionem nimium grauantur, implorandum eſt remedium ab ipſo Principe, quod priuilegium exemptionis reuocetur. Allegatur pariter, quod notat *Aſol.in conſt.Sabaud.in tit.de iur. emphyt.glo.2.in 3.par.num.23.* dum inquit, quòd ex immunitatis conceſſione cæteri læduntur vaſſalli damno notabili, tunc illis eſt ſuccurrendum, *ex Iacob.de Sanct.Georg. ſub tit.de homog.num.40.ex Bertran.in ſæpè allegato conſil.* 181.*num.*19.*& 20. in 3.volum. ex Surd.in deciſ.275.num.*10. vbi refert, quod immunitas alicui concesſa lædi poteſt, vbi onus à non exemptis non poteſt ferri, quod
184 ampliat Fiſcus procedere, etiamſi præiudicium ex poſtfacto reſultet, eorum adductus authoritate, qui dicunt, quòd priuilegium ab initio validum ex poſtfacto reuocatur, quando incipit lædere iura tertij, & ſubdit in totum, & ipſo iure reuocari, *ex Rebuf.in pract.benefic.in tit.de reſerua.tam gener.quam ſpecial.num.* 17. quem ſequitur in terminis immunitatis, *Caſ. Barz.in deciſ.*118.*num.*7. pro quo allegatur ille text.paſſim ab omnibus citatus *in capit.ſuggeſtum, extra de decim.* vbi priuilegia conceſſa Abbati, & fratribus Doloñe.de non præſtandis decimis, intelliguntur reuocata ex eo, quòd quando Reg. Cath. hæc priuilegia eorum ordini conceſſit, ita raræ erant Abbatiæ illius ordinis, quod nulli poterat ſcandalum ſuboriri; ſed poſtea in tantum fuerunt augmentatæ, ac poſſeſſionibus ditatæ, quod multi querelam de ipſis fratribus, & ordine proponebant, & ſic ex præiudicio, quod alteri ex poſtfacto reſultabat, illa priuilegia immunitatis à principio valida, ceſſant, per quem *tex.Ceſ.Barz.in d.dec.*118. voluit, quòd conceſſio immunitatis facta illis, qui pauca habebant bona, & multa poſteà acquiſiuerunt, non ſuffragatur, ex quo cæteri ciues grauantur. Hinc *Lancel.Gaill.in conſ.*25. ex aduerſo allegat. inquit, quòd vbi immunes meliorem, & fertiliorem partem territorij poſſident, cæteri vero non ita, & ob id onera ingentia ſufferre nequeunt, quòd tunc non debet attendi exemptio in præiudicium aliorum, *Riminald. Iun.in conſil.* 59. *num.*67. *ad tradita per Dec.in conſil.* 335. Ex quibus inferendo ad rem noſtram, inquit Fiſc. quòd licet tempore conceſſionis immunitatis Meſſanæ, neceſſarium pro Reip. incumbentijs, & Regni conſeruatione percipiebatur ab alijs locis, & partibus Regni, hodie tamen cæteri vaſſalli adeò reperiuntur grauati, quòd maximum eſſet eorum præiudicium, ſi Meſſanæ immunitas permitteretur, & reliquum Regni onera ſubiret. Hinc iuſtiſſima eſt cauſa, vt ceſſent priuilegia, *argumen.dict.cap.ſuggeſtum,* attento quòd magnũ eſt factum ſericorum augmẽtum, ac ingens Meſſanæ ad ſerica emenda ſe confert mercatorum numerus, vnde maximum in cæteris Siciliæ vaſſallis eueniret damnum, ſi magnis impoſitis gabellis ſola Meſſana Ciuitas ab omni vectigali ſeruaretur indemnis. Hæc ſunt, ex quibus conatur Fiſ. inferre hanc immunitatem ceſſare, ſtante præiudicio aliorum, quod etiam
185 adducit *Corſet. in 5.ſupp.princip.fol.*84. Nec omittimus, quod ad confirmationem præmiſſorum allegat Fiſc. *Aym.Publ. in conſuetud.Aluer.tit.2.artic.9.num.*7. qui teſtatur ſe conſuluiſſe pro Duce Sabaudiæ, quòd poterat reuocare priuilegium conceſſum communitati, & hominibus oppidi de Cuneo Pedemon.ne poſſint vltra centum focorum numerum collectari, ob maximam læſionem, quam continebat, propter inſigne illius loci augmentum, prout in eadem facti ſpecie refert conſuluiſſe *Purpur. in conſil.* 18.*volum.*1.

Ex cuius dictis, vt ab hoc incipiamus, patet, quòd iſtud, quod vltimo loco retulimus ex traditis à Fiſc. ad rem non facit, quia in ea facti ſpecie, illa reuocatio proceſſit propter nullitatem conceſſionis, reſultantem, tàm de iure communi, quàm etiam ex prohibitione ſpeciali, *vt deduxit Purpur.ibid.in* 1.*&* 2.*fundam.num.*24.*&* 32. Quinimò prouenientem ex defectu intentionis concedentis, cui fuerat ſubreptum in taciturnitate numeri illorum focorum, qui lõgè magis excedebat vltra dimidium numerum focorum, contentum in conceſſione, *vt idem Purpur. adducit ſub* 3.*fundam. ante num.*41. Propter quod illud priuile-
186 gium tanquam ſubreptitium, erat ipſo iure nullum, *ad tradita in capit.ad audientiam, vbi Felin.num.*22.*de reſcrip.Innocent. & Imol.in cap.ad aures, eod.tit. Soc.in conſil.* 13.*colum.*3. *volum.*1.*& in conſ.*164.*in princip.num.*2.*& in conſ.*169.*num.*1.*volum.*2.*Soc.Iun.in conſil.*77. *num.*83.*volum.*1.*Menoch. de arbitr.caſu* 201. *numer.* 2. *Surd.in deciſ.* 307.*numer.*17.*cum concord. traditis à nobis in cap.ſuper literis num.* 156.*extra de reſcript.* Immò ſi illa conceſſio fuiſſet in vim contractus, ex doloſa ſubre-

Digitized by Google

ptione illa, potuiſſet reuocari, *ex deductis à*
Purpur.ibid.in 4. fundam.num. 45.ad tradita
ſupra num. 109.in hac par. quamuis in ea fa-
cti ſpecie agebatur de conceſſione gratioſa,
quia quantitas, quæ interuenit, non æqui-
ualebat conceſſioni, *vt idem Aym.* relatus à
Fiſ. atteſtatur, & clariùs deducit *Purpur.ibi.*
num. 53.cum ſeq. Ex quibus conſtat, quòd
iſtud auctoritate *Aym. Publ.adductum*, ter-
minis iſtis non conuenit, licèt alia, quæ ex
eius ſcriptis retulimus, magis prima fronte
in propoſito vrgere videantur: Sed re dili-
genter perpenſa, conſtabit pariter illa in
hac facti ſpecie non conuenire.

Pro diluendis igitur præmiſſis animad-
uertere oportet, quod conceſſio immunita-
tis facta à Principe non recognoſcente ſu-
periorem, habente iura imperij, non ex eo,
quod ſimpliciter cæteri non exempti lædun
tur, quibus onus exemptorum accreſcit, ceſ-
ſat, aut reuocari debet. Hinc licèt à Doct.
187 controuertitur, an data immunitate, onus
immunis accreſcit non exemptis, vel te-
neatur eximens in eius computum accepto
ferre, de quo latè per *Abb.poſt Ioan.Andr.in*
cap.accedentes num.8.de præſcrip.& in cap.per-
uenit, num.9.cum ſeq. de immunit.Eccleſ.Iaſ.in l.
auus neptis, num.9.ff.pact. Feſtaſ.de collect.in
4.p.cap.2.num.70.cum ſeq.& Roland.in conſil.
76.volum.2. in qua re, quicquid traditur
de inferioribus, qui tenentur deducere,
quando oneris emolumentum ad eos per-
tinet, in Principe vero, non recognoſcente
ſuperiorem conſentiunt Doct. magis com-
188 muniter onus non exemptis accreſcere. Et
ideò vbi immunitas à Principe conceditur,
illa portio, pro qua priuilegiatus gaudet
immunitate, accreſcit alijs de populo, ſeu
communitate, vt voluit *Ioan. Andr.in dict.*
cap.peruenit, & ibid.Abb.num.16.idem Abb.in
dict.cap.accedentes ſub num.8.verſ. quartus ca-
ſus, & ibid.Felin.num.7.Steph. Aufrer.in addit.
ad Toloſ. in deciſ. 348. ſub concluſ. 4. Bart. &
Paul.de Caſt.in l.ab omnibus, & ibid. Imol.in
fin.princip.ff.de leg.1.Paul.de Caſt.in conſ.187.
Notandum eſt, Ruin.in conſ.125.num.3.& 6.
volum.4.Natt.in dict.conſ.63.ſub num.18.in
fin.& in conſ.160.ſub num.36.verſic.ad ſepti-
mum, idem Natt.in conſ.397.num.12.Riminal.
Iun.in conſ.59.num.66.Cephal.in conſ.58.nu.
49.& 62. latè Surd.in conſ.278. per totum, &
in ſpecie num.15.& 25.verſic.his itaq; vbi te-
ſtatur de communi, & Borrell. de præſtan.
Reg.cap.33.ſub num.26.verſic.decima declara-
tio. Ex quo inferendo ad rem noſtram,
datur intelligi, quòd hæc immunitas Meſ-
ſanæ non corruit, licet facti ſpecies ita ſe
haberet, quòd data immunitate iſta, cæte-
ri vaſſalli onus, pro quo Meſſana eſt priui-
legiata, ſubirent, nam præiudicium alio-
rum, ſimpliciter, & abſolutè, non impedit
189 immunitatem ſubſiſtere. Et tanto magis,
quando immunitas eſt conceſſa ob bene-
merita, quo caſu nocet alijs de populo, &
portio immunis diſtribuitur inter alios de
communitate, prout in fortioribus termi-
nis poſt *Bart.Abb.Ruin.Feſtaſ.& Cephal.* at-
teſtatur Surd. in dict. conſil. 278. ſub num. 14.
verſic. 7. quia cum tale priuilegium præſu-
mitur conceſſum motu proprio, *vt deduxi-*
mus in 2.part.ſub 6. conſider. latè interpræta-
tur etiam in præiudicium tertij *Natt. in*
*conſ.340.nu.6.Surd.in conſ.140.num.60.*quod
eſt de intentione *Ioan. Andr. & Abb.* in ter-
minis iſtis, *in dict.capit. peruenit, num.17. de*
immunit.Eccleſ.

190 Animaduertimus tamen, quòd quando
conceſſio immunitatis ita ſe habet, quòd
cæteri vaſſalli, quos oportet onera immu-
nium ſubire, grauiter læduntur, quod tunc
à Principe ſuccurrendum eſt, iuxta ea, quæ
ex aduerſo afferuntur, ex his quæ tradit
Abb.poſt Ioan.Andr.in d.cap.peruenit, num.17.
& in d.cap.accedentes, nu.8.verſ.ex his infertur,
vbi voluit, quòd ſi per priuilegium immu-
nitatis à Principe conceſſum, grauiter con-
tigit lædi vniuerſitatem: quia fortè multi
ex priuilegio ſunt exempti, & alij non im-
munes, nimium grauantur, quod tunc Prin
cipis remedium eſt implorandum, pro re-
uocatione immunitatis, quod voluit *Imol.*
in d.l.ab omnibus, ff.de legat.1.Natt.in d.conſil.
63.num.16.volum.1.& Boſſ.in tit. de princip.
num.164. Et hoc etiamſi ex poſtfacto id
contingit, per illum *text.in d.cap.ſuggeſtum*
191 *de decim.* Nempe non eſt priuilegium ob-
ſeruandum, quando incipit eſſe damno-
ſum, & iniquum *Boſſ. de Princip. num. 165.*
Roland.in conſil.1.num.158.& 170.Volum.2.
Menoch.in conſil.350.num.27.Bardel.in conſil.
22.num.10.& Caſ. Barz. in deciſ.118.num.7.
ſed non ipſo iure, & abſque hominis mini-
ſterio propter hoc reuocatur priuilegium;
nam licèt *Barz.* citatus ex aduerſo hoc di-
cat, *Rebuſ.* tamen ab eo citatus hoc non di-
cit, quinimo ſentit contrarium, prout ſen-
tit *Abb.in cap.cum hoc in 2.not.de cleric. non*
reſid.& clarius ibid.ſub num.3.& in cap. ſugge-
ſtum ſub num. 4. & expreſſe voluit *Natt.in*
dict.conſil.63.ſub num. 21.Verſ.ad quartum.
192 Et ideò ſecundum prædicta procedunt tra-
dita à *Lancel.Gall.in conſ.ex aduerſo allegat.25.*
num.

Digitized by Google

num.64. & à Caſ. Barz.in dict.deciſ. 118. qui
dicunt, quòd immunitas non ſuffragatur
pro eis, qui poſt conceſſionem immunita-
tis multa acquiſiuerunt bona: ita quòd
notabiliorem & fertiliorem partem terri-
torij poſſident, & per conſequens cæteri,
quos oportet integrè ferre onera, grauiter
ac nimium grauantur, licèt alias immuni-
tas conceſſa ſimpliciter pro bonis porrigi-
tur etiam ad bona poſtea quæſita, *cap.quia
circa de priuil.Bart. in l.damni, §.ſi quis ædes, &
& ibidem Imol. ff.de damn. infect.* vbi inquit,
quòd priuilegium exemptionis ſuper deci-
mis, vel collectis non ſoluendis porrigitur
ad prædia quæſita poſt conceſſionem im-
munitatis, per illum *textum in dict.cap.quia
circa, ſequitur Alexand.in conſil.178. num. 15.
volum.2.Natt.in conſ.66.num.13.& in conſil.
160.num.23.& in conſ.328.num.4.& in conſ.
340.num.12. Bero.in conſ.173.num.27.volu.
1.Pariſ.*qui teſtatur de communi *in conſ.68.
num.7.& 10.volum.1.Burſ.in conſil.16.num.
77.volum. 1.Feſtaſ.de collect.in 4.part.quæſt.
21.num.62. Bertazol.in conſ.ciuil.27.num.30.
Menoch.in conſil.106.num.269.Surd.in conſil.
262.num.5.volum.2. Oſaſc.in deciſ. 136.num.
1.Anna.Fili.in ſingul.698. & in conſ.61.num.
15.num.1. Riminald.Iun.* qui hoc declarat *in
conſ.223.num.28.volum.2.Alfonſ.Modic.in
ſuis dubitat.iur.in §. plebiſcitum, dubit.18.num.
2.Dom.Tap.in l.fin.in 1. part.cap.4. num.6.ff.
de conſtit.Princip. & Camil.Borrel.de præſtant.
Reg.cap.33.num.22:*

193 Sed hæc ex aduerſo allegata ex his non
refragantur reſpectu tum maioris, tum
etiam minoris propoſitionis.

Primò præmiſſa non conueniunt rei no-
ſtræ reſpectu maioris propoſitionis: nam
illa poſſet procedere, ſuppoſitis terminis
habilibus, quando Ciuitas Meſſanæ fuiſſet
ſolita & conſueta concurrere in oneribus
cum alijs partibus Regni, & poſtea fuiſſet
facta immunis in graue ac enorme aliorum
præiudicium. Sed veritas eſt, quòd illa
ſemper fuit exempta per mille, & tot an-
nos, antequam eſſet forma huius Regni:
194 vnde aſſertum ſubditorum præiudicium
prætendi non poteſt: quia talis exemptio
hoc caſu non dicitur in aliorum tendere læ-
ſionem, vt ſuo tempore conſiderabat *Bolog.
in eius conſ.1.num.100.* qui nihil pro ſe alle-
gat, ſed allegare potuiſſet tradita per *Ceph.
in conſil.58.num. 61.* quem refert, & ſequi-
tur *Roland.in conſ.13.num.66.* vbi enim hoc
caſu Regnum prætenderet arctare Meſſa-
nam ad contribuendum, vtique ageret tūc
de lucro quærendo, & non de damno eui-
tando. Vnde non militant præmiſſa, quæ
ſe fundant in damno, quod ex conceſſione
immunitatis reſultat cæteris de vniuerſita-
te; ex quo diuerſa eſt ratio inter damnum
non pati, & lucrum non facere, *l.fin.§.penul.
C. de codicil.* Hinc potuerunt Principes Ci-
uitatem Meſſanæ facere immunem abſque
aliquo periculo reuocationis, cum nun-
quam dici poteſt illam immunitatem ten-
dere in læſionem aliorum ſubditorum, qui-
bus ius nondum fuerat quæſitum, *Barb.in
conſil.26.num. 20.in fin.verſic.nec obſtat cum
opponitur, volum. 2.Siluau.in conſ.66.num.4.&
ſub num.7.verſ.tùm quia:* quam ſententiam
refert & ſequitur poſt *Cephal. Pet.Surd.in
conſ.234.num.39. volum.2.* & ex nouiſſimis
Carol.Bardel.in conſ.22.nu.36. qui ait, quòd
verè hoc ſatis quadrat naturali rationi. Et
facit, quia ius nondum alicui quæſitum
pro eius libito voluntatis poteſt Princeps
ſubuertere, *Alciat.de præſumpt.reg.3.præſum.
11.num.*8 plura adducit *Franc.Becc.in conſil.
56.num.38.cum ſeq. volum.1.* quod in ter-
minis de iure collectandi, nondum quæſi-
to, voluit *Siluan.in dict.conſ.66.num.9.* rela-
tus & ſequutus *à Pet.Surd.in conſil.278.num.
8.volum.2.*

195 Secundo pariter præmiſſa non conue-
niunt terminis iſtis, quia quod dicitur in
maiori propoſitione prædicta, non procedit
quando apparet aliam fuiſſe voluntatem
Principis concedentis immunitatem, qui
voluit immunem gaudere immunitate
conceſſa, etiam pro grauiſſimis oneribus,
quæ imminent vniuerſitati, quo caſu non
poſſunt conqueri ſubditi, ſed magnam læ-
ſionem, ac damnum debent ſuſtinere, *Abb.
in dict.capit.accedentes ſub num.8. verſic. ex his
infertur, de præſcript.* quem ſequitur *Natt.in
dict. conſil.63.num.19.& in dict.conſ.160.nu.
38.& aſſenſit Feſtaſ.de collect.in 4.part.cap.2.
num.92. & Alexan.Raud.in conſ.54.ſub num.
71.volum.1.* de qua Principis voluntate in
terminis noſtris conſtare nemo negabit.
196 Dum hæc immunitas, non ſimpliciter ab
oneribus (in quo caſu comprehenderet
conceſſio etiam onera futura, *l.ſi ſeruitus. ff.
de ſeruit. vrbano.prædio. Alexand.in conſ.193.
incipient. exthemate prædicto in 2. dub. num. 8.
volum.2. Natt.in conſil.160.num.17.& in
conſ.525.num.19.Burſat.in conſil.16.num.77.*
qui teſtatur de communi, *volum.1. Domin.
Tapp.in l.fin.capit.4. in 1.part.num.5.de conſt.
Princip.& Alphonſ.Modic.in ſuis dubitat.iur.in
§.plebiſcitum dubitat.18.num.2.* etiamſi illa

onera

onera ex nona cauſa creuerint, *Natt. in dict. conſ. 525. num. 20. Oſaſc. in deciſ. 91. ſub num. 9. verſic. prætereà, & Menoch. in conſil. 156. num.*
197 *32. verſic. non obſtat quartum.*) Sed expreſsè
fuit conceſſa pro futuris oneribus, vt ex tenore priuilegiorum patet, & præcipuè ex priuilegio Rogerij, & Fiderici III. qui perpetuò voluerunt Meſſanam eſſe immunem pro oneribus, quæ in Sicilia pro tempore imponentur, per quæ verba eam fecerunt exemptam, etiam à grauiſſimis oneribus, quæ poſtea contingerent: *idem Natt. in dict. conſ. 525. num. 21. & ſequitur Riminal. Iun. in conſ. 628. num. 16. & 17. volum. 6.* Et tanto magis, quia conceſſio proceſſit cum dictionibus, & verbis vniuerſalibus, ac geminatis, vt deduximus *in 1. par. in 4. ſupp.* quo caſu immunitas, ex voluntate Principis porrigitur ad futura *Rube. Alexand. in conſil. 28. volum. 2. inter conſ. diuerſ.* relatus, & ſequutus *à Burſat. in dict. conſil. 16. vbi ſupra.* Itaque cenſetur cogitatum de quocumque caſu in genere, qui accidere poſſit, *Natt. & Riminal. in pracit. loc.* quibus accedunt, quæ ordine ſuo in 4. memb. afferuntur de verbis vniuerſalibus, quæ comprehendunt omnia, quæ excogitari poſſunt, *l. in fideicommi. §. cum Pollidius, ff. de vſur. l. cum virum, C. de fideicōm. Decian. in conſ. 11. num. 11. volum. 3. & Rimin. Iun. in conſ. 450. nu. 47. Volum. 4. cum concord.* ordine ſuo tradendis, & propterea, cum ex ampliſſima immunitate Meſſanæ conceſſa colligitur, quod voluntas & intentio Principum, qui eam conceſſerunt, fuit eximere Meſſanam, etiam à grauiſſimis oneribus, quæ imminere poſſunt, vtique dato, quod per illam cæteri grauarentur vaſſalli,
198 illi tamen conqueri non poſſunt, quia potuit Princeps habens plenitudinem poteſtatis eis præiudicium inferre. Nam licet Principi, quem vult à muneribus eximere, & cui vult onera imponere, *l. medicos, C. de profeſſ. & medic. l. vnica, C. de ſuperindic. lib. 10. Abb. in d. cap. accedentes, num. 8. de preſcrip. Nat. in d. conſ. 63. num. 19. & in dict. conſ. 160. num. 38. volum. 1.*
199 Tertiò pariter quoad maiorem propoſitionem non conueniunt prædicta, quia procedunt in puro & ſimplici priuilegio immunitatis, quod ſi fuerit nimis nociuum ſubditis, remedium eſt implorandum, iuxta ſuperius allegata per illum *text. in dict. capit. ſuggeſtum de decim.* qui tamen non procedit, vbi immunitas conceditur ex contractu, & titulo oneroſo, vt in hac facti ſpecie: nam tunc ex ſuperueniente aſſerta aliorum ſubditorum læſione, ac prætenſo enormi præiudicio, reuocari non poteſt, vt indiuidualiter ſcribit *Natt. in conſil. 397. num. 13. cum duob. ſeq. volum. 2. Aym. Crau. in conſ. 294. colum. pen. verſic. non obſtat vltimum, volum. 2. Soc. Iun. in conſ. 60. num. 58. volum. 3. Roland. in conſ. 13. num. 69. volum. 3. Menoch. in conſil. 156. num. 34. Volum. 2. & Carol. Bardel. alios citans in d. conſ. 22. num. 36. Verſ. reſpondetur ſecundo*, cuius rei reddit rationem *Menoch.* nempè quando immunitatis priuilegium procedit ex liberalitate concedentis, non poteſt conqueri priuilegiatus, ſi ex cauſa
200 damni, ac grauis læſionis ſubditorum, læditur eius priuilegium, cum aliàs priuilegium gratioſum abſolutè, & in totum poteſt abſque cauſa reuocari, vt poſt *Gozad. & Menoch. deduximus ſupra in 1. part. ſub 79. in fin. & tradunt Cano. in cap. nouit, vbi Felin. num. 10. & Dec. mihi num. 15. de iudi. poſt Bald. in l. qui ſe patris, num. 14. C. vnd. lib. Socin. in conſil. 87. num. volum. 3. Roland. in conſil. 66. num. 8. volum. 2. Natt. conſ. 511. num. 3. Iaſ. in conſ. 56. nu. 7. Volum. 1. Afflict. in deciſ. 128. Grammat. in deciſ. 46. num. 5. cum concord. traditis in cap. 1. de probat.* vbi hoc in ſpecie diximus locum habere in priuilegio, per quod non transfertur dominiū directum, vel vtile: & ſic in priuilegio immunitatis, exēptionis, demanij, & ſimilium *Foller. in pract. cenſual. in verb. & ſummiſſionis cuique foro nu. 57. Ioan. Vinc. de An. in allegat. 50. num. 4. Nat. in conſ. 657. num. 6. & Rodol. de abſol. princip. poteſt. capit. 6. num. 167.* Sed quando immunitas eſt obtenta titulo oneroſo, vtique illa eſt irreuocabilis ex deductis *in 2. part. in 8. & 9. conſider.* vnde propter aſſertam aliorum læſionem, ac præiudicium ſuperueniens, non poteſt reuocari, vt atteſtantur *Natt. Crau. Roland. Menoch.* & alij ſuperius citati. Pro quibus facit eorum auctoritas, qui tenent, quòd quando immunitas conceditur ex titulo oneroſo, porrigitur ad onera etiam grauiſſima, impoſita ratione belli, vel alterius imminentis neceſſitatis, licet iſtud grauiter ferre Scribentes ex aduerſo animaduertimus, de quo tamen latius *in 4. & vlt. memb. dicetur, num. 258. cum multis ſeq.*
201 Quartò & vltimò præmiſſa non conueniunt rei noſtræ reſpectu minoris propoſitionis: nam aſſertum damnum, ac aliorum ſubditorum præiudicium ob immunitatem iſtam non concurrit, quia non ſumus in caſu, in quo onus quod detrahitur à Meſſana, alij Regnicolæ ſubeunt. Nam aut agitur in fortioribus terminis, de onere impoſito

poſito

Digitized by Google

poſito vniuerſitati, & ſic de certa ſumma
ſoluenda à Regno, quo caſu, licèt de iure
exemptio vnius grauat alios non exẽptos,
*vt poſt Bald. in capit. 2. requiris in fin. de appell.
voluit Felin. in capit. accedentes, num. 8. de præ-
ſcript.* quia portio, quæ detrahitur ab im-
muni, accreſcit alijs non exemptis, *Bartol.
Imol. & alij in l. ab omnibus, ff. de legat. 1. & in
l. 2. C. de apoc. publ. lib. 10. latè Surd. conſil. 278.
cum concord. traditis in hoc memb. num.* 188.
Tamen de facto in Regno ſeruatur contra-
rim: nam quod detrahitur à Meſſana, de-
ducitur in compotũ Reg. Curiæ, quę tanto
minus ex ſumma ſibi debita ſolet percipe-
re, iuxta illud, quod ad ſupplicationem
Regni fuit aliàs prouiſum per Regem Al-
fonſum *in cap.* 403. & 420. quod patet ex
fide detentoris librorum Regij donatiui, in
hoc eulogio præſentata. Ita quod ratione
portionis, quam, circumſcripta immunita-
te, ſubiret Meſſana, cæteri ſubditi nullate-
nus grauantur, iuxta facti ſpeciem, de qua
loquitur *Petr. Surd. in conſ.* 140. *ſub num.* 50.
202 Aut agitur de onere impoſito cuilibet, ſeu
diuiſo per capita, vt in hac facti ſpecie, in
qua tractatur de vectigali ſoluendo à quo-
libet extrahente ſericum, & tunc fortiùs ex
immunitate iſta, nullum reſultat damnum
aliorum ſubditorum, ex quo Princeps, ad
quem emolumentum pertinet, tantò mi-
nùs percipit, nam vnuſquiſq; de per ſe fert
onus ſuum, nec propter exemptionem Meſ-
ſanæ, maior fit exactio ab alijs ſubditis,
quod in ea facti ſpecie conſiderauit *Bolog.
ſub num.* 100. qui licèt nihil alleget, potuiſ-
ſet tamen allegare *Bartol. in d. l. 2. ſub num. 3.
verſic. Aut conſiſtit, ibi ſecundo caſu, C. de apoc.
publ.* vbi voluit, quòd quando onus eſt im-
poſitum cuilibet, vnus non tenetur pro
alio, quem refert, & ſequitur *Felin. in d. cap.
accedentes, qui poſt Bald. in dict. capit. 2. requi-
ris*, ait, quòd quando obligatio eſt diuiſa
per capita, tunc vnuſquiſque onus ſuum
portat, *Franc. Marc. in deciſ. 457. ſub num. 26.
volum. 1. quod poſt Specul. Bart. & Angel. atte-
ſtatur Alfonſ. Modic. in ſuis dubit. iuris, in dict. §.
plebiſcitum, dubit. 18. num.* 1. vbi inquit, quòd
quando onus imponitur cuilibet pro certo
vectigali, vel pro certo foculario, tunc onus
exempti, non accreſcit cæteris, ſed tanto
minus ille precipit, ad quem oneris emo-
lumentum ſpectat, qua de re aſſertum ſub-
ditorum præiudicium ex immunitate iſta,
maximè in hac facti ſpecie nullatenus re-
203 ſultat. Quinimò tantũ abeſt, quòd reſpe-
ctu iſtius vectigalis, ex immunitate Meſſa-
næ, cæteri ſubditi damnum ſentiunt, quod
ſi hæc tollitur immunitas, incommodum,
ac detrimentum ſentirent, ita quòd potius
proficua eſt regnicolis, quàm damnoſa.
Nam, data hac immunitate, cæteri ſubdi-
ti, qui deferunt eorum ſeticaad Meſſanam,
releuantur ab onere iſtius vectigalis, quod
per indirectum ſubeunt, cum tanto minus,
ratione oneris, illa vendunt, *ad tradita ſup. in
1. par. in 3. ſuppoſ. ſub num. 114. cum ſeq.* & hac
de redom. ex aduerſo dicunt, & præſertim
Fiſc. Patron. aſſerit, dum reſpondet priuile-
gio Rogerij & Feder. hoc vectigal tangere
potius Regnum, quàm Meſſanam, & alibi
ſub 9. reſpon. princip. dum loquitur de alia
gabella à Ciuitate impoſita, inquit ſubdi-
tos hodie duplici onere grauari, *& ibid. in
verſic. inſuper ait*, illius gabellæ extinctionem
ad Regni fauorem tendere, ex quo datur
intelligi, quod ex iſtius vectigalis exatio-
ne, quæ fit in Meſſana, ſublata immunitate,
cæteri regnicolæ illuc confluentes cum eo-
rum ſerieis, grauantur, prout pariter atte-
ſtatur Fiſcus *ſub 7. princip. reſponſ.* & ideò ſe-
quitur, quòd data hac immunitate rele-
uatur, ac commodum & vtilitatem ſen-
tiunt, ex ratione oppoſitorum, ex vulg. &
ſic quod de præiudicio ſubditorum con-
tra hanc immunitatem ex aduerſo aſſeri-
tur, rei noſtræ præſertim terminis, de
quibus hodie quæritur, nullatenus con-
uenit.
204 Scio tamen vnum poſſe replicari aduer-
ſus prædicta, quod licet in his oneribus,
nullum actuale præiudicium ſentiunt Re-
gnicolæ ex hac immunitate, illa tamen eſt
apta damnum inferre, quatenus opus erit,
data hac immunitate deuenire ad alias im
poſitiones, & ſic licet ipſo iure hæc immu-
nitas non nocet cæteris, ex prædictis, per
indirectum tamen poſſunt ſentire præiudi-
cium, ſi neceſſe erit propter illam deuenire
ad ſuperindictum, *vt tradit Bart. vnico verbo
in dict. l. 2. C. de apoc. publ.* Sed præmiſſæ repli-
cationi, ſi fieret, breuiter duobus modis
reſpondetur. Primò, quòd non omne dam-
num, quod paratur ſubditis, ex immunita-
te alterius, ſufficit ad violandam immuni-
tatem, ſed illud dumtaxat, quod grauiter,
& enormiter vrget, ex deductis ſupra *eod.
memb. num. 187. cum tribus ſeq.* quod in re
noſtra non eſt tale, vt ex deducendis *in 4. &
vlt. memb. patebit.* Secundò, quòd non ſem-
per procedit illa maior propoſitio, videli-
cet quòd ex graui ſubditorum præiudicio
poteſt implorari remedium contra immu-
nitatem

Digitized by Google

nitatem alterius, prout in terminis iſtis, illam non procedere patet, *ex deductis ſupra num. 193. 195. & 199.* Et ideò licèt cæteros ſubditos oporteret propter hanc immunitatem maiora ferre onera, hoc tamen ex nullo capite ſufficit, vt hæc poſſit violari immunitas, vt patet ex prædictis. Et hæc quoad ſecundum membrum.

SVMMARIVM.

205 *Fiſcus aſſerit immunitatem Meſſanæ non ſuffragari pro exteris, illamque reſtringit reſpectu Meſſanenſium, ac habitatorum.*

Sed iſtud diluitur num. ſeq.

207 *Immunitas ſi eſt loco conceſſa, ea gaudent non ſolum ciues, ſed omnes ad locum confluentes.*

Coloni gaudent immunitate loco conceſſa, licèt ipſi ex perſona propria non ſint immunes, ibid.

208 *Rex Iacobus, attentis meritis Meſſanæ, illius immunitates confirmauit, ac voluit, vt exteri illuc confluentes pro immiſſione & extractione mercium, ſint immunes ab omni ſolutione in poſterum imponenda.*

209 *Fiſcus ex duobus conatur euitare priuilegium Reg. Iacob. præſtans immunitatem exteris.*

Sed vide num ſeq.

211 *Diſpoſitio habens duas rationes finales, non ceſſat, vna earum rationum ceſſante.*

212 *Immunitas inferens damnum concedenti, an & quando poteſt moderari.*

Franc. Marc. in deciſ. 528. num, 8. in 1. par. ex aduerſo citatus non conuenit terminis, de quibus quæritur, ibid.

213 *Fiſci aſſertio, quòd ob mercatorum ac negotiorum augmentum in Meſſana, illius immunitas dãnum affert Regiæ Curiæ, non eſt legitima.*

Ratio diuerſa inter damnum euitare, & lucrum captare, ibid.

Lucrum perdere, & damnum pati, paria non ſunt, ibidem.

Damnum non dicitur cauſari ex amiſſione lucri.

Faciliùs ſubuenitur ei, qui tractat de damno euitando, quàm de lucro captando. ibid.

214 *Priuilegium nouiſſimum expreſſe facit immunem, non ſolùm Meſſanam, Meſſanenſes incolas & habitatores, ſed etiam commigrantes & confluentes.*

215 *Fiſcus aſſerit priuilegia Meſſanæ nullius fuiſſe exiſtimationis tempore priuilegij nouiſſimi apud Catholicam Regis Maieſtatem Phil. 2.*

Sed contrarium eſt verius, ibid.

216 *Meſſanenſes de facili deuenerunt ad capitul. nouiſſimam, licèt ius in ſuis priuilegijs fouebant, vt ex more liberaliter ſe haberent cum eorum Rege, vt eorum maiores pro tempore ſe habuerunt.*

Meſſanenſes in gratiam ob reuerentiam Principis habuerunt, quod ea debito iuſtitiæ eis competebat, ibid.

217 *Reſcriptum contentioſum, gratia dici poteſt, licèt verè ponitur vt ſpecies ſeparata à reſcripto gratioſo.*

205 Deuenio ad tertium membrum principale, in quo illud ſolum occurrit ex aduerſo adductis à Domin. Fiſc. Patron. quo euitare conatur ſpecialirer priuilegia Reg. Roger. & Feder. quæ magis ſecundum eum, latioribus verbis, quibus conceditur immunitas, caſum ſuppoſitæ neceſſitatis comprehendunt: inquir ergo inter alia, quod dicta priuilegia fuerunt conceſſa reſpectu Meſſanenſium, ac Meſſanæ degentium, non autem reſpectu exterorum, aut illuc confluentium, ac per tranſitum de portu illo, ac mari, merces extrahentium, quaſi ex hoc velit, quòd vectigal iſtud nouiter impoſitum, eſt legitimum reſpectu exterorum: probat Fiſ. per illa verba in priuilegio Roger. adiecta, ibi, Prætereà, quod ciues & habiratores prædictos: pariter probat per illa verba poſita in priuilegio Feder. ibi, Quòd ipſi, & hæredes eorum ſint exempti, ac immunes: & ibi, Quòd nullo vnquam tempore aliud recolligatur à noſtris fidelibus habitatoribus prædictæ Ciuitatis. Et demum inferiùs ibi: Nil à præfatis fidelibus memoratis. Per quæ verba inquit, quòd ſatis apertè demonſtratur, quod Meſſanenſibus tantum, & habitatoribus ſit conceſſa immunitas, ipſique eam prætendere poſſunt, non autem exteri illuc confluentes, & ab illo mari aſportantes: ac ſubdit manifeſtius hoc probari ex priuilegio Reg. Ferdinan. vbi expreſsè dicitur, quòd ſint exempti pro eorum proprijs mercibus, & non alienis.

206 Sed quod tradirur ad reſtringendum hanc immunitatem reſpectu ciuium, & habitatorum, ex eiſdemmet priuilegijs, & ex alijs, ac à nobis deductis *in 1. part. in 2. ſupp.* faciliter diluitur. Nam, vt præmiſſo loco traditum eſt, duplex eſt immunitas, qua gaudet Meſſana; quarum vna eſt conceſſa certo generi perſonarum, ſcilicet ipſis Meſſanenſibus, & habitatoribus, qua ipſi gaudent, nedum Meſſanæ, ſed vbique per dominium concedentium, vt ex priuilegijs ibidem enunciatis patet, *ad text. in cap. 1. & ibi DD. de priu. in 6.* Et hæc eſt illa, quæ refertur

fertur

Digitized by Google

fertur ad ciues, & habitatores in priuilegijs à Fiſc. relatis, & in alijs à nobis deductis *in dict. 2. ſupp.* quam diximus ſupra *in 1. conſider. in 2. part.* refragari huic vectigali, quatenus illud ſubeunt Meſſanenſes, & habitatores pro eorum ſericorum extractione. Altera verò eſt illa, quæ loco conceditur, vt ex illis priuilegijs patet *in d. 2. ſupp.* à nobis relatis *ſub num. 71.* Ex quibus Meſſana fuit per omnia ſecula liberata à pondere cuiuslibet vectigalis, & in ſpecie ex priuilegio eiuſdem Roger. Reg. qui vtranq; immunitatis ſpeciem conceſſit, ita quod non ſolum ciues, & habitatores Meſſanæ liberos perpetuò fecit à gabellis, & muneribus quibuſcumque, ſed etiam Ciuitatem ipſam, eiuſque tenimentum, in qua voluit, vt nullo vnquam tempore, gabella, aut aliqua impoſitio quomodolibet apponatur, ſub verbis vniuerſalibus, & geminatis, vt deduximus *ſup. in 4. & vlt. ſuppo.* & hæc immunitas principaliter, *vt in d. 1. conſid.* traditum eſt, refragatur huic vectigali, tanquam impoſito in dicta Ciuitate, illiuſque
207 portu. Qua immunitate vti conceſſa loco, & per conſequens reali, ex deductis *in d. 2. ſuppoſ. ſub dict. num. 71.* gaudent, non ſolum ciues, ſed etiam exteri illuc confluentes, vt conatus eſt fateri *Domin. Corſet. fol. 91. ante verſic. Rurſus:* nam illud importat locum eſſe priuilegiatum, vt omnes in loco exiſtentes illius conſtitutionibus, & priuilegijs vti poſſint, da tradita *per Soc. in conſ. 111. ſub num. 1. volum. 1. facit gloſ. in Clement. 1. in verb. excollendas, de decim.* quæ voluit, quòd quando immunitas eſt conceſſa loco, coloni gaudent immunitate, ratione loci, licet ex eorum perſona non ſint immunes, quia immunitas loco conceſſa, eis communicatur, ſequitur *Card. Zabar. ibid. quæſt. 22. accedunt Imol. & alij, Abb. in capit. ex parte el primo, num. 4. de decim. & in conſil. 9. in 2. dub. volum. 1. Socin. in conſil. 297. num. 5. volum. 2. Ferret. in conſil. 123. num. 6. Decian. poſt Bartol. Alexand. Pariſ. & alios in conſ. 51. num. 14. & 15. volum. 3. Boſſ. in tit. de Princ. ſub num. 174. Menoch. in conſ. 276. num. 7. volum. 3. & Camil. Borrell. alios citans de præſt. Reg. capit. 33. num. 31.* & in ſpecie, quod quando priuilegium eſt conceſſum loco, vti reale, eo gaudent, non ſolum ciues, ſed etiam exteri, conſuluit *Menoch. in conſil. 1007. in 5. dubitation. num. 95.* vbi voluit, quòd illud priuilegium conceſſum à Philippo Rege Franciæ Ciuitati Inſulæ, ne bona poſſint confiſcari, ſeu publicari pro crimine, competit non ſolum ciuibus, ſed etiam exteris bona poſſidentibus in illo territorio, eo adductus fundamento, quia tale priuilegium vti conceſſum Ciuitati, cenſetur reale, & ad exteros extenditur: verba enim quæ ſunt in rem, omnes perſonas comprehendunt, *ad textum in l. hac verba, ff. de adulter. & in l. metus, §. animaduertendum, cum ſimilib. ff. de eo quod metus cauſ.* Et ideò cum Meſſana libera ſit & immunis à quolibet vectigali, & in ea gabella, aut aliqua impoſitio quomodolibet imponi non poteſt pro quibuſcunque rebus, aut mercibus, tàm ſi fiunt in Ciuitate, quàm ſi portantur ab extra, vt in priuilegio Rogerij legitur, vtique hac immunitate reali non ſolùm gaudent ciues pro eorum rebus & mercibus, ſed etiam exteri, illuc eorum res ac merces deferentes, iuxta prædicta.

208 Ad cuius rei confirmationem accedit expreſſa diſpoſitio priuilegij Reg. Iacob. qui attentis Meſſanæ meritis ibidem ſpecialiter expreſſis, illius exemptiones, & immunitates confirmauit, ac in ſpecie loquens de exteris, mandat eos pro omnibus rebus & mercibus, quas per mare, vel terram in eandem Ciuitatem immittere, & inde extrahere voluerint, eſſe immunes ab omni ſolutione in poſterum imponenda. Ex quibus verbis ſumus in claris, exteros eſſe immunes ab hoc vectigali nouiter impoſito, ſiue hoc refertur ad exteros ſubditos, ſcilicèt ad regnicolas, qui ſericū ad Meſſanā deferunt, ac per indirectum hoc vectigal ſubeunt, ad tradita ſupra in prima parte in tertia ſuppoſ. nu. 114. cum ſequent. ſiue hoc refertur ad exteros & mercatores non ſubditos Meſſanam confluentes, pro emendo & extrahendo ſerico, qui directè ſubeunt onus, quos fortiori ratione immunitate gaudere, *tradit Bolognet. in eius conſ. 1. num. 121. cum*
209 *ſequen.* Nec illa duo, quæ ad euitandum hoc Reg. Iacob. priuilegium affert Fiſc. Patron. præmiſſis refragantur, quorum vnum eſt, quod illud eſt generale, nec ſe extendit ad caſum publicæ neceſſitatis, pro qua ſupponitur ex aduerſo hoc vectigal fuiſſe impoſitum. Alterum verò eſt, quòd immunitas illa fuit conceſſa exteris in fauorem Regiæ Curiæ, ex quo aliàs mercatores, ob multa grauamina, ab exercendis negotiationibus ſe abſtinebant: vnde Regiæ Curiæ in iuribus dohanarum damnum reſultabat: quæ ratio hodie ceſſat ob multiplicatum mercatorum, ac negotiorum numerum in vrbe Meſſanæ, ita vt ſi hæc exteris immununitas ſeruaretur, maximum Regiæ

Curiæ

Curiæ damnum afferret: & ideò quoad
exteros non eſſe attendendum priuilegium
atteſtatur, eo ipſo quòd tractu temporis il-
lud affert damnum concedenti, *ad tradita*
à Franc. Marc. in deciſ. 528. *num.* 8. *in* 1. *part.*
210 Nam quoad primum illud abſoluitur, tum
ex his quæ diximus ſupra *in p. capit. huius*, 3.
part. ex quibus patet vix cauſam ſubeſſe,
qua, attentis terminis iuris communis, hoc
vectigal inſtificari poſſit, tum etiam ex alijs
quæ in ſequenti membro dicemus, ex qui-
bus patebit, an talis ſuppoſita neceſſitas
ſubeat, ita vt hæc priuilegia lædi poſſint, &
an ad illam, dato quòd ſubeſſet, immunitas
Meſſanæ ſe extendat. Quo verò ad ſecun-
dum, illud ex his diluitur. Primò, non eſt
abſolutè verum, quòd cauſa finalis ac in-
ductiua illius priuilegij fuit fauor Regiæ
Curiæ, nam pariter & copulatiuè illius
conceſſio proceſſit, fauore Ciuitatis & ci-
uium, vt nedùm ex proœmio, quod ratio-
nem finalem oſtendere, aliàs deduximus,
ſed etiam ex diſpoſitione expreſſa colligi-
tur ex illis verbis, ibi: Nos tàm Curiæ
noſtræ, quàm fidelium, &c. Vnde dato,
quòd reſpectu Regiæ Curiæ ratio illa ceſſa-
ret, non tamen ceſſat altera, quæ reſpicit
damnum ac præiudicium Ciuitatis, ac ci-
uium, & ideò non debet ceſſare priuile-
211 gium. Quia vbi ſunt duæ rationes finales
in diſpoſitione, ſi vna ceſſat, non ceſſat di-
ſpoſitio, *ad tex. in* §. *affinitatis, Inſtitut. de nupt.*
l. etſi non lex, ff. de hæredib. inſtituend. Doctores
communiter in l. 1. *ff. ſoluto matrimon. Tiraquel.*
in tractat. quòd ceſſant. cauſ. ceſſat effect. in 27.
limit. Menoch. in conſ. 146. *num.* 27. Secundò,
nec ratio illa principalis illius priuilegij,
quæ fuit, nec aliàs ob grauamina ſe abſti-
nerent mercatores à negotijs, ceſſat hodie,
vt ex aduerſo aſſerit Fiſcus eò adductus,
quòd his temporibus multi extant merca-
tores Meſſanæ, & multa negotia ibi exer-
centur & mercaturæ. Nam aſſertum iſtum
mercatorum concurſum, ex eo ibidem ex-
tare, credendum eſt, ob immunitatem, qua
confluentes ibidem gaudent, tùm vigore
illius priuilegij, tùm et aliorum priuilegio-
rum, ex quibus Meſſana, ac illius territo-
rium immunitate gaudent, vt ſupra dedu-
ximus, qui poſſet deficere (prout tempore
illius priuilegij obtenti erat timor) ſi hæc
noua poſſent exteris vectigalia imponi, &
per conſequens damnum Regiæ Curiæ ad-
huc poteſt imminere, & ſic ratio illius con-
ceſſionis immunitatis abſolutè durat &
militat, & ideò idem ius durare debet, ex
212 vulgar. Tertiò & vltimò, non eſt ſimplici-
ter admittendum, quod implicat Fiſcus,
qui voluit, quòd ſub prætextu, quòd talis
immunitas infert hodie damnum Regiæ
Curiæ, poteſt illa ſuſpendi & reuocari, ad-
ductus anthoritate *Franc. Marc. in dict. deciſ.*
528. *num.* 8. *in* 1. *part.* Nam loquitur *Marc. in*
terminis illius tex. quem allegat in cap. ſuggeſtum,
de decim. quem diximus ſuprà in præceden-
ti membro, non procedere in conceſſione
immunitatis ex titulo oneroſo, *ex Natt. Cra-*
uet. Soc. Iun. Roland. Menoch. & alijs ibidem
citatis *ſub num.* 199. Vnde illud procederet
in conceſſione immunitatis per priuilegiũ,
quod poteſt Princeps ad nutum moderare,
diminuere, ac tollere, ex ibidem citatis
num. 200. quod ſentire videtur *idem Marc.*
ibidem ſub num. 11. Quapropter quod ipſe
ſubdit fuiſſe factum à Lodo. Delphin. Fran.
in anno 1450. qui illas immunitates limi-
tauit, ex quo pedagia, & gabellæ Delphin.
patiebantur enorme præiudicium, ſiqui-
dem illæ exemptiones erant gratioſæ, legi-
timè illud proceſſit, aliàs ſecùs ſi ex titulo
oneroſo, quia erant irreuocabiles, etiam
reſpectu ſucceſſoris, cui licèt prædeceſſor
non poſſit legem imponere, vt atteſtatur
Marc. ipſe tamen ligatur lege contractus,
prout in terminis tradit *Surd. in dict. conſil.*
419. *& Carol. Bardel. in dict. conſil.* 22. *& alij,*
de quibus in ſecunda part. in 10. *conſideration.*
ſub num. 84. Et dato, quòd in ea facti ſpe-
cie immunitates erant oneroſæ, quia ta-
men per eos enormiter lædebatur Princeps
ob diminutionem pedagiorum & gabella-
rum, moderatio fieri potuit, *ad tradita à Fe-*
ſtaſ. de collect. in 5. *par. capit.* 5. *num.* 25. *Roland.*
in conſil. 1. *num.* 164. *Volum.* 2. *Pereg. de iure*
fiſc. lib. 1. *tit.* 3. *num.* 30. *verſ. Item.* Nam talis
conceſſio tendens in grauem & enormem
læſionem Principatus, de iure fieri non po-
tuit, vt latè *deduximus ſuprà in hac parte*
ſub 1. *membr. num.* 69. *cum ſeq.* Quod in re
noſtra non conuenit, cùm immunitas vni
Ciuitati conceſſa non eſt talis, vt per eam
enormiter lædatur Corona, ac maximum
ex ea reſultet damnum, *vt traditum eſt ſuprà*
213 *ibidem num.* 91. *&* 95. Nec legitima eſt illa
aſſertio Fiſci, qui ait, quòd ob mercato-
rum, ac negotiorum augmentum in vrbe
Meſſanæ, hæc immunitas maximum Regiæ
Curiæ affert damnum quando quidem, vbi
non agitur de diminutione patrimonij,
damnum quis non dicitur pati, *l.* 3. *ff. de*
damn. infect. Riminald. Iun. in conſil. 601. *num.*
121. *volum.* 6. Vnde, ſi propter hoc immu-
nitas

Digitized by Google

nitas iſta violaretur, non ageret Regia Cu-
ria de damno euitando, iuxta terminos, in
quibus loquitur *Franc. Marc. & DD.* à nobis
proxime citati, ſed de lucro quærendo tra-
ctatet, quo caſu diuerſa militat ratio, *l. fin.
§. pen. C. de codic. l. ſancimus, §. legitimè, C. de iur.
deliber. Anchar. in conſ. 402. colum. fin. Roman.
in conſ. 139. colum. 6. Mant. in cap. 1. num. 92. de
conſt.* Paria enim non ſunt, lucrum perdere,
& damnum pati, *ad tradita per Roland. in
conſ. 21. num. 58. volum. 2.* vnde damnum,
aut læſio cauſari non dicitur ex amiſſione
lucri *l. quemadmodùm, §. item Labeo, ff. ad leg.
Aquil. Bald. in conſ. 181. Locata fuit, volum. 1.
Cin. & Paul. de Caſt. in l. fin. C. de leg. Aquil. cum
ſimilib. adductis à Cranet. in conſ. 599. num. 13.
quibus accedit idem Riminald. Iun. in dict. conſil.
601. num. 122.* & ideò non ita facilè ſubue-
nitur tractanti de lucro captando, ſicut ei,
qui tractat de damno euitando, *Cranet. in
conſ. 120. num. 2. Roland. in conſil. 69. num. 30.
volum. 2.* quod in terminis ſubueniendi ali-
cui ob immunitatem alteri conceſſam, ani-
maduertit *Surd. in conſil. 134. num. 39. volum.
2. & Bardel. in conſ. 22. nu. 36.*

214 Accedit tandem ad corroborationem
immunitatis exterorum, nouiſſimũ priuile-
gium, in quo ſua Catholica Maieſtas, at-
tentis priuilegijs Meſſanæ, præſentatis in
Eulogio tunc in ſupremo Italiæ Conſilio
introducto, accedente illius ſupremi ordi-
nis deliberatione, Ciuitatem ipſam, eiuſq;
ciues, incolas, habitatores, commigrantes
& confluentes fecit immunes, ac liberos
ab omnibus datijs, gabellis & impoſitio-
nibus, vt latiùs ex tenore dicti priuilegij pa-
tet: & ideò nulla iuris ratio nunc patitur
hanc immunitatem non eſſe attendendam
quoad exteros, vt Fiſcus aſſerit, nempè
quod ſemel conceſſum eſt, in dubium reuo-
cari, aut inquietari non debet, *cap. 2. & ibi
gloſ. 25. quæſt. 2. capit. accedentibus, de priuileg.
Paul. de Caſtr. in conſil. 187. ſub num. 5. volum.
2. & Pariſ. in conſil. 69. num. 4. cum concord.
volum. 1.*

215 Quorum occaſione ex his inferimus, non
bene (ſalua pace) dixiſſe Domin. Fiſc. Pa-
tron. dùm vltimo loco, loquens vniuerſali-
ter de priuilegijs Meſſanæ, *in verſic. In nulla
denique*, inquit, quòd non debent illa eſſe in
aliqua conſideratione, prout nullius fue-
runt exiſtimationis apud Catholicam Phi-
lippi II. Maieſtatem tempore nouiſſimi pri
uilegij, quod ipſe arguit, ex eo quòd, præ-
ſentato eulogio cum omnibus priuilegijs,
diùque agitata cauſa, nihil fuit pro eis de-
terminatum: vnde abolitionem illarum
gabellarum, ex gratia, non ex capite im-
munitatis prætenſæ, Meſſanenſes obtinue-
runt, ponderando illa verba adiecta in ca-
pitulatione, ibi: *Acciò dalla Maeſtà iſteſſa ri-
portaſſe gratia di leuarli, & perpetuamente abo-
lirli le due gabelle.* Nempè contrarium ex-
preſsè colligitur ex contentis in dicto pri-
uilegio, vbi ſub tertio capite fuit conuen-
tum expreſsè, quòd ſua Catholica Maie-
ſtas confirmaret antiqua priuilegia, ac illa
de nouo cumulatiuè tamen, & confortati-
uè, ac ad vberiorem cautelam concederet,
ita vt ciuitas ſuis immunitatibus gaudere
poſſit, tàm virtute illius priuilegij nouiſſi-
mi, quàm etiam antiquorum priuilegio-
rum, cum expreſſa proteſtatione, quòd
nullum dictis priuilegijs aliquo tempore
ſit præiudicium generatum per oblationẽ
illius quantitatis, vt latiùs *in dict. 3. cap. con-
tinetur*, ex quo, ac etiam confirmatione ibi-
dem ſubſequuta animaduerti poteſt, an de
priuilegijs, & immunitatibus Meſſanæ, fuit
tempore nouiſſimi priuilegij habita exiſti-
matio: nam ſi talia non fuiſſent priuilegia
Meſſanæ, qualia pro conſtanti ſupponimus
eſſe, non eſt credendum, quòd ſua Catholi-
ca Maieſtas, cum conſilio tàntorum Proce-
rum, ad conceſſionem tàm ampliſſimæ im-
munitatis proceſſiſſet, pro qua nemo eſt ſa-
næ mentis, qui non arbitretur, quòd ſub
tanto iuſtiſſimo Principe, fuiſſet tandem
determinatum, ſi illa facta ſpecies non fuiſ-
ſet tunc per viam illius capitulationis, ac
216 priuilegij ſopita, ad quam de facili deuene-
runt Meſſanenſes, licèt ius & iuſtitiam in
ſuis priuilegijs fouebant, vt ex more ſe ha-
berent cum eorum Rege, prout maiores
eorum erga dominos pro tempore exiſten-
tes, nedùm liberaliter, ſed prodigaliter, ne-
dùm in ære, ſed etiam in ſanguinis effuſione
ſe habuerunt. Et quamuis obtenta in di-
cto nouiſſimo priuilegio, & præſertim illa-
rum gabellarum abolitio, ex debito iuſti-
tiæ, & ſecũdum terminos iuris proceſſerũt,
vt deduximus in 3. princ. ſuppoſ. illam tamen
ob reuerentiam Principis, in gratiam ha-
buit Meſſana, & hac de cauſa vtitur illis
verbis à Fiſc. relatis, *per reportar gratia, &c.*

217 Nec eſt nouum, vt illud quod ſecundùm
ius commune procedit, gratia tamen ap-
pelletur, prout de reſcripto contentioſo
traditur, *in text. in capit. nonnulli, ibi: Gratia
ſedis Apoſtolicæ abutentes, & ibidem no-
tant omnes de reſcript.* quod tamen eſſen-
tialiter à gratioſo reſcripto differt, & vt

ſpecies ſeparata ponitur, *Paul.de Caſtr. in l.etſi legibus, C.ſi contra ius vel vtil.publ.Rebuf. in pract.in tit.de diuerſ.reſcript.Menoch.de arbit. iud.lib.2.cent.3.caſ.201.num.1.Ariſm.Tepa.in compend.ſentent.Variar.iur.in tit.de reſcript.lib. 1. Canon. communiter in cap.ſuper literis, extra de reſcript.* Et hæc breuiter quoad tertium membrum.

S V M M A R I V M.

218 *Immunitatem pro Meſſana non ſuffragari teſtantur ſcribentes ex aduerſo, ſtante Reipublicæ imminente neceſſitate.*

219 *Immunitas alicui conceſſa à collectis, non excuſat ab oneribus bellicis, aut ex alia cauſa ſuperueniente publicæ neceſſitatis impoſitis, nu. 222. contra nu. 240. Vide nu. 242. 245. 249. 258. & nu. 271.*

220 *Diſpoſitio omnis debet intelligi, rebus ſic ſtantibus, non autem mutatis, declaratur in num. 265.*

221 *Auxilio nouo indigent, quæ de nouo emergunt.*

222 *Priuilegium immunitatis an porrigatur ad caſum publicæ neceſſitatis ſuperuenientis.*

Bald. ex aduerſo allegat. in l. iubemus nullam, C. de ſacroſanct. eccleſ. notat, quòd priuilegium generaliter indultum, non includit caſum publicæ neceſſitatis; & ſi includeret, non valeret, ibidem, ſed vide num. 272.

Ioan. de Plat. allega. ex aduerſo in l. cum te, C. quę ma. ciuil. mun. inquit, quòd neceſſitas omnibus legibus derogat, & omnem immunitatem excludit, ibid. ſed Vide nu. 272.

223 *Priuilegia ſilent tempore neceſſitatis.*

Neceſſitatis cauſa receditur à regulis iuris communis, & multa licent, quæ aliàs non licerent, ibid.

224 *Immunitatis priuilegium titulo oneroſo, an ſuffragetur pro immuni in caſu vrgentis neceſſitatis, & nu. 258. & 271.*

Alex. ex aduerſo citat. in conſ. 216. vol. 2. conſuluit, immunitates poſſe ſuſpendi, etſi ob benemerita conceſſas, ob cauſam publicę neceſſitatis, ibid. ſed vide nu. 273.

Soc. in l. ſi ex toto, in 5. concl. ff. de legat. 1. citat. ex aduerſo, voluit, quòd immunitas per viam contractus conceſſa ſubdito non eximit, vbi imminet publica neceſſitas, ibid. ſed vide ſub nu. 240. & nu. 271.

225 *Princeps ex cauſa poteſt à contractu celebrato cũ ſubdito recedere, licèt contra, nu. 262. dummodò cauſa, publicam reſpiciat Vtilitatem.*

Quid, ſi cum non ſubdito, nu. ſeq.

Quid, ſi cauſa fuit cogitata tempore contractus, num. 263.

226 *Priuilegium conceſſum ſubdito, an & quando ex cauſa poteſt reuocari à Principe, & ſeq.*

227 *Principis contractus regulatur ſecundùm ipſius naturam.*

Contractus gratioſus habitus à Principe cum non ſubdito, poteſt ex cauſa ingratitudinis reuocari, ibid. ac ſecus ſit fuerit oneroſus, nu. ſeq.

228 *Principis contractus oneroſus, quoad non ſubditum, non poteſt reuocari, etiam ex cauſa.*

229 *Princeps ex cauſa publicę vtilitatis poteſt rem ſubditi auferre, & quando, num. 269. Sed an teneatur recompenſare, nu. 231.*

230 *Princeps derogando immunitati ex cauſa publicæ vtilitatis, an teneatur recompenſare, & nu. ſeq. & nu. 236.*

231 *Recompenſare tenetur Princeps, dum aufert ius alterius ex cauſa publicæ vtilitatis.*

Quid de conſuetudine, nu. 133.

232 *Princeps tenetur de ſuo neceſſitati, ac publicæ populorum vtilitati, conſulere.*

233 *Princeps, an de conſuetudine excuſetur à recompenſatione, quando ius ſubditi aufert, ex cauſa publicæ vtilitatis.*

234 *Recompenſare, an teneatur Princeps, quando aufert ius alterius ex cauſa publicæ vtilitatis per viam legis generalis.*

235 *Lex generalis emanans, an in dubio deroget priuilegijs, quę ſunt contra legem.*

237 *Neceſſitas aſſerta ex aduerſo, non eſt ſufficiens, vt immunitas Meſſanę, in hac facti ſpecie, non ſuffragetur, & nu. ſeq.*

238 *Onera, quæ imponuntur pro militibus, & cuſtodiendis arcibus, nullo bello, ac rumore exiſtente, non dicuntur bellica.*

239 *Immunis, ab extraordinarijs muneribus excuſatur.*

241 *Tex. in l. Vnic. C. Vt nemi. lic. in emp. ſpec. ſe exc. lib. 10. & concor. loquuntur in caſu ſpeciali, de oneribus impoſitis ex neceſſitate famis, à quibus immunitas non excuſat, nec extenditur ad alia onera, & procedunt in puro priuilegio immunitatis, nu. 259.*

Guerra ſolet penuriam inducere, ibid.

Specialitatem allegare, abſque ratione, eſt refugium miſerorum, ibid.

242 *Immunitas verbis vniuerſalibus & geminatis cõceſſa, porrigitur ad onera bellica, vel ex cauſa ſimilis neceſſitatis impoſita, quia de his cenſetur tunc cogitatum, nu. 244. & 246.*

243 *Verba vniuerſalia, & geminata comprehendunt ea, quæ ſub ſimplici diſpoſitione non continentur, quando circumſtantiæ facti non repugnant, & num. ſeq.*

244 *Verba vniuerſalia ſimpliciter prolata, comprehendunt omnia, quæ excogitari poſſunt, geminata verò referuntur, etiam ad incognita.*

245 *Im-*

245 *Immunis excuſatur ab oneribus bellicis, quando in conceſſione immunitatis, de eis facta eſt expreſſa mentio.*

246 *Vniuerſalitas tantùm operatur, quantum ſi caſus ſinguli & inſoliti eſſent expreſſi.*

247 *Renuntiare omni priuilegio vniuerſaliter, vel renuntiare priuilegio in ſpecie, paria ſunt.*

Legitimandi facultas infantem, licet requiratur ſpecialis, ſuffeit tamen priuilegium tribuens facultatem legitimandi verbis Vniuerſalibus, ibidem.

248 *Meſſanæ immunitas, vti conceſſa verbis vniuerſalibus, excuſat ab oneribus etiam bellicis, & maximè, quia tempore conceſſionis vrgebant bella nu. ſeq. vide nu. 255.*

Prætereà excuſat, quia eſt titulo oneroſo obtenta, nu. 258.

249 *Bella, ſi vrgent tempore conceſſionis immunitatis, in ea de oneribus bellicis cenſetur cogitatum, & talis conceſſio ab eis excuſat.*

250 *Verba Vniuerſalia comprehendunt omnia, etiam valde grauia & recipiunt reſtrictionem.*

251 *Vniuerſalitate ſub, continentur maiora expreſſis, etiam cum dictione, aliàs.*

252 *Verba Vniuerſalia negatiua magis deſtruunt, ac negant Vniuerſaliter, quam affermatiua affirmant.*

253 *Indefinita negatiuè prolata ab homine, æquipollent vniuerſali propriè, non ſic indefinita affirmatiuè.*

Oratio vniuerſalis negatiua omnia excludit, & negat, etiamſi aliàs eſſent permiſſa, ibi, & num. ſeq.

254 *Alienatio prohibita à teſtatore per verba vniuerſalia negatiua, excludit caſus alias permiſſos in caſu ſimplicis prohibitionis.*

255 *Onera bellica, aut ſimili neceſſitate impoſita, continentur expreſsè ſub immunitate Meſſanæ, & num. ſeq.*

256 *Dictio, etiam, implicat caſum magis dubitabilem.*

257 *Expreſſum dicitur, quod ex natura Verborum includitur.*

exprimere aliquid verbis expreſſis, vel æquipollentibus, idem eſt, ibid.

258 *Priuilegium immunitatis ex cauſa meritorum, aut ex alio titulo oneroſo, excuſat ab oneribus bellicis, & ſimilibus, nec propter hoc poteſt violari, adductis ex aduerſo non refraganti. Vide nu. 261. 266. & 271.*

260 *DD. controuerſia de priuilegio immunitatis, an excuſet à muneribus bellicis, non eſt vana, nec inutilis, licèt opinio negatiua intelligatur de puro & ſimplici priuilegio.*

264 *Immunitatis Meſſanæ in conceſſione fuit cogitatum à concedente de oneribus bellicis, aut ſimili neceſſitate imponendis.*

265 *Clauſula, rebus ſic ſtantibus, quomodo intelligitur, & quando procedat.*

266 *Princeps, licet poſſit ex cauſa publicæ vtilitatis rem ſubditi auferre, ex hoc tamen non benè infertur ad immunitatem titulo oneroſo conceſſam, vt ex tali cauſa poſſit violari.*

267 *Princeps, ſi auferat rem à ſubdito minus eſt, quàm reuocare immunitatem titulo oneroſo ſubdito conceſſam.*

268 *Fidem fallere graue eſt priuatis, ſed grauius Principi.*

Princeps grauius peccat frangendo fidem, quàm priuatus, ibid.

270 *Princeps pro pace habenda poteſt rem auferre à ſubdito, vel damna ſubditorum remittere, dūmodo pax aliter ſequi non poſſit.*

274 *Ioan. de Socarras. in conſuet. Cathal. ex aduerſo citat. de qua neceſſitate loquitur.*

275 *Immunitatis priuilegium, vt à muneribus non excuſet, ea quæ requiruntur, terminis noſtris non conuenire oſtenditur, vſque ad fin.*

276 *Caſus inſolitus & inopinatus, per quem immunitas non ſuffragatur, non eſt ille caſus ſuppoſitus in hac facti ſpecie.*

277 *Caſus inſolitus quis dicatur.*

278 *Neceſſitatis caſus ſoluendi ſalaria officialium, aut ſuſtinendi militiam, non eſt inſolitus*

279 *Collectæ pro hoſpitio militum, aut ſalarijs officialium, non ſunt inſolitæ.*

280 *Inſolitum non eſt, quod ſæpè & faciliter poteſt contingere.*

281 *Inſolitus caſus dicitur, de quo Veriſimiliter non fuit cogitatum.*

Præſumptio cogitationis ceſſat de caſu inſolito.

282 *Neceſſitas in hac facti ſpecie non eſt talis, vt non poſſit aliter prouideri, niſi exemptis onus imponatur.*

218 DEuenio tandem ad quartum & vltimum membrum principale, in quo illud eſt, quod ex deductis ex aduerſo occurrit, quòd paſſim ab omnibus affertur pro derogandа immunitate Meſſanæ, quam dicunt non ſuffragari, ob imminentem Reipublicæ neceſſitatem, quam ſupponunt ſubeſſe, & per conſequens tradunt, priuilegia omnia ſilere, quod reaſſumit *Dom. Corſet. in 4. ſuppoſ. princ. fol. 41. Dom. Fiſ. Patr. in 4. & 5. princip. reſp.* ac illud tangit ex more ſuo *Domin. Conſult. Matut. in 1. & 5. concluſ.* quòd aliàs prætendebat Fiſc. in ea facti ſpecie, in qua conſuluit pro eodem immunitate *Bologn. in præcit. conſ. 1.* prout ibidem ſcriptum reliquit *num. 102. cum ſeq. & num. 169. cum ſeq.*

Itaque conſideratis his, quæ DD.ex ad-
uerſo tradunt animaduertimus, quòd (ſup
poſita per eos minori propoſitione, quòd
in hac facti ſpecie neceſſitas Reipublicæ
imminet) hæc principaliter afferunt,ad ſu-
ſtinendam maiorem propoſitionem, quòd
immunitas in terminis iſtis non ſuffra-
gatur.

219 Primò traditur communis DD. opinio,
qui tenent, quòd immunitas alicui conceſ-
ſa à collectis,non excuſat ab oneribus, quæ
imponuntur ob bellum ſuperueniens, & ſic
ex cauſa ſuperueniente publicæ neceſſita-
tis, ſæcundùm originalem opinionem Din.
in l.ſi ex toto, quam ibi ſequuntur Alberic.Iaſ.&
Alexand.ff.de legat.1.Flori.in l. ſi ſeruitus, in
princip.de ſeruit.vrban.predi.Anton.de But.cap.
peruenit,de cenſib.Cepol.in conſ.63.in princip.in-
cip. Quia priuilegium, cum concord. adductis
per Nat.in conſ.63.in princip. vbi teſtatur Din.
ſententiam à DD.communiter approbari,
prout de communi atteſtatur Iaſ.in dict.l.ſi
ex toto, ibique eam comprobat, illamque
ſequitur Paul.de Caſt.in l.ad inſtructionem, qui
eam commendat,C.de ſacroſanct.eccleſ.amplecti-
tur Alexand.in conſ.216.num.28.volum.2.Ro-
man.conſil.436.incip.Quod indultum,Curt.Iun.
in conſ.61.num.14.Pariſ.in conſ.25.num.11t.
& in conſ.68.num.14.volum.1.Alba.in conſil.
1.& in conſil.34.num.15.Ruin.in conſil.4.num.
17.volum.5.Neniz.in conſil.66.num.7.& ſeq.
Natt.in conſil.525.num.1.volum.3.Oſaſc.in
decif.91.num.1.Gail.lib.2.obſeru.pract.obſeru.
52.ſub n.26. qui loquitur de eò, qui habet
immunitatem ab ordinarijs, & extraordi-
narijs, Aroſent.de feud.cap.5.in tit.de regal.in
concluſ. 86. vbi in gloſ. lit. D. hoc intelligit,
etiamſi adſint verba,ſolitis, & inſolitis, vt
poſt eos,quos citat inquit ex aduerſo Do-
min.Corſet. & commune eſſe poſt Rip. &
Viui. refert ſtudioſus adoleſcens, Didacus de
Mari in ſuo collect.commun. opin.in lit.I.num.3.
Quinimò Feſtaſ.de collect.in 4.p.cap.7.num.53.
& 57. refert hoc procedere in quacumque
conceſſione immunitatis per verba gemi-
nata, & ampliſſima concepta, quæ tamen
caſum publicæ neceſſitatis ſuperuenientis
non comprehendit, Plot.in l. ſi quando, §. 1.
num. 17.C.vnd.vi.poſt Rip. de peſte in tit.de re-
me.praſer.cap. deuenio nunc num.231.Burſ.qui
teſtatur de communi in conſ.16.num.22.vol.
1. vbi inquit, quòd exemptio conceſſa ab
omnibus oneribus, etiam extraordinarijs,
non comprehendit onera impoſita occa-
ſione belli diuini, vel humani, ſeu ex cauſa
publicæ vtilitatis, aut neceſſitatis incogi-
tatæ: quo caſu ceſſare priuilegium immu-
nitatis, quia publica vtilitas, & neceſſitas
cuilibet priuilegio eſt præferenda, inquit
Fiſc.Patron.ex Miſing.cent.4.obſeru.70. & ex
alijs per eum citatis, qui omnes, vt extradi-
tis ex aduerſo perpenditur, ea mouentur
ratione poſt Din. quia in tali priuilegio im-
munitatis non cenſetur cogitatum de hoc
caſu ſuperuenientis neceſſitatis, & ideò pri
uilegium, quamuis amplum, non extendi-
tur ad incognita, quæ ſuperueniunt, l.Ruti-
lia Polla,ff.de contrahen.empt.l.qui cum tutori-
220 bus,& l.cum ampliſſima,C.de tranſaction. Vn-
de omnis diſpoſitio intelligitur, rebus ſic
ſtantibus, non autem mutatis, vt inquit
Corſet.fol.76.à tergo, ad textum in l.quod Ser-
uius,vbi Bar.& Iaſ.de cond.ob cauſ.Dec.in conſ.
335.Soc.in conſil.22.num.18.volum.4.Cranet.
in conſ.95.num.4.& in conſ.216.volum.1.Pa-
riſ.in conſ. 24.num.72.volum.2.Alexand.in
conſ.25.num.7.volum.7.Roland.in conſ.1.num.
158.volum.2. Hinc promiſſio debet intel-
ligi ſecundum terminum, & ſtatum
qui tempore promiſſionis vigebat, Socin.
in conſil. 123. volum. 4. Parpa. Afflict. Ti-
raquel.Natt.& alij, quos citat Oſaſc.in dict.deciſ.
91.num.2. & 3. quibus accedit Menoch.in conſ.
221 156.numer.3. Nam, quæ de nouo emer-
gunt, nouo indigent auxilio, l.de ætate, §.ex
cauſa,ff.de interrog.act.l.1.in princip.& ibi gloſ.
ff.de vent. inſpic. capit. Cæterum cum ſimili-
222 bus, extra de iuramen. calum. Et propterea
priuilegium immunitatis ad talem caſum
publicæ neceſſitatis ſuperuenientis non
porrigi, aſſeurant ex aduerſo, per illa iura
in l.vnica,C.vt nem.lic.in empt.ſpec.ſe excuſ.lib.
10.& in l.1.C.quib.mun.nemin.lic.ſe excuſ. vbi
quando vrgente neceſſitate imponuntur
onera emendi frumentum, vel alias ſpecies,
nemo eſt immunis, propter quodcumque
priuilegium, Bald.in l.iubemus nullam, C.de
ſacroſanct.Eccleſ. qui ex illo textu duo notat,
vt refert Nat.in d.conſ.63.ſub n.2.& in d.conſ.
225.in princip. Primum quod à neceſſitati-
bus ratione belli, nullus poteſt ſe excuſare
ratione cuiuslibet priuilegij. Secundum
quod priuilegium generaliter indultum
non includit caſum publicæ vtilitati con-
trarium, & ſi includeret, non valeret, prout
ſic per illum textum atteſtatur Fiſc.patron.
ſub 4.princip.reſpo.Surd.poſt Bald.in conſ. 313.
ante num.97.Franc.Marc.queſt.457.in 1.part.
Ioan.de Plat.in l.cum te, la prima, C. quemadm.
ciuil.muner. vbi dicit, quòd neceſſitas om-
nibus legibus derogat, & omnem immu-
223 nitatem excludit. Hinc eſt, quòd tempo-
re

Digitized by Google

te neceſſitatis, famis, ſeu belli, priuilegia ſilent, *l. pro tyronibus, C. de priuil. dom. Auguſt. lib. 11. Rip. de remed. præſer. cont. peſt. num. 182. Surd. in dict. conſ. 313. nu. 97.* quia cenſentur habere tacitam conditionem, niſi publica vtilitas, aut neceſſitas contrarium ſuadeat, *idē Ioan. de Plat. in d. l. 1. C. quib. mun. nemin. lic. ſe excuſ.* Faciunt enim regulæ triuiales, quòd vrgente neceſſitate, à regulis iuris cõmunis receditur, *ad text. in l. 1. §. cum in eadem, ff. ad legem Rodiam de iact. l. quæ propter neceſſitatem, cum concord. ff. de regul. iur.* & multa licent ob neceſſitatem, quæ aliàs fieri non poſſunt, *l. 1. §. huius, & ibi DD. ff. de offic. eius, plures cumulat Roland. in conſ. 80. in princ.* & in ſpecie in terminis immunitatis *num. 17. cum mul. ſeq. vol. 3.*

224 Secundò, ad maiorem præmiſſorum confirmationem, ac ampliationem afferunt, ea locum ſibi vendicare, etiam ſi immunitas fuerit conceſſa titulo oneroſo, quæ tamen vrgenti neceſſitate ſilet, nec pro immuni priuilegium ſuffragatur, *citat Fiſc. Patro. Alexand. in conſ. 216. volum. 2.* quòd valde extollit afferens, quòd ex ſolo hoc conſilio *Alexand.* poteſt abſque alia diſcuſſione cauſa iſta terminari, vbi ille conſuluit potuiſſe Roman. Pontif. ſuſpendere immunitates illorum locorum, licet ob benemerita conceſſas, ex decreto communis Bononiæ, ſtante magna illius reipublicæ neceſſitate, ex eo quod redditus cameræ ciuitatis prædictæ non ſuppetebant ad onera reipublicæ deportanda, vt indiuidualiter atteſtatur ibid. num. 17. adductus, quia in neceſſitatibus nemo poteſt ſe excuſare, ratione priuilegij, quia vtilitas publica cuilibet priuilegio præfertur, *ex auth. Bald. in d. l. iubemus la prima*, licet vitio impreſſoris in lib. meo allegatur, *Bald. in l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ac etiam ex auctoritate *Din. & aliorum in dict. l. l. ſi ex toto, ff. de legat. 1.* etiam ſi priuilegium obtineat vim contractus, cui ex cauſa poſſe derogare atteſtatur ibid. nu. 30. Citatur pariter *Socin. in d. l. ſi ex toto, in 5. & vltim. concluſ.* qui loquitur de immunitate conceſſa ſubdito, per viam contractus, quæ non eximit, vbi imminet publica neceſſitas *iuxta 3. & 4. concluſ.* ibidem ab eo poſitam, quod ſimpliciter voluit *Alexand. Raud. ex aduerſo allegatus à Dom. Corſet. in tract. de analog. lib. 1. cap. 22. nu. 30. & allegat Din. & alios in d. l. ſi ex toto*, quibus accedere videntur & alij, qui ex aduerſo citantur, dum publica neceſſitate imminente, admittunt priuilegium immunitatis poſſe reuocari, etiamſi in contractum tranſierit, *Curt. Iun. in conſ. 61. num. 14. Feſtaſ. de collect. in 5. part. capit. 1. num. 16. & 26. Crauet. in conſil. 439. volum. 3. Purpur. in conſ. 580. num. 26. & 27. & Cæſar. Barz. in deciſ. 118. num. 10. Natt. Roland. Decian.* & alij inferius in ſolutione iſtius fundamenti à nobis allegandi, quos tamen ex aduerſo citant, & eorem auctoritate volunt, quòd licet hæc immunitas Meſſanæ ſit titulo oneroſo conceſſa, prout pro conſtanti ſuppoſuimus, ex cauſa tamen imminentis publicæ neceſſitatis non releuat, illamque Principem poſſe reuocare contendunt.

225 Tertiò, iuxta proximè dicta ad eorum confirmationem generaliter afferunt licere Principi ex cauſa à contractu celebrato cũ ſubdito, & per conſequens à priuilegio tranſeunte in cantractum, recedere *ex Alexand. in d. conſ. 216. num. 18. per text. in l. quod ſemel, & ibi gloſ. ff. de decret. ab ordi. facien.* per quem inquit *Iaſ. in conſil. 1. num. 12. volum. 1.* quòd ex cauſa poteſt Princeps tollere legem, ſeu ſtatutum, etiam quod tranſiuerit in contractum, illamque ſententiam refert *Fiſc. Patron. Iaſ.* fateri veriſſimam *in d. conſ. 1. num. 29.* quam dicit probare eundem *Iaſ. in conſil. 227. verſic. 13. & 14. & num. 45. & 49. volum. 2. Soc. in conſ. 4. num. 10. volum. 3. & Riminald. Iun. in conſ. 601. nu. 114. volum. 6. quibus accedunt gloſ. in l. cotem ferro, §. 1. in verb. non poſſunt, ff. de public. Abb. in conſil. 94. colum. 3. verſ. quod tertium, volum. 2. Felin in cap. 1. ſub num. 6. de probat. poſt Bald. in l. fin. ff. de ſenat. Socin. in conſ. 86. num. 15. volum. 4. Afflict. in deciſ. 361. num. 6. Soc. Iun. in conſil. 78. num. 3. volum. 1. Anton. Gabr. de iur. quæſ. non tollen. concluſ. 5. num. 42. Menoch.* poſt alios quos congerit *lib. 2. præſumpt. 10. num. 49. Tereg. de iur. fiſc. in 1. lib. tit. 3. num. 67. & lib. 6. tit. 1. num. 3. & Rodolf. de abſol. princ. poteſt. cap. 6. num. 199.* qui omnes affirmant poſſe Principem contractus, ſeu priuilegium in vim contractus, in præiudicium ſubditorum, ex cauſa reuocare, quod eſſe commune, & ab omnibus receptum, refert Fiſ. atteſtari *Alexan. Trentacinq. variar. reſolut. lib. 3. de pact. num. 11.* dummodo tamen cauſa publicam reſpiciat vtilitatem, *vt idem Fiſc. aduertit, poſt Riminald. Iun. in d. conſ. 601. num. 14. Ruin. in conſ. 330. num. 4. cum ſeq. volum. 1. Menoch. in conſ. 350. num. 21. Rota Roman. in deciſ. 210. num. 12. cum ſeq. par. 2. in nouiſ. & Caſ. Barz. in dict. deciſ. 118. num. 10. quibus addimus Crauet. in conſ. 276. ſub num. 7. Marq. in tract. de Iud. in 1. part. cap. 6. num. 6. Surd. in conſil. 203. num. 26. volum. 2. Tereg. de iur. fiſc. lib. 5. titul. 2. ſub num.*

226 49.*& Becc.in conſil.3.ſub num.*50. Quinimò
auſus eſt *Corſet.fol.57. verſic.Secundò, reſpon-
detur*, affirmare idem eſſe in priuilegio con-
ceſſo non ſubdito, quod poſſe reuocari in-
quit, etſi fateatur in hoc ſubeſſe aliqualem
difficultatem, adductus auctoritate *Imol. in
cap.cum Marc.Ferrarien.colum.2.verſic.aduer-
tendum ſub num.7.de conſtit.* & aliorum quos
ipſe citat, quorum ante eum meminit *Ro-
dolf.de abſol.princip.poteſt.vbi ſupra num.194.
verſ. contrarium:* quæ tamen opinio, vt nos
docuimus *in cap. 1.extra de probat.* procedit
in priuilegio, ſeu contractu merè lucratiuo
ex parte recipientis, procedente ex mera
liberalitate Principis concedentis, qui po-
teſt reuocari etiam cum non ſubdito, ex
cauſa, per quam donatio, licet perfecta,
inter priuatos reuocatur, *Pereg.de iur.fiſc.lib.*
227 *p.titu.3.num.50.* Nam principis contractus
regulatur ſecundum ipſius naturam, &
ideo reuocat Princeps contractum de ſui
natura reuocabilem, *Bald.in l.qui ſe patris ſub
num.13.C.vn.liber.ex l.fundi,C.de fund.patrim.
lib.11.* & iſtud eſt quod voluit *Imol.vbi ſup.*
dum inquit, quod contractus, ſeu priuile-
gium conceſſum non ſubdito, poteſt ex cau
ſa ingratitudinis reuocari, ad tradita per
*Oſaſc.in deciſ.139.num.8.Afflict.in deciſ.361.
num.10.Soc.* loquens de puro priuilegio *in
conſ.86.num.15.Volum.4.*& in iſtis terminis
procedit, quod refert *Anton.Gabr.de iur.quæ-
ſit. non tollen. concluſ.6.num.21.& allegata
à Menoch.in conſil.350. nume.21.volumin.4.
& tradita à Peregri.de iur.Fiſc.lib.1.titul.3.ſub*
228 *num.30.verſic.Item.* Cæterùm quando con-
tractus, ſeu priuilegium Principis pro-
cedit ex titulo oneroſo, quoad non ſubdi-
tum, non poteſt, etiam ex cauſa reuocari,
prout de contractu loquitur *Soc.in dict.conſ.
86.num. 16. Dec.in capit. nouit. num. mihi 14.
verſic.4.fallit, extra de iud.Gomez.in capit.1.de
conſtit.in 6.Ruin.in conſil.90.num.5.volum.1.
Cephal. in conſil.549.num.95.Anton.Gabr.vbi
ſup.concluſ.5.num. 44.* & de priuilegio tran-
ſeunte in vim contractus, quod non poſſit
reuocari etiam ex cauſa, tradit *Felin.in capit.
atſi clerici, §.de adulterijs ſub num. 6. de iudic.
Anton.de Butr.in cap.in noſtra extra de iniur.* qui
ita intelligit, quod voluit *Bart.* loquens de
ſtatuto in vim contractus, *in l.omnes populi,
ff.de iuſt.& iur.* vt refert, & ſequitur *Alexan.
in dict.conſil.216.num. 18.volum.2.* & voluit
Cephal.in dict.conſ.149.num.88. quem quo-
ad non ſubditum intelligit *Rodolf. vbi ſup.
num.193.* Verum quoad ſubditum admit-
tunt *DD.pracit.* contractum, ſeu priuilegium
illius vim obtinens, violari poſſe à Prin-
cipe, ex cauſa publicæ vtilitatis, iuxta
prædicta.

229 Quartò, & vltimo ad corroborationem
præmiſſorum adducitur illa cõcluſio, quòd
Princeps ex cauſa publicæ vtilitatis poteſt
alteri in re ſua præiudicare, *ex Iaſ.Zaſi. Luc.
de Pen.* & alijs à Fiſc.allegatis, quibus acce-
dunt DD. affirmantes Principem rem ſub-
diti ex cauſa publicæ vtilitatis auferre poſ-
ſe, *Felin.in cap.nouit.ſub num.8.extra de iudic.
ad textum in l.Lucius, ff.de euict. l.item ſi verbe-
ratum, §.1.ff.de reiuend.Angel.in l.venditor, §.
ſi conſtat, ff.de commun.prædior.Bart.in l.bene
à Zenone, C.de quatrien.præſcript. Abb.in capit.
quæ Eccleſiarum, num.11.& ibidem Felin.num.
53.extra de conſtit.Afflict.in d.deciſ.361.num.
4.Boſſ.in tit.de princip.ſub nu.187.Thom.Non.
in conſil.88.num.26.Paul.de Caſt.in d.l.digna
vox, C.de leg. Iaſ.in l.Barbarius, ff.de offic.Præ-
tor.Pariſ.in conſ.101.num.69.volum.1.Socin.
Inn.in conſ.120.volum.2.Crauet.in conſ.7.Becc.
in conſ.3.num.51.Volum.1.Surd.in conſil.203.
num.17.Pereg.lib.5.de iur.fiſc.tit.2,num.49.&
in tract.de fideicommiſ.artic.52.& 128.Rodolf.
de abſol.Princip.poteſt.capit.6.num.60.* & alij
quos ſciens prætereò: ex qua *concluſ.* refert
Fiſc.Ceuall.lib.2.commun.controuer.quæſt.578.
inferre, poſſe Principem ex cauſa publicæ
vtilitatis vectigalia imponere ſubditis,
quia ſi poteſt ex tali cauſa rem totam au-
ferre, multo magis partem. Et ex his om-
nibus traditur ex aduerſo, quòd rectè po-
tuit (imminente publica neceſſitate ſuppo
ſita) imponi hoc vectigal Meſſanæ, illius
immunitate non obſtante.

Sed re ipſa, ad quam vere hoc conſulta-
tionis pondus deducitur, diligentiſſimo ſtu
dio conſiderata, ac perpenſa, adhuc verius
eſt, immunitatem Meſſanæ huic vectigali,
præmiſſis non obſtantibus, refragari. Ve-
230 rum antequam ad eorum ſolutionem de-
ueniamus, illud animaduertimus, quòd
non oportet in re noſtra inueſtigare, an
Princeps derogando huic immunitati, ex
ſuppoſita publicæ vtilitatis cauſa, teneatur
tandem recõpenſare, ac damna, & intereſſe
vrbis reficere, prout in eiſdem terminis, in
ea facti ſpecie dicebat *Bologn. in eius conſil.1.
num.181.* quòd omnino euitare Dominus
Fiſc. Patron. conatur. Nam hoc neceſſa-
rium eſſe exiſtimaremus, ſi illud antece-
dens concederetur: quod tamen in hac fa-
cti ſpecie nullatenus conceditur, vt ex infe-
rius dicendis patebit; licet ſi ad hos termi-
nos reduceretur conſulatio, non deberet

Siluan.

Digitized by Google

Siluan. ita acriter à Fiſc. reprehendi, qui ita
231 voluit in conſ. 66. ſub num. 24. Nam pro illius
ſententia ſuffragatur, quod traditur gene-
raliter de Principe auferente rem, aut ius
alterius, ex cauſa publicæ vtilitatis, qui te-
netur recompenſare, l. 1. C. quib. ex cauſ. ſeru.
pro præm. libert. accip. l. ſi quando, C. de oper. li-
bert. Bart. in l. fin. §. 1. ff. de pignorat. act. Paul. de
Caſtr. in l. fin. C. ſi contr. ius vel vtil. public. Canon.
in capit. quæ Eccleſiarum de conſtitut. Dec. in l. id
quod noſtrum, num. 3. ff. de regul. iur. & in conſil.
375. in fin. Soc. in conſ. 266. num. 35. volum. 2.
Iaſ. in conſ. 233. num. 38. volum. 2. Natt. in conſ.
554. Roland. in conſ. 69. in 1. dub. Vol. 2. & in
conſ. 71. volum. 3. Crauet. in conſ. 95. num. 7. &
in conſ. 276. num. 7. & in conſ. 308. num. 8. Surd.
in conſ. 203. nu. 17. & 38. Menoch. in conſ. 721.
num. 27. & conſil. 744. num. 10. Riminald. Iun.
abundè cumulans in conſ. 199. num. 169. cum
multis ſequent. quibus accedunt Pereg. de fidei-
commiſ. artic. 52. nu. 128. Rodolf. de abſol. Princ.
poteſt. in d. capit. 6. num. 162. & Petr. de poteſt.
Princ. cap. 32. num. 49. fol. 193.

Nec iſtud ita facilè diluitur ab illis tri-
bus reſponſionibus, quas affert Dom. Fiſc.
Patron. Nam quoad primam, non propte-
rea excuſaretur Princeps à recompenſatio-
ne, ex eo, quòd vectigal indicit, non ad ſuã,
ſed ad communem vtilitatem, ac tuitio-
232 nem. Quandoquidem exploratum eſt de
iure, quòd princeps efficaciter tenetur de
ſuo, ac de proprio ærario, neceſſitati, ac pu-
blicæ populorum vtilitati conſulere, vt re-
ſpondit Alciat. in conſil. 161. num. 12. in antiq.
impreſſ. Lugdu. Soc. Iun. in conſ. 98. num. 10. vol.
3. & Menoch. in conſ. 32. ſub num. 49. & in conſ.
426. num. 35. Vnde, non aliter ex cauſa
prædicta poteſt grauare ſubditos, etiam
attento iure communi, & circumſcriptis
priuilegijs, niſi prius expleto proprio mar-
ſupio, vt latè deduximus ſup. in hac part. in
1. cap. princip. num. 9. Quia debet eſſe con-
tentus tributis, & collectis ſolitis, ad tradi-
ta per Luc. de Pen. in l. annonas, colum. 1. verſic.
& nota, C. de erogat. milita. anno. libr. 10. cum
concord. trad. ſup. in loco præcit. num. 20. Pari-
233 ter, nec ſecunda reſponſio militat, dum aſ-
ſerit, quòd de conſuetudine non tenetur
Princeps ad recompenſationem, vbi ius al-
terius aufert, ex cauſa publicæ vtilitatis,
fretus auctoritate Petr. Surd. in conſil. 313.
num. 98. volum. 3. qui licet illud atteſtetur
auctoritate gloſ. in l. ſi locus, §. fin. quam ibidem
ſequitur Alberic. & Paul. de Caſtr. ff. quemad-
modum ſeruit. amittan. & Cæpol. in tract. de
ſeru. vrbanor. prædior. cap. 24. in fin. tamen ma-
iori DD. calculo gloſ. illa reprehenditur, Andr.
Iſern. in capit. 1. §. poſt natale in fin. & ibidem
Afflict. colum. 2. de pac. tenen. Iaſ. in conſ. 46. col.
3. volum. 3. & in l. fin. C. ſi cont. ius, vel vtil. pu-
blic. Roc. de Curt. in cap. fin. de conſuetud. Roland.
in conſ. 69. num. 46. volum. 2. Natt. in conſ. 554.
num. 27. Riminald. Iun. in conſil. 199. num. 181.
qui poſt Roland. & Natt. inquit hanc conſue-
tudinem eſſe irrationabilem, & reproba-
tam, Afflict. in deciſ. 321. num. 6. & Alber. in l.
venditor, §. ſi conſtat, ff. commun. præd. ſubdens
ibidem num. 185. quod dato, quòd gloſ. il-
la eſſet vera, procedit tamen in caſu ſpecia-
li illius text. vt ibidem declarat Florian. re-
latus etiam à Roland. in dict. conſ. 69. ſub num.
48. Et ideò non eſt illud dictum gloſ. tra-
hendum in conſequentiam, ex vulgaribus,
& tanto magis in materia conſuetudinis,
quæ eſt ſtricti iuris, nec extenditur, vt in eiſ-
dem terminis atteſtatur Natt. in dict. conſil.
554. ad tradita ſup. in hac 3. part. in 1. memb.
234 num. 199. cum ſequen. Prætereà licèt tertia
reſponſio videatur DD. auctoritate com-
probata, dum limitant, quod traditur de
recompenſatione facienda à Principe, pro-
cedere quando ius alterius aufertur per
viam reſcripti, quod emanat contra certã,
& ſingularem perſonam, non autem, ſi per
viam legis generalis, per quam in conſe-
quentiam alicui infertur præiudicium, quo
caſu non tenetur Princeps reficere damna,
nec recompenſare, ex Alexand. in conſil. 190.
num. 15. volum. 2. ex Iſern. Afflict. Roland. &
Nat. quos allegat idem Surd. in dict. conſil. 313.
num. 100. & alibi, vt per Fiſc. Patron. hic,
qui & alios huius ſententiæ refert aucto-
res; tamen non eſt hæc opinio adeo tuta,
quòd non habeat contradictores, vnde non
deſunt, qui hanc differentiam non admit-
tunt, tenentes, quòd refectio, ſeu recompen-
ſatio debetur, etiamſi per viam legis ius al-
terius auferatur, teſte Roland. in dict. conſ. 69.
ſub nu. 44. qui ad hoc citat Iaſ. in l. Barbarius,
num. 44. ff. de offic. Prætor. vbi tacite mordet
Alexand. cuius hoc dictum fuit originale,
dicens quòd male intellexit Bar. cuius au-
ctoritate Alexan. motus eſt, vt ibi per eum,
& Iaſ. ſequitur Roc. de Curt. in dict. capit. fin. fol.
46. colum. 3. in paru. impreſ. de conſuetud. aſſen-
tit Afflict. in d. deciſ. 321. num. 17. conueniunt
tradita per Abb. in capit. fin. ſub num. 9. quem
ibi ſequitur Felin. colum. 4. verſic. ſecundus ca-
ſus, extra de conſt. cuius doctrinam in termi-
nis iſtis, allegat Anton. Gab. lib. commun. opin.
de iur. quæſit. non tollen. concluſ. 2. num. 26. verſ.
contrarium, quibus accedit Federic. Scot. it conſil.

1. num.

Digitized by Google

1.num.190.lib.1. vbi inquit, quòd lege non poteſt auferri dominium alicui, niſi ſoluto pretio, *Rodolf.de abſol. Princip.poteſt.capit.6.*
235 *num.150.verſic.contrarium.* Quinimò ſi aliqua differentia eſſet conſtituenda inter auferre rem alterius particulariter, & auferre per legem generalem, vtique illa deberet conſtitui, videlicet, quòd in dubio per legẽ generaliter emanatam non cenſetur ſublatum ius alterius, nec derogatum priuilegijs particularibus alicuius, *ad text.in l.3.C.de ſilentiar.lib.11.cap.1. de conſtit. in 6.Bald.in l.non plures in fin.C.de ſacroſanct.Eccleſ.& in l.1.ff.de conſtit.Princip.Iſern.in conſtit. Regn.* ea quæ ad decus, *& ibid. Afflict.* multos cumulans *num.21. ad tradita ſup. in 2.part.in 1.*
236 *conſid.num.7.* Verum vbi conſtat de voluntate Principis, tunc nihil refert, an particulariter, vel per legem generalem ius alterius auferatur: & ideò non eſt exorbitans affirmare neceſſariã eſſe recompenſationẽ, licèt per legem generalem ius ſubditi, ex cauſa publicæ vtilitatis auferatur, prout in terminis immunitatis voluit *Siluan. in dict. conſil. 66.* adductus authoritate *Crauet.* qui pariter loquitur in materia immunitatis *in conſ.276.ſub.num.7.verſic.& ſi dicatur, & in conſ.308.num.1.volum.2.* in eiſdem terminis hoc voluit *Cephal.in conſ.451.num.306.* qui conſuluit pro ciuibus Regienſibus vnà cum *Decian. in conſ.44. volum.4.* contra Comites Niciculariæ in ea facti ſpecie, in qua pro Comitibus conſuluit *Roland.in conſil.79.& 80.volum.3.* de quo quidem *Surd.* atteſtatur *in d.conſ.313.in princ.*

Sed hoc (vt dictum eſt) haud neceſſarium eſſe arbitramur, cùm verius ſit, quòd illud antecedens rei noſtræ non conuenit: ex quo ſeruanda eſt immunitas tot tantiſque priuilegijs obtenta, ex deductis pro intentione Ciuitatis, non obſtantibus præmiſsis, quæ ex duobus principaliter euitantur, nec his terminis conuenire animaduertimus.

237 Primò, reſpectu minoris propoſitionis ſuppoſitæ cauſæ publicæ neceſſitatis, quæ verè non eſt talis, qualis aſſeritur, ita vt ex aduerſo deductis, alterum de duobus reſultet, videlicet quòd, vel hæc immunitas ad hunc caſum non extenditur, vel quod illa ex tali cauſa ſit reuocabilis, licèt ex contractu conceſſio immunitatis proceſſerit. Mouent ea, quæ diximus ſupra *in 1.cap.prin.* iſtius tertiæ partis, quibus probatum cenſemus, quòd etiam in terminis iuris communis, circumſcriptis priuilegijs, talis non vrget neceſſitas, per quã hoc vectigal poſſit iuſtificari: vnde multò magis illud locum ſibi vendicat in caſu, in quo tot geminata priuilegia ampliſſimæ immunitatis vrgent, quæ omnes caſus etiam vrgentiſſimæ neceſſitatis comprehendunt, prout in ea facti ſpecie pariter conſiderabat *Bologuet. num.107.*

Itaque (vt ibid. dominorum ex aduerſo teſtimonio retulimus) in tribus hæc ſuppoſita publica neceſſitas conſiſtit, quorum duo non eſſe legitima ad iuſtificandum hoc vectigal ſecundum ius commune, abſolutè diximus *ſub num.18.cum tribus ſeq.* alterum verò conſiſtens in neceſſitate manutenendi militiam, concurrente tamen alio requiſito ad iuſtitiam vectigalis, de quo *ibid. num.9.* certo modo licèt admiſimus ſecundum terminos iuris communis, *ex Oldr. Bald.Nat.Roland.& Surd.ibi.citat.* tamen in Regno illud non procedere tradidimus, ſtantibus cap. Reg. Iacob. Marti.& Alfonſ. quibus attentis, hi monitionum apparatus, licèt ad bellum pertineant, non tamen ſufficiunt ad impoſitionem noui vectigalis: quia actualis inuaſio, vel timor belli de propinquo requiritur, vt deduximus *ibidem ſub num. 23.cum ſeq.* Et multò minùs quoad Meſſanam, concurrente eius ampliſſima immunitate, quæ ex hac cauſa ſuppoſita, violari non poteſt, ex quo non conueniunt tradita ex aduerſo in maiori propoſitione de oneribus bellicis, vel ſimilis neceſſitatis.

238 Quia onera, quæ imponuntur pro ſoluendis militibus, ac cuſtodiendis arcibus, nullo bello ac rumore exiſtente, non dicuntur bellica, vt aperte ſentit *Bald.in conſ.406. num. 5. volum. 5.* & indiuidualiter inquit, *Natt.in conſil.539.ſub num.4.verſic.circa vltimum,* qua de re licet illa ſufficiat (ſuppoſitis terminis habilibus) quoad non exemptos, ſecundum ius commune, tamen quoad immunes ſecùs eſt, quia aliàs immunitas eſſet inutilis, & nihil operaretur aduerſus noua vectigalia, quæ imponi abſolutè prohibentur, niſi ex cauſa publicæ neceſſitatis, quæ publicam vtilitatem concernat, *ad tradita ſup.in d.1.c. princ. huius par.nu.8.*

239 Et ideò verius eſt, quòd ab his extraordinarijs muneribus, quæ ex his emergentibus cauſis imponuntur, immunes excuſantur, quia in conceſſione immunitatis cenſetur in genere cogitatum, *Socin.in d.l.ex toto, num.5.in 2.conclus.ff.de legat.1.* qui loquitur in fortioribus terminis, *vt ex Socin.* infert *Natt.in conſ.525.num.14.* Quinimò ſub

ſimplici

Digitized by Google

ſimpliei conceſſione immunitatis extraornaria onera continentur, vt idem Socin. atteſtatur ibid. in 1. concluſ. ad text. in l. in honoribus, §. qui muneris, & l. hi, qui. ff. de Vacat. muner. & l. vnica. C. de vac. public. muner. lib. 10. illaque eſſe extraordinaria nemo ignorat, quæ ſecundum accidentem neceſſitatem, & caſus emergentes imponuntur, vt poſt Bart. Bald. Salic. Anto. de Butr. Abb. & Bero. atteſtatur Sur. in conſ. 146. num. 19. à nobis citat. ſupra in 2. par. in 4. conſid. num. 23.

240 Secundò principaliter, non obſtat illa maior propoſitio, quæ continetur in eo, quod primo loco adducebatur ex tribus: & primò, quod Din. & ſequac. auctoritate traditur de immunitate, quæ non excuſat à muneribus, quæ imponuntur ratione belli, vel ſimilis imminentis neceſſitatis, non ab omnibus eſt receptum, illamque ſententiã habere contradictores atteſtatur Natt. in conſ. 397. num. 1. & in eo iuris articulo, contrarias eſſe Doct. opiniones, inquit idem Natt. in conſ. 310. ante num. 2. illarumque varietatem in d. l. ſi ex toto, inter alios, refert Iaſ. num. 6. cum ſeq. ff. de legat. 1. & clariùs, ac latiùs Franciſ. Marc. in deciſ. 457. num. 12. cum multis ſeq. in 1. part. inter quos, non deſunt, qui de directo tenent contrarium, quòd conceſſio immunitatis excuſat, etiam ab oneribus bellicis, aut ex cauſa ſimilis neceſſitatis impoſitis, quia ad illa ſe extendit immunitas, eo principaliter fundamento adducti, quia hæc onera bellica, & ſimilia, ſunt extraordinaria, ad tradita in dict. 4. conſid. vbi ſup. & ideò ad illa porrigitur immunitas per illa iura in dict. l. hi, qui. & in l. in honoribus, §. qui muneris, & in d. l. Vnica, quam ſententiam ex antiquis in d. l. ſi ex toto, tenet Rayn. de Forli. quam ibidem ſequuti ſunt Imol. Paul. de Caſtr. & Aret. ex eo, quod in conceſſione immunitatis, cenſetur de his oneribus in genere cogitatum, à quo non diſſentit Soc. in ead. l. ſi ex toto, in 2. col. relatus & ſequutus per Natt. in conſ. 525. num. 14. in 1. cap. diſtinct. Pariterque huius opinionis fuit Bald. in dict. conſ. 406. num. 5. volum. 5. vbi voluit, quòd immunes propter guerram non ſunt collectandi, quia eis prodeſt priuilegium, prout refert & ſequitur Natt. in conſ. 63. ſub num. 21. & licet hoc limitet, vt ibi per eum, prout pariter limitat Aret. in dict. l. ſi ex toto, vt refert Franciſ. Marc. in dict. deciſ. 457. ſub num. 24. illamque limitationem implicant, domini ex aduerſo, ac conantur terminis noſtris illam applicare, de ea tamen ordine ſuo clariùs dicetur. Pro nunc ergo ſimpliciter tenent Doct. præcitati, immunitatem ſe extẽdi ad hæc onera bellica, illamque ab eis excuſare: & licet ſententiam Din. dixerit communem Iaſ. in dict. l. ſi ex toto, tamen opinionem Rai. veriorem eſſe atteſtatur Aret. in ead. l. & Alexand. quem pro ſe adducit Dom. Corſet. in conſil. 30. ſub num. 4. volum. 5. illamque ſequitur Franc. Rip. in dict. l. ſi ex toto, num. 15. & Nat. in conſ. 66. in princ. qui ait illam communiter à modernis approbatam, pro qua ſententia ſentit idem Alexand. licet pariter à Dom. Corſ. pro ſe alleg. in conſ. 193. nu. 8. volum. 2.

241 Et ideò ad illum textum in dict. l. vnica cum concord. C. vt nemi. lic. ſuperiùs citat. num. 222. reſpondent Doct. quod ibi ponitur caſus ſpecialis de oneribus impoſitis, imminente neceſsitate famis, pro emendo frumento, & alijs ſpeciebus: & ideò non eſt extendenda illa diſpoſitio ad alia onera, ex alia neceſsitate impoſita, vt poſt Ruin. & alios atteſtatur Alexand. in dict. conſ. 30. num. 4. vol. 5. Natt. in dict. conſil. 63. ſub num. 21. verſic. ad ſecundum, Roland. in dict. conſ. 76. num. 27. Vnde dum gloſ. ibi loquitur de guerra, intelligitur, retentis eiſdem terminis, quod ſemper onera imponuntur ob neceſſitatem famis, ex quacumque cauſa famis, etiamſi propter caſum guerræ proueniat, quæ communiter ſolet penuriam inducere, vt indiuidualiter declarat Bald. in d. conſ. 406. num. 2. volum. 5. quem ſequitur Neuiz. in conſil 66. & num. 38. & Roland in d. conſ. 76. Et licèt allegare ſpecialitatem, abſque ratione, dicatur refugium miſerorum, glo. in l. filium, quem habentem, C. famil. herciſc. ſecundum Iaſ. in his terminis in d. l. ſi ex toto, ante num. 9. tamen illa quidem ſpecialitatis ratio eſt, quia tractatur de oneribus neceſſarijs ad humanam vitam, & ſine quibus nemo viuere poteſt, Neuiz. in dict. conſ. 66. num. 38. relat. à Rol. in dict. conſil. 76. num. 27. volum. 2. Hinc eſt, quod animaduertit Natt. vbi ſup. in dict. verſ. ad ſecundum, quòd licet regulariter à ſuper indicto excuſantur perſonæ illuſtres, l. fin. C. de excuſ. muner. lib. 10. ab hoc tamen ſuper indicto pro emptione frumenti, & reliquarum ſpecierum, iure ſpeciali non excuſantur, dict. l. fin. C. quib. mune. vel præſtat. nemi. lic. ſe excuſ. faciunt illa iura in l. hac lege, C. de aquaduct. lib. 11. & l. fin. C. de frument. vrb. Conſtantinop. iunctis his, quæ tradit Luc. de Pen. in l. p. colu. 5. verſic. ſed prædictis, C. de expenſ. ludor. eod. lib. conuenit quod tradit Bald. in dict. conſil. 406. in fin. & Curſ. in dict. conſil. 16. num. 63. volum. 1.

242 Secundò illa maior propoſitio

poſitio iuxta opinionem *Din. & ſequac.* dato
quòd eſſet admittẽda, procedit quando
ſimpliciter, & generaliter fuit immunitas
conceſſa; at ſecus, quando illa verbis vniuerſalibus,
& geminatis proceſſerit, quo
caſu comprehendit omnia onera, etiam
ratione belli, vel alterius imminentis ſimilis
neceſſitatis impoſita, vt conſuluit *Bald.*
in d. conſ. 406. in cuius principio refert verba
immunitatis vniuerſalia, & in fine concludit
illam porrigi ad onera bellica, *Alexand. in d. l. ſi ex toto*,
vbi hoc ponit pro cautela,
idem Alexand. in d. conſ. 30. in 6. dub. num.
14. volum. 5. Pariſ. in conſ. 25. num. 113. & in
conſ. 68. num. 17. volum. 1. Crauet. in conſ. 294.
volum. 2. Rip. in l. 1. in princip. colum. 7. nu. 51.
ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit. Natt. in d. conſ. 63.
& in conſ. 160. num. 28. & 36. & in conſ. 310.
& in conſil. 397. num. 5. & in conſil. 525. num.
10. Roland. in conſil. 5. in 2. dub. num. 35. cum
ſeq. & num. 51. volum. 1. idem Roland. in conſil.
2. num. 12. & 30. volum. 4. Oſaſc. in deciſ. 38.
num. 21. & in deciſ. 91. num. 13. Burſat. in d. conſ.
16. num. 48. & 52. volum. 1. Decian. in conſ. 51.
num. 22. volum. 3. Riminald. Iun. in conſil. 27.
num. 16. cum duob. ſeq. & in conſ. 413. num. 18.
& ſeq. & in conſ. 450. num. 41. volum. 4. quod
etiam non inficiat *idem Riminald. in conſ. 59.*
num. 105. licet in ea ſpecie, ob facti diuerſitatem,
aliud videatur conſuluiſſe, nec diſſentit
Plot. in d. l. ſi quando, §. 1. num. 17. verſic.
ſed vbi, quem citat idem Riminald. in d. conſil 27.
num. 18. Aroſen. de feud. in tit. de regal. capit. 5.
concl. 86. num. 5. cum concord. qui poſſent allegari,
qui omnes concludunt, quòd quando
immunitas alicui conceditur ab omnibus,
& quibuſcunque oneribus, quòd tunc
ſub immunitate illa, comprehenduntur onera
belli, quod de plano fatetur *Dom. Fiſc.*
Patron. in 5. reſpo. princip. verſic. nam reſpondetur,
vbi ait veriſſimum eſſe immunitatem
conceſſam per verba vniuerſalia, extendi
ad onera quæcumque, etiam ea, quæ tem-
243 pore belli imponuntur. Et quidem rationabiliter,
nam licèt hæc verba vniuerſalia
non extenduntur, vbi ex circumſtantijs facti
extenſionem non patiuntur, vt in caſu,
in quo conſuluit *Riminal. Iun. in conſil. 35. &*
in d. conſ. 59. tamen quando nihil repugnat
ſecùs eſt, quia tunc ipſa verba vniuerſalia
geminata comprehendunt ea, quæ aliàs
ſub ſimplici diſpoſitione non continentur,
Bald. in auth. omnia priuilegia, C. de Epiſc. & cler.
Alexan. in l. 1. in p. notab. ff. de legat. 1. Abb. in c.
fin. ne cler. vel monach. Dec. in conſ. 301. num. 9.
& 10. Roland. in conſil. 87. num. 10. volum. 2.

Natt. in dict. conſil. 63. num. 17. & ſeq. & in
terminis immunitatis *Alexand. Bero. Socin.*
& alij, quos citat Burſat. in d. conſil. 16. num. 48.
244 Quia de ratio illa, ſuper qua fundatur opinio
Din. & ſequac. quòd in conceſſione immunitatis
non cenſetur cogitatum de his
oneribus, ceſſat quando immunitas eſt conceſſa
ſub iſtis verbis vniuerſalibus geminatis,
Oſaſc. in dict. deciſ. 38. num. 21. & & Aroſent. de feud. capit. 5. de regal. concluſ. 86. in fin.
Quia ſimpliciter illa verba prolata comprehendunt
omnia, quæ excogitari poſſint,
l. in fideicommiſſi, §. cum Pollidius, ff. de vſur.
cum concord. traditis ſup. in 2. membro ſub num.
197. & quando ſunt geminata referuntur
etiam ad incogitata, cùm ſaltem in genere
potuerunt cogitari, *l. tres fratres, ff. de pact.*
Doct. in l. ſub prætextu, per illum textum, C. de
tranſact. Alexan. in conſ. 46. volum. 1. Ruin. in
conſil. 120. colum. fin. lib. 1. Iaſ. in l. ſi de certa,
num. 3. C. de tranſact. Pariſ. in conſil. 150. num.
11. volum. 4. Crauet. in conſ. 209. num. 6. & in
conſ. 227. num. 11. latiſſime *idem Crauet.* loquens
in terminis immunitatis *in conſ. 294.*
præſertim ſub num. 2. verſ. ſed adhuc magis, Menoch. alios citans in conſil. 496. num. 58. & in
conſ. 1007. num. 20. cum ſeq. Decian. in conſ. 11.
num. 11. volum. 3. & Riminal. Iun. in conſ. 450.
245 *num. 45. & 46. volum. 4.* Et ſi opinio illa
Din. non procedit, quando de his bellicis
oneribus eſt facta expreſſa mentio in conceſſione
immunitatis, *vt dicunt Doct. in dict.*
l. ſi ex toto, Plot. in l. ſi quando, §. 1. num. 17. C.
Vnd. vi. Pariſ. in conſ. 68. ſub num. 14. volum. 1.
poſt Cepol. in conſ. 63. Oſaſc. in dict. deciſ. 38. nu.
20. & in deciſ. 91. num. 13. Aroſent. de feud. in
loc. præcitat. in 1. fallen. num. 4. & Menoch. in
conſ. 156. ſub num. 32. verſic. præterea; pariter
nec ſibi locum vendicat, quando immunitas
eſt conceſſa ſub geminatis verbis
246 vniuerſalibus, ex quo illa vniuerſalitas tantum
operatur, quantum ſi caſus ſinguli,
etiam inſoliti, eſſent expreſſi, *Bart. in l. ſi fideiuſſor, §. meminiſſe, ff. de legat. 1. & in l. vxorem, §. agri, plagam, ff. de legat. 3. Rip. in l. 1. num.*
51. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. Cephal. in conſil.
150. nu. 8. cum ſeq. Rim. Iun. in conſil. 589. num.
19. volum. 5.

247 Sermo enim vniuerſalis habet vim expreſſionis,
ad tradita per Bartol. in l. 2. in fin. ff.
ſiquis in ius vocat. non ier. dum voluit paria
eſſe renunciare omni priuilegio vniuerſaliter,
vel renunciare priuilegio in ſpecie,
per quem ita inquit *Menoch. in conſil. 1007.*
num. 19. conueniunt tradita *à Soc. in l. Gallus, §. forſitan, ff. de lib. & poſthum.* dum vo-

luit,

luit, quòd licèt requiratur facultas ſpecia-
lis, vt infans poſſit legitimari, tamen ſufficit
priuilegium tribuens facultatem legiti-
mandi, verbis vniuerſalibus: quia per illa
cenſetur expreſſè, & in ſpecie data facultas
legitimandi infantes, *Iaſ. in conſ. 125. colum.*
fin. verſic. 2. volum. 4. Ruin. in conſil. 72. num. 9,
Dec. in conſil. 55. ſub num. 6. verſic. ſupereſt, in 1.
part. Roland. in conſil. 61. num. 34. volum. 1. Ce-
phal. Ruin. Curt. Gozad. & alij citati à Menoch.
in conſil. 19. num. 17. volum. 1. & in dict. conſil.
1007. *num.* 53. vbi alijs ſimilibus compro-
248 bat *volum.* 11. Sed in facto, de quo quæri-
tur, immunitas Meſſanæ eſt conceſſa verbis
vniuerſalibus, geminatis, & triplicatis, vt
deduximus latè *in 1. part. ſub 4. ſuppo. princip.*
Ideò maior illa propoſitio, reſultans ex
Din. & ſequac. opinione, in hac facti ſpecie
non conuenit, nam hæc immunitas com-
prehendit, ac porrigitur ad onera bellica,
& ſimilia, de quibus ex vi orationis vniuer-
ſalis, & geminatę, cenſetur cogitatum, iuxta
249 prædicta. Et maximè, quia tempore con-
ceſſionis priuilegiorum vrgebant bella, ad
tradita communiter *in dict. l. ſi ex toto:* vnde
caſus belli, nec poteſt dici inſolitus, *Menoch.*
in dict. conſ. 156. ſub num. 32. verſic. non obſtat,
quia nemo eſt tam ſupinus, qui audeat af-
firmare, Principem tempore conceſſionis
immunitatis de oneribus bellicis non co-
250 gitaſſe, *Roland. in dict. conſ. 76. num. 24. volum.*
2. & potiſſime ſtautibus præmiſſis verbis
vniuerſalibus, & geminatis, quæ compre-
hendunt omnia, etiam valde grauia, ad tra
dita *per Albericum in l. item quæritur, §. exerci-*
tu, ff. locat. Iaſ. in l. 1. colum. penult. C. de iure em-
phyteut. Gozadin. in conſil. 53. colum. 3. ante me-
dium, Laurent. Calcan. in conſ. 24. colum. 3, circa
medium, verſic. accedat, cum concord. adductis à
Crauet. in conſil. 290. ſub num. 4. verſic. 10. qui-
bus accedit poſt Gomez. in §. 1. num. 7. inſtit. de
actio. Menoch. in conſil. 312. num. 3. & in conſil.
744. *num.* 4. talia enim verba vniuerſalia
ab homine prolata, non recipiunt reſtri-
ctionem, *Bald. in l. fin. C. ſine cenſ. vel reli. Bart.*
in l. generali, §. vxori, ff. de Vſufr. leg. Ruin. in
conſil. 86, num. 11. Volum. 3. Crot. in conſil. 136.
num. 50, Roland. in conſil. 61. num. 44. volum.
1. Quapropter cùm appareat, quòd immu-
nitas iſta fuit conceſſa ab omnibus & ſin-
gulis gabellis, & alijs ſolutionibus quibuſ-
cumque, ac quibuslibet alijs ſubuentioni-
bus, ac quibuſcumque angarijs, oneribus,
ſeu collectis, quocumque nomine nuncu-
pentur, vt latius continetur in priuilegijs à
251 nobis relatis *in 4. ſupp. in 1. part.* vtique ſub
vniuerſalitate præmiſſa continentur ſub-
uentiones, collectæ, ſeu onera bellica, etſi
hæc forent maiora expreſsis, & adiecta eſ-
ſet dictio, alia, ad tradita *per Socin. in l. qui-*
dam relegatus in quinta concluſ. ff. de reb. dub.
Ruin. in conſil. 103. num. 9. volum. 3. quos refert
& ſequitur Roland. in conſil. 61. num. 41. volum.
1. maxime in materia fauorabili, vt in re
de qua agitur, *ad tradita ſup. in 7. conſider. in*
252 1. *part.* Quinimò cum ex priuilegijs hæc
immunitas verbis geminatis, vniuerſali-
bus, & negatiuis, appareat conceſſa, vt de
priuilegio Arcad. Roger. & Henric. ibidem
enuntiauimus, certè magis illa vniuerſali-
ter deſtruunt, ac negant, quàm affirmatiua
verba, vniuerſaliter affirmant, *gloſ. in l. hoc ge-*
nus, vbi Paul. de Caſtr. & Imol. de condit. & de-
monſtr. gloſ. in capit. cum dilectus de conſuetud.
Archidiac. in cap. ſi peccauerit, 2. quæſt. 1. Bart. in
l. Gallus in princip. de liber. & poſthum. Dec. in
conſil. 364. in fin. Verſ. & primo non obſtat, & in
conſ. 490. num. 6. Iaſ. in conſil. 45. colum. 2. lib. 1.
Bero. in conſ. 27. num. 11. volum. 2. Pariſ. in conſ.
151. *num.* 20. *volum.* 3. *Roland. in conſ. 27. num.*
13. & 14. *& in conſ. 99. num. 25. Vol. 4. Menoc.*
in dict. conſ. 1007. num. 22. & ſeq.
253 Hinc eſt, quòd indefinita negatiuè pro-
lata ab homine, ęquipollent vniuerſali pro-
priè, licet non ſic regulariter affirmatiuè
prolata æquipolleant de proprietate ſer-
monis, *Fulg. Felin. Gemin. & Natt. quos citat, &*
& ſequitur Rimiwald. Iun. in conſ. 150. num. 53.
cum duob. ſeq. vnde eo ipſo, quòd per dicta
priuilegia nulla vnquam vexatione ſub-
ſtantiali, vel perſonali, Meſſana poteſt gra-
uari, nec in ea vllo vnquam tempore ga-
bella de nouo, nec impoſitio quomodoli-
bet imponi poteſt, ſequitur, quòd etiam
onera bellica imponi prohibentur, ex vi
orationis vniuerſalis negatiuæ, quæ omnia
excludit, & negat, *gloſ. in cap. ſtatutum in verb.*
nullum, de reſcript. in 6. cum ſimilib. trad. per Ge-
minian. in conſ. 72. colum. 1. poſt medium,
quem refert, & ſequitur in terminis immu-
nitatis *Crauet. in conſ. 308. ſub num. 4. verſic. ſi-*
militer, volum. 2. ita quòd, dato quod aliàs
caſus belli, vel ſimilis eſſet permiſſus, im-
munitate non obſtante, ſecundum opinio-
nem *Din.* per illa tamen verba vniuerſalia
negatiua cenſetur excluſus, *ad tradita per Go-*
zad. in conſ. 25. num. 9. & in conſil. 71. num. 4.
254 vbi voluit, quòd quando teſtator prohibet
per iſta verba vniuerſalia negatiua, vt res
nullo modo alienetur, cenſetur excludere,
etiam caſus ſpeciales, in quibus aliàs, ſim-
plici prohibitione non obſtante, permiſſa
eſſet

Digitized by Google

eſſet alienatio §. *ſanctiſſimas, in Auth. de alien. & emphy. Roland. in conſ. 27. num. 12. volum. 4.* conueniunt tradita à *Crauet.* cuius ipſe meminit, *in conſ. 201. num. 42. vol. 2.*

255 Quinimò, quòd hæc onera bellica, aut ſimilis neceſſitatis, continentur ſub immunitate iſta, non ſolum colligitur ex verbis vniuerſalibus, ex quibus oritur coniectura, quòd de eis fuit cogitatum, ſed etiam expreſſè ex tenore priuilegiorum hoc perpenditur, in quibus de his eſt facta mentio, propter quod ceſſat opinio *Din. ad tradita ſupra num. 245.* Patet ex priuilegio Roger. qui expreſſe prohibet, ne gabella, ſeu collecta imponi poſſit vllo vnquam tempore in Ciuitate, & per ſuas villas, etiamſi Rex quacumque neceſſitate productus, collectaret, aut cæteros cogeret, pro re quacumque neceſſaria, & ſic voluit Rex ſub immunitate contineri onera bellica, & ſimilia, quæ ex vrgenti neceſſitate imponuntur, licet aliquo modo potuiſſet de eis dubitari.

256 Illud enim oſtendit illa dictio, etiam, quæ implicat caſum magis dubitabilem, *l. etiã, & l. fin. C. ſi tut. vel cur. gloſ. fin. in l. illud, ff. ad l. Aquil. Alexand. in conſil. 23. num. 9. volum. 5.* Patet inſuper ex priuilegio Federic. III. in quo immunitas conceditur pro quibuslibet exactionibus, quæ in Sicilia pro quibuſcumque cauſis, & negotijs pro tempore per curiam imponuntur, non obſtantibus conſtitutionibus Reg. Iacob. per quas in certis caſibus pecuniæ ſubuentio permittitur: ex quibus verbis, ac clauſula derogatiua, pariter poſita *in priuileg. nouiſs. ſub 3. cap. in fin.* cenſetur facta mentio de his oneribus bellicis, ex quo in conſtit. derogatis primus caſus, in quo permittitur impoſitio nouæ gabellæ, eſt caſus belli, & belli imminentis, vel propinqui, *vt dictum eſt ſupra in hac par. num. 23. cum multis ſeq.*

257 Vnde ille caſus cenſetur expreſſus, cùm ex natura verborum includitur, *ad tradita per Ruin. in conſ. 122. num. 11. volum. 2. & in conſil. 148. num. 6. & in conſil. 159. num. 8. cum ſeq. volum. 3. Pariſ. in conſil. 97. num.* 107. *vol. 1. accedunt deducta in 2. part. in 4. conſider. num.* 25. paria enim ſunt aliquid exprimere verbis expreſſis, vel æquipollentibus, *Areti in conſil. 12. colum. pen. Alexand. Iaſ. & Franc. Rip. in l. 1. ff. de vulga. & pupil. ſubſ. Paul. de Caſtr. in auth. ſed cum teſtator, C. ad leg. Falcid. cum concord. adductis per Gabr. in tit. ad Trebel.*
258 *concluſ. 2. verſic. contrarium.* Tertiò & vltimò non conuenit rei noſtræ illa maior propoſitio, quia opinio *Din.* & aliorum, ſecundum quam immunitatis priuilegium non comprehendit onera bellica, procedit in puro, ac mero priuilegio; at ſecùs in conceſſione immunitatis, quæ obtinet vim contractus oneroſi, qualis eſt immunitas Meſſanæ, de qua agitur: nam illa excuſat à muneribus bellicis & ſimilibus, quod in effectu voluit *Bologn. in eius conſil. 1. num. 138.* qui licèt nihil alleget, vt inquit *Dom. Corſet. in 8. & vltim. ſuppo. fol. 56.* qui pro eo citat *Roland. in conſ. 76. num. 23. & 26. volum. 2.* tamen non deſunt authoritates Doct. qui tenent, quòd immunitas obtenta ex cauſa meritorum, vel alio titulo oneroſo, ab iſtis muneribus excuſat, illaque, nullo belli caſu, extinguitur, aut minuitur, *Cacialup. in l. omnes populi, num. 181. ff. de iuſt. & iur.* qui loquitur in fortioribus terminis de oneribus impoſitis ex cauſa penuriæ, iuxta terminos *l. 1. C. Vt nemi. lic. in empt. ſpecier. lib. 10. de quib. ſupra, num. 241.* & refert, quòd cùm ciuitas Senenſis, ſuperueniente magna, ac graui penuria, impoſuiſſet collectam pro emptione frumenti, fuit conſultum, & obtentum, quòd licèt exemptus per priuilegium, tali caſu non gaudeat, gaudet tamen immunis ex contractu, & ſubdit ita limitari ea, quæ ponunt Doctores *in d. l. ſi ex toto, ff. de legat. 1.* quam ſententiam ſequitur *Neniz. in conſil. 12. ſub num. 29. inter conſil. Brun. Siluan. in conſ. 66. num. 18. ſentit Boſſ. in tit. de princ. num. 151. poſt Alexand. in conſil. 30. colum. final. verſ. poſtremo, volum. 5. Natt. in conſil. 397. num. 9. vol. 2. Oſaſc. in deciſ. 38. num. 25. & in deciſ. 91. num. 7. Rolan.* loquens de immunitate ex cauſa meritorum, *in conſil. 5. num. 53. verſ. 2. volum. 1. & in dict. conſil. 76. quem Corſet. allegat pro Bolog.* vbi teſtatur de communi, *nu. 12. 23. & 26. idem Roland. in dict. conſil. 13. num. 51. volum. 3.* quæ tria Roland. conſilia in iſto propoſito pro ſe, & contra prædicta allegat Dominus Fiſci Patronus, ſicut pariter confundendo vnum caſum cum alio, vt inferiùs clariùs patebit, *allegat Soc. in dict. l. ſi ex toto, in tribus vltimis concluſ. & Nat. in conſ. 63. & alios,* vt per eum, qui tamen, non confundendo caſus, tenent hanc partem, vt inferius tradetur *num. 271. cum ſeq.* pariter hanc ſententiam loquens de immunitate ob benemerita, quæ excuſat à muneribus bellicis, & ſimilibus, *tenet Rimina. Iun. in conſ. 389. num. 18.* & clariùs, ac latiùs *idem Riminald. in conſ. 323. num. 3. volum. 3. Decian. in conſil. 51. num. 25. cum ſeq. volum. 3. Burſat. in conſil. 16. num. 70. volum. 1. Menoch. in conſil. 156. num. 33. volum. 2.* qui omnes aperto ore firmant,

quòd

Digitized by Google

quòd immunitas conceſſa, vel ex cauſa meritorum, vel alio titulo oneroſo, extenditur ad onera bellica penuriæ, & ſimilia, nec poteſt ex cauſa belli, penuriæ, aut ſimilis neceſſitatis reuocari, *ex traditis à Cacialup. in dict. l. omnes populi, quibus accedit Ruin. in conſil. 169. num. 8. lib. 1. & in conſ. 105. num. 4. Volum. 5. Alciat. reſponſ. 80. num. 5. & reſponſ. 168. num. 11.* ſecundum antiquam impreſſionem Lugdunenſem; *Purpur. licèt citat. ex aduerſo à Fiſco in conſil. 580. num. 35. Menoch. alios citans in conſil. 540. num. 13. vbi ſub num. 16.* teſtatur hanc eſſe receptam opinionem, à qua inquit non diſſentire *Crauet. in conſil. 439. num. 7.* licèt pro ſe Fiſc. alleget, dum ait immunitatem ex cauſa oneroſa conceſſam non reuocari etiam ob vrgentem neceſſitatem.

259 Ex quorum authoritate patet, quòd pariter illa iura *in dict. l. vnica, C. vt nemi lice. in empt. ſpecier. & in l. 1. C. quib. mune. nemi. lic. ſe excuſ. lib. 10.* ſuper quibus fundatur opinio *Din.* & aliorum, procedunt in puro & ſimplici priuilegio, nec habent locum in exemptione conceſſa ex contractu, vt reſpondebat *Cacialup. in d. l. omnes populi, Roland. in dict. conſil. 76. ſub num. 26. & in dict. conſil. 5. num. 53. Burſat. in dict. conſ. 16. num. 70. Decian. in dict. conſ. 51. num. 26. Rimínald. Iun. in dict. conſ. 323. & Natt. in d. conſ. 397. num. 9.* Ex quibus, rem, de qua quæritur, nullam habere difficultatem patet, quòd etiam dato, ſed non conceſſo, quòd in hac facti ſpecie ageretur de his oneribus bellicis, aut ſimilibus impoſitis ex cauſa imminentis neceſſitatis; adhuc tamen hæc immunitas à tot Regibus & Principibus conceſſa pro fideliſſima, ac benemerita vrbe Meſſanæ, ſuffragatur. Nempè illa porrigitur ad onera prædicta, ex deductis, & in ſpecie, quia non per ſimplex priuilegium fuit obtenta, ſed in vim contractus, quæ ex cauſa belli, vel ſimilis neceſſitatis, non poteſt à Principe reuocari, vt communiter præcitati Doct. non confundendo terminos, neque caſus (vt ex aduerſo factum eſſe animaduertimus) indiuidualiter atteſtantur.

260 Sed non omittimus illud, quod *à Dom. Corſet. traditur in 8. & vltim. ſuppoſ. fol. 56.* qui negans (abſque tamen aliqua Doct. authoritate) præmiſſam communem in his terminis conſtitutam differentiam inter immunitatem per priuilegium, & immunitatem per contractum, conſiderat, quòd ſi illud quod ex aduerſo traditur, procedit in conceſſione per priuilegium, quæ ab oneribus bellicis non excuſat, vtique vana eſſet Doctorum diſputatio, ac labor inutilis in inueſtigandis iuſtis cauſis belli, aut ſimilis neceſſitatis, quibus priuilegium poſſit reuocari, quia vnico verbo à tricis ſe expedirent, dicendo nullam fore cauſam neceſſariam in reuocatione puri priuilegi, quod eſt reuocabile ad nutum, vt ipſe probat, & nos deduximus ſupra num. 206. quaſi ex hoc velit præmiſſa procedere in conceſſione immunitatis per contractum, quæ tamen ex cauſa belli poteſt reuocari, aut moderari. Sed huic motiuo non minùs faciliter poteſt replicari pro communi ſententia, quam ipſe ſupponit, potuiſſe reſponderi ad euitandum præmiſſam differentiam communiter conſtitutam. Animaduertere ergò potuerat Dom. Corſet. quòd aſſerta ab eo DD. diſputatio non vertitur, nec reſtringitur ſpecialiter ſuper eo, an conceſſio immunitatis per purum ac ſimplex priuilegium, excuſet à muneribus bellicis. Nam ſi ita ſe haberet quæſtio propoſita, vtique conueniret, quod ab eo traditur, quia verè vnico verbo potuiſſent Doctores ſe expedire, quòd illa non excuſat, eo ipſo, quòd illa in totum & abſque cauſa à Principe tolli poteſt. Verùm quæſtio à DD. propoſita eſt generalis, an immunitas porrigatur ad onera bellica, vel ne, in quo extat Doctor. controuerſia, vt ex prædictis patet. Sed *Din. & ſequac.* abſolutè & ſimpliciter negatiuam ſententiam admittunt, ea ratione adducti, *vt traditur in d. l. ſi ex toto,* & refert *Aroſent. cap. 5. de Regal. concl. 86. in gloſ. liter. H.* quia de his in conceſſione immunitatis non cenſetur cogitatum: quam tamen opinionem DD. præcitati (etſi ſentiant abſolutè, conceſſionem immunitatis ad onera bellica porrigi) dicunt tamen illam procedere in conceſſione immunitatis per priuilegiũ quæ licèt extendatur ad illa munera, poteſt tamen violari, quamuis aliud ſit in conceſſione per contractum, moti eodemmet fundamento à Corſetto adducto, quòd Doct. afferunt pro ratione diuerſitatis inter vnum & alium caſum. Nam ſi eſt verum, quòd ſimplex & purum priuilegium poteſt ex toto, & abſque aliqua cauſa reuocari, conqueri minimè poteſt priuilegiatus, ſi cogitur ad aliquod onus belli, vel ſimilis neceſſitatis: at vbi ex contractu ſeu titulo oneroſo procedit immunitatis conceſſio, ſi ob bellum vel ſimilem cauſam illa violaretur, poſſet conceſſionarius conqueri, quia ſibi fieret iniuria: & ideò communiter conclu-

ditur, talem immunitatem ab iſtis oneribus excuſare, nec ex tali cauſa neceſſitatis poſſe reuocari, prout ex ratione præmiſſa inquit *Cacialup. à quo omnes viuunt, in dict. l. omnes populi*, & refert *Natt. in dict. conſil. 397. num. 9. & poſt eum Rim. Iun. in d. conſ. 323. ſub num. 3. volum. 3.*

261 Nec præmiſſæ opinioni refragantur ex aduerſo, ſecundo, tertio, & quarto loco adducta: ex quibus ſuaderi contrarium videtur, quòd etiamſi fuerit immunitas ex contractu, ex cauſa tamen belli, ſeu alterius neceſſitatis, publicam vtilitatem reſpicientis, poteſt reuocari: nam eorum ordine perturbato, quod tertio loco traditum eſt generaliter de Principe, qui ex cauſa poteſt à contractu celebrato cum ſubdito, & per conſequens à priuilegio tranſeunte in vim contractus recedere, licèt vnico verbo illud euitatur, dum animaduertimus, quòd in terminis iſtis pro reuocanda immunitate ex contractu, cauſa belli, aut ſimilis neceſſitatis, non ſufficit, vt tantorum patrum teſtinio probauimus, tamen pro maiori veritatis claritate, illud ex duobus diuitur. Pri-
262 mò, ſi eorum ſententiam admittimus, qui negant, Principem etiam de ſuprema poteſtate poſſe ex cauſa publicæ vtilitatis venire aduerſus contractum, quamuis cum ſubdito res agatur, *ad tradita à Paul. Caſt. in conſ. 317. num. 5. volum. 1. Dec. cuius meminit Aym. Crauet. in conſil. 241. ſub num. 12. verſ. Quod maximè, volum.* 2. pro qua expreſsè ſenſit *Sylvan.* (licèt reprehenſus à Fiſco) *in dict. conſ. 66. ſub num. 23. verſ. Nec obſtat, iuncto num. 24.* qui loquens de immunitate ex contractu, in fortioribus terminis inquit, non poſſe reuocari, etiam ex cauſa præciſa neceſſitatis, quia Princeps ius habitum ex contractu ſuo, auferre non poteſt, *Ruin. in conſ. 90. num. 4. volum. 1. & in conſil. 130. num. 19. volum. 5. quem refert Menoch. in conſ. 27. num. 26. volum. 1. conferunt tradita à Cephal. in conſ. 549. num. 87.* Et licèt communis opinio, vt ſupra diximus, ſit in contrarium, de qua atteſtatur *Crauet. in dict. conſ.* 241. tamen iura, quæ pro communi allegantur, non probant, & in ſpecie ille *text. in l. quod ſemel, à Fiſco citat. ff. de decret. ab ordin. facien. vt animaduertit Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. ſub num* 67. qui licèt fateatur communem eſſe in contrarium: arbitratur tamen, paſſum valdè difficilem, in quo efficaciter (non data recompenſatione) tenet hanc partem, vti de iure veriorem, ne aliàs dicatur contractus claudicare, vt ibi per eum, *poſt Cardin. quem allegat in conſ.* 147.

263 Secundò magis efficaciter illud euitatur, nam quod traditur communiter de Principe, qui ex cauſa publicæ vtilitatis poteſt ab eius contractu recedere, locum habet, quando cauſa tempore celebrati contractus, non fuit cogitata, ſed abſolutè de nouo emergit, aut penitus à Principe fuit ignorata, *ad text. ſing. in l. ſi hominem*, & quod ibi notat *Bart. ff. mand. Abb. in cap. ſtuduiſti, de offic. legat. Iaſ. in conſ. 1. nu. 30. volum.* 1. quem refert, & ſequitur *Peregr. in loc. precit. & Rodolf. de abſol. Princ. poteſt. cap. 6. ſub num. 199. conferunt tradita à Ruin. in conſil. 105. in fin. volum. 5. qui poſt Bart. Bald. Angel. & Imol.* inquit nouam cauſam dici iuſtam, ſi de nouo ſuperueniat, & ab initio non fuerit cognita, nec potuit præuideri, *accedit Oſaſc. in dict. deciſ. 91. num.* 16. quod non inficiat *Cor-*
264 *fet. in 7. ſuppoſ. ſub 5. limit.* Et ideò in terminis iſtis, illa propoſitio non conuenit, dum ex deductis patet, quòd in conceſſione immunitatis de his futuris oneribus bellicis, & ſimilibus cēſetur cogitatum: Tùm quia ſub ſimplici immunitatis conceſſione ab oneribus, veniunt etiā futura, *vt poſt Alexan. Nat. Burſat. Tap. & Alfonſ. Modic. diximus ſupra in 2. membr. nu. 196.* vbi illud verum eſſe tradidimus poſt *Natt. Oſaſc. & Menoch.* etiamſi poſteà ex noua cauſa creuerint. Tùm quia res eſt clara, quòd de futuris oneribus fuit expreſsè dictum in conceſſione immunitatis, de qua quæritur, dùm Rogerius & Federicus III. conceſſerunt immunitatem perpetuam pro oneribus, quæ in Sicilia pro tempore imponentur. Per quæ verba cenſetur cogitatum de oneribus etiam grauiſſimis, quæ poſteà contingerent, *Natt. in conſ. 925. num. 21. & Riminald. Iun. in conſil. 628. num. 16. & 17. volum. 6.* Tùm quia, quod in ſpecie de his oneribus bellicis fuit cogitatum, vrgent coniecturæ, quæ reſultant ex verbis vniuerſalibus, & geminatis, ſub quibus hæc immunitas fuit conceſſa, ad tradita, per *Oſaſc. in dict. deciſ. 38. num. 21. & per Arofent. in capit. 5. de Regal. concluſ. 86. in fin. à nobis relatos ſuprà in hoc membro numer.* 244. Propter quæ verba, bellica, aut ſimilia onera, ſub immunitatis conceſſione contineri probauimus *poſt Bald. Alexand. Pariſ. Crauet. Rip. Rolan. Oſaſc. Natt. Riminal. & alios ſupra in eod. memb. num.* 242. Tùm etiam quia res eſt clara, quod de oneribus bellicis, aut ex alia imminenti neceſſitate imponendis fuit expreſsè facta mentio in conceſſione immu-

immunitatis, vt ex priuilegio Rogerij &
Federici, *deduximus ſuprà num.* 255. *cum ſeq.*
in quibus expreſsè illa fuerunt remiſsa, eo-
rumque remiſſionem ſuffragari pro immu-
ni, ſentiunt communiter omnes *in dict. l. ex*
toto, & tradunt Plotus, Pariſ. Cæpol. Oſaſc. Aro-
ſent. & Menoch. à nobis citati ſupra in eod. memb.
265 *num.* 245. Ex quibus pariter patet, illud
non conuenire, *quod ſuprà retulimus nu.* 220.
de diſpoſitione, quæ debet intelligi, rebus
ſic ſtantibus, non autem mutatis, quia quæ
de nouo emergunt, nouo indigent auxilio:
nam illud non intelligitur ſic indifferenter,
vt ex aduerſo aſſeritur, quia ſic, omnes di-
ſpoſitiones tractu temporis ſubuerterentur
cùm ſemper poſſet allegari rem non ſic ex-
tare: & ideò illud procedit quando noua
cauſa iuſta ſuperuenit, quæ à principio non
fuit cognita, vel cogitata: at ſecùs ſi præ-
miſſa, aut cogitata fuerit, quia dici tunc
non poteſt, quòd ſtatus rerum ſit mutatus,
vt declarat Bart. in l. quod Seruius, num. 4. *ff. de*
condit. ob cauſ. Rom. in conſ. 22. *colum.* 1. *verſ. Se-*
cundò, quia etſi paciſcat, vſque ad verſic. Ex quo
reſultat, Gozad. in conſil. 27. *num.* 9. *Ruin. in dict.*
conſ. 105. *in fin. volum.* 5. *Oſaſc. in dict. deciſ.* 91.
num. 14. *cum ſeq. Natt. in d. conſil.* 525. *num.* 16.
cum ſeq. Rebuf. in tract. de priuil. ſchol. priuil. 76.
num. 2. *Tiraquel. in l. ſi vn quam, in præfat. num.*
168. *cum ſeq. C. de reuoc. donat. cum concord. tra-*
dit. à Menoch. in conſ. 156. *num.* 32.
266 Pariter ex eo, quòd quarto & vltimo lo-
co adducebatur ex illa Doct. concluſ. affir-
matiua de Principe, qui poteſt ex cauſa pu
blicæ vtilitatis rem ſubditi auferre, non be-
nè ad rem noſtram infertur, quòd ſub hoc
prætextu poſſit immunitas ex titulo onero-
ſo conceſſa, violari, quando quidem, licèt
ex ea inferet Fiſc. à nobis relatus ſuprà, *ſub*
num. 229. quòd poteſt Princeps noua vecti-
galia ſubditis imponere ex cauſa publicæ
vtilitatis, & ſic partem rei auferre, eo ipſo,
quòd ex tali cauſa poteſt totam rem abdi-
care: tamen illud genus argumenti proce-
dit, quoad non exemptos, quibus certum
eſt, quòd ex cauſa publicæ vtilitatis, con-
currente tamen alio requiſito, *deducto ſuprà*
in primo capite princ. huius partis num. 7. *&* 9.
poteſt Princeps noua vectigalia imponere,
ex ibidem deductis num. 8. At reſpectu immu-
nium ex titulo oneroſo, locum non habet,
ex deductis ſuprà, ea DD. communis ſenten
tia, qui volunt, immunitatem ex cauſa me-
ritorum, & in vim contractus oneroſi con-
ceſſam, ob vrgentem cauſam neceſſitatis
violari non poſſe, vt ex multis, quos dedu-
ximus *num.* 158. *in fin. Voluit Crauet. licet à Fiſ.*
cit. in d. conſil. 439. *num.* 7. Et ideò ab oneri-
bus bellicis, penuriæ, aut ſimili neceſſitate
impoſitis, illam excuſari poſt alios ibidem
tradidimus.

Et quidem cum ratione illud argumen-
tum non procedit, nec ex dicta concluſio-
ne rectè ad rem noſtram infertur, ex duo-
267 bus. Primò, quia vbi Princeps ex cauſa
aufert rem à ſubdito, non per hoc venit con
tra fidem præſtitam, ac pereum promiſſa,
ſicut contigit in caſu, in quo immunitati
conceſſæ ex contractu, Princeps contraue-
nit, vt animaduertit *Paul. de Caſtr. in dict.*
conſil. 317. *in verſic. Nec obſtat, Volum.* 1. *rela-*
tus à Pereg. in lib. 1. *de iure fiſc. tit.* 3. *ſub num.* 67.
qui ex hoc colligit, quòd minus eſt Princi-
pem auferre rem a ſubdito, quam fidem
268 ſuam fallere. Quod ſi graue eſt priuatis,
grauius eſt Principi, *arg. cap. cum quidam, de*
iur. iur. cap. ſicut dignum, de homicid. l. præsbyte-
ri, cum ſimil. C. de Epiſc. & cler. Aluar. in capit. 1.
§. notandum, num. 5. *de his qui feud. dar. poſs.*
Vnde grauius peccat Princeps frangendo
fidem, quam priuatus, *Crauet. in conſil.* 241.
num. 19. *Cephal. in conſ.* 545. *num.* 100. *Volum.*
4. *Iaſ. in dict. conſil.* 10. *volum.* 3. *Pariſ. in conſil.*
82. *num.* 49. *volum.* 1. *Bello. in conſil.* 37. *in fin.*
Roland. in conſil. 1. *num.* 32. *volum.* 2. *Menoch.*
in conſ. 1. *num.* 227. *& in conſ.* 27. *num.* 24. *& in*
conſil. 721. *num.* 3. *& Rodolf. de abſolu. Princip.*
poteſt. cap. 6. *num.* 183. Quæ diuerſitatis ra-
tio procedit in his terminis, in quibus tra-
ctatur de violanda immunitate ex cauſa
præmiſſa & cogitata in conceſſione, quo
caſu contra fidem præſtitam deuenitur, &
ideò de iure illa non eſt violanda, vt ex præ-
dictis patet. Secundò, non rectè arguitur
269 ex illa concluſione ad rem noſtrã, quia illa
locum habet, quando cauſa, ex qua permit
titur Principi tollere rem ſubditi, eſt talis,
quæ illud præcisè requirit, vt publicæ neceſ-
ſitati occurratur, cui alias ſatisfieri non po-
teſt, vt ſentiebat *Bologn. in eius conſil.* 1. *num.*
181. qui licèt non alleget, potuiſſet tamen
allegare, quod tradit *Iaſ. in l. Gallus, §. & quid*
ſi tantum, ſub num 18. *in* 2. *lect. ff. de liber. &*
270 *poſth.* Ex cuius dictis patet, quòd illud,
quod dicunt DD. quòd pro pace habenda,
poſſunt bona priuatorum concedi, ad tra-
dita per *Bald. & Angel. in l. benè à Zenone, C. de*
quad. præſcript. pariterque quod traditur de
Principe, qui poteſt ex cauſa pacis remit-
tere damna ſubditorum, *idem Bald. & Ange.*
in l. conuentionum, ff. de pact. Ang. in l. venditor,
§. ſi conſtat, ff. com. præd. & in l. Antiochenſium,

Digitized by Google

ff. de priuil. credit. Alexand. in dict. consil. 216. nu. 19. vol. 2. Afflict. in deciſ. 361. nu4. Canon. in cap. quæ eccleſiarum. de conſt. vtique locum habet, quando pax aliter haberi non poteſt: vnde cauſa pacis præciſe illud requirit, & ſic procedit, quando alias publica vtilitas ſequi non poteſt, niſi priuato auferatur dominium, *ita Iaſ. in dict. §. & quid ſi tantùm, poſt Ancharan. in cap. canonum ſtatuta, in 6. quæſt. de conſtit. & in reg. peccatum, colum. 39. verſ. Sed moneo vnam quæſtionem, de regul. iur. in 6. Felin. in capit. quæ eccleſiarum, num. 53. in fin. Capic. in deciſ. 51. nu. 14. & in deciſ. 266. num. 7. cum concor. traditis per Gabr. de iur. quæſil. non tol. in concl. 2. num. 4. & 5. Accedit Vaſq. de contr. illuſt. in 1. part. cap. 4. nu. 11. & Petr. de poteſt. Princ. cap. 32. in 2. dub. nu. 229. fol. 185.* vbi voluit, quòd ſi alias pax haberi poteſt, & ſic publica vtilitas ſequi, abſque eo quod ius alterius lædatur, vel auferatur, quòd tunc in eius præiudicium remiſſio damnorum fieri non poteſt, *Innocent. in capit. in noſtra, de iniur. Imol. in cap. quanto, circa princ. de iur. iur. Felin. in capit. 1. in 2. declar. de probation. & in dict. cap. quæ eccleſiarum in loco præcit. vbi alios allegat, de cōſt.* Sed in propoſito non conſtat, nec caſus eſt talis, quòd aſſerta neceſſitas manutentionis militiæ, dato quòd verè ſubeſſet & eſſet legitima, aliter euadi non poteſt, niſi violata immunitate Meſſanæ, vt inferiùs latiùs dicetur, ideò non rectè ex illa concluſione infertur ad terminos noſtros, & ideò eſt verius quod traditum eſt tantorum patrum authoritate, quòd hæc immunitas, præſertim titulo oneroſo obtenta, quam indiuidualiter probauimus *in 2. part. in vltimis tribus concluſ.* eſſe irreuocabilem, ex cauſa belli, aut alterius vrgentis neceſſitatis violari non poteſt, iuxta prædicta.

271 Nec tandem refragatur quod traditur à DD. ex aduerſo allegatis, & a nobis in 1. & 2. fundam. relatis, quorum authoritate adducti iſti domini ex aduerſo abſolutè conantur ſuſtinere hanc immunitatem, etſi ampliſſimis verbis conceſſam, non ſuffragari pro Meſſana, ſtante aſſerta neceſſitate, per quam non excuſantur immunes, licèt ex contractu fuerit conceſſa immunitas, ex relatis ſpecialiter in ſecundo fundamento de ſuper deducto, quia non confundendo terminos, ex prædictis apertiſſimè conſtat contrarium verius eſſe, vt firmè tenent Doctores ſuperius citati, quorum authoritate tradidimus immunitatis conceſſionem cōprehendere onera bellica, aut ſimilia, ſecundùm opinionem eorum, quos citauimus ſupra num. 240. quæ abſque dubio procedit vbi immunitas eſt conceſſa verbis vniuerſalibus, ex adductis ſupra num. 242. cum ſequen. aut ex titulo oneroſo proceſſit, quo caſu porrigitur ad illa onera, ita vt ex cauſa belli, penuriæ, vel ſimilis vrgentis neceſſitatis, violari non poſſit, vt tradunt Doctor. ſupra num. 258. à nobis citati, licèt aliquos eorum domini ex aduerſo pro eis allegent. Qua de re animaduertimus, quòd ipſi, & præſertim Fiſc. Patron. qui licèt, vt ingenuè fatear, magis indiuidualiter rem ipſam pertractauit, per ſaltum tamen tranſit de vno ad alium caſum, quem vna cum collegis implicat, atque terminis iſtis applicare conatur: ideò eſt aduertendum, quòd DD. præcit. habito pro vero, quòd immunitas, ſaltem verbis vniuerſalibus, aut ex titulo oneroſo obtenta, excuſat à muneribus ex cauſa belli, aut ſimilis neceſſitatis impoſitis, vt deduximus, illud limitant, quando caſus neceſſitatis, per quem imponitur vectigal, eſt inſolitus, & adeò vrget neceſſitas, quòd per ſuperiorem aliter non poteſt prouideri, niſi exemptis imponatur collecta, quia impoſſibile eſt, alios non exemptos poſſe ferre onera, quæ imponuntur, quia eorum non ſuppetunt facultates, aut cum magno ſcandalo ſuppetunt. In his igitur præmiſſis terminis admittunt DD. immunitatem non excuſare, propter publicam vtilitatem, *Bal. in dict. conſ. 406. ſub num. 5. volum. 5. citatus à Roland. in conſ. 80. num. 29. volum. 3.* cuius verba refert *Fiſc. ſub 5. princ. reſpo. verſ. Quoniam, idem voluit Socin.* pariter ex aduerſo citatus a Fiſc. *in dict. l. ſi ex toto, ſub 3. 4. & 5. concluſ.* quem *refert Natt. in dict. conſ. 63. num. 21. in conſ. 275. num. 4. & in conſ. 525. num. 14. aſſentit Aret. in eadem l. ſi ex toto,* qui ait, quòd exempti non tenentur etiam pro oneribus bellicis, niſi in præmiſſis terminis, quem refert *Franciſ. Marc. in dict. deciſ. 449. ſub num. 24. in 1. part. Curt. Iun. in conſ. 61. Pariſ. in conſil. 68. num. 31. volum. 1. Roland. in conſ. 5. num. 52. volum. 1. & in conſ. 13. num. 68. volum. 3. Rip. in d. l. ſi ex toto, num. 16. & 17. Feſtaſ. de collect. in 4. par. cap. 7. num. 57. Decian. in dict. conſ. 51. num. 31. vol. 3.* qui voluit tunc ratione publicæ neceſſitatis poſſe derogare priuilegijs, quando cōſtat, quòd talis vrget neceſſitas, quæ non poteſt euitari, niſi priuilegiati ſoluant, *Burſ. in conſ. 16. num. 71. volum. 1.* qui hoc intelligit in caſu valdè inſolito, omninò raro & inopinato, & ibidem num. 77. hoc intelligit

de

de neceſſitate pręciſa, cùi aliter, nec prouideri, nec occurri poſſit, niſi exemptis onus imponatur, in quibus eiſdem terminis de caſu valdè inſoliro & incogitato loquitur *Crau.* ex aduerſo citatus, & quem nimis extollit Fiſc. *in dict. conſ.* 439. *volum.* 3. *vt animaduertit Menoch. in conſil.* 540. *ſub num.* 16. *Surd. in dict. deciſ.* 275. *in fin. Alexand. Raud. in conſ.* 54. *num.* 71. *volum.* 1. *Arcſent. de feud. cap.* 5. *de Regal. concluſ.* 86. *num.* 4. & alij qui poſſunt citari, & qui ex aduerſo allegantur.

272 Et ſecundum prędicta intelliguntur DD. qui ſimpliciter dicunt, quòd ſtante neceſſitate, nullum eſt immunitatis priuilegium, quia non includit caſum publicæ vtilitati contrarium, & ſi includeret, non valeret, *iuxta notat. per Bald. in d. l. iubemus nullam, C. de ſacroſanct. eccleſ. per illum text. & per Ioan. de Plat. in dict. l. cum te. C. quemadm. ciuil. mun. lib.* 10. qui teſtatur, quòd neceſſitas omnibus legibus derogat, & omnem excludit immunitatem, ad cumulata per *Roland. in d. conſil.* 80. *num.* 17. *cum ſeq. volum.* 3. *cum concord. aliis ex aduerſo trad.* quorum dicta intelliguntur, quando tanta imminet neceſsitas, vt euadi non poſſit, niſi exempti etiam ſoluant, iuxta prædicta, vt indiuidualiter ſic declarando *Bald. & Ioan. de Plat. inquit Natt. in dict. conſ.* 63. *num.* 21. *& conſ.* 525. *num.* 14. *&* 15. *Rolan. in d. conſ.* 5. *nu.* 52. *&* 53. adducti authoritate *Socin. in d. l. ſi ex toto*, qui ita intelligit *illum tex. in d. l. iubemus*, prout pariter atteſtatur *ibidem Rip. num.* 17. ſic intelligens notata *ibid. per Bald.* ſuperiùs relatum, prout
273 ſic etiam intelligit poſt alios, quos citat, *Decian. in dict. conſ.* 51. *num.* 31. *volum.* 3. Et propterea, *quod Alexand. conſuluit in d. conſ.* 216. *volum.* 2. ſuper quo tam magnum fundamentum faciebat Fiſc. loquens de immunitate illa, etſi ex cauſa meritorum conceſſa, quam propter publicam neceſſitatem voluit non ſuffragari pro exemptis, procedit ſecundum terminos præmiſſos, quando neceſſitas præcisè id ſuadebat, ſtante quòd redditus Camerę Ciuitatis Bononiæ nõ ſufficiebant ad illa onera Reipublicæ deportanda; ita quòd ſine ſolutione exemptorum, illa publica neceſſitas euadi non poterat, iuxta opinionem *Bald. quam Alexand. adducit in dict. l. iubemus*, a DD. communiter in eiſdem terminis intellectam, prout in eiſdem terminis *Franc. Rip. in dict. l. ſi ex toto, nu.* 17. *intellexit Alexand.* conſuluiſſe, & in effectu quoad præciſam neceſſitatem tendunt omnia, quæ *Alexand.* adducit. Nam alias, ſi generaliter de qualibet neceſſitate imminente, illud intelligeretur, vtique eſſet contra communem DD. ſententiam, qui tenent immunitatem, maximè titulo oneroſo obtentam, non reuocari, etiam ex cauſa belli, penuriæ, vel ſimilis neceſsitatis *vt deduximus ſuprà num.* 258. & ideò de ea neceſſitate abſoluta & præciſa loquitur, quæ requirit onera imponi exemptis, ſine quorum ſolutione impoſſibile eſt illam euitari poſſe, *iuxta DD. deſuper citatos ſub num.* 271. *& potiſſimè Socin.* a quo viuunt magis communi-
274 ter DD. *in d. l. ſi ex toto, ff. de leg.* 1. Et hæc eſt illa magna neceſſiras, de qua loquitur *Ioan. de Socarra. in conſuet. Cathal. à Dom. Corſet. citatus in rub. vtrum vaſſal. ten. ſeq. dom. ſu. ad part. remot. ſub num.* 95. dum diſtinguit, inter magnam & paruam neceſſitatem, ſubdens, quod ſi immunitas excuſaret, ſtante magna neceſſitate, priuilegium publicæ neceſſitati eſſet contrarium, quod quidem contingit, vt ex prædictis patet, quando ſine exemptis neceſſitas euadi non poteſt, prout retentis eiſdem terminis clarius loquitur *idem Catal. ſub num.* 129. *fol.* 398. *à terg.* dùm loquitur de priuilegio immunitatis tendente in periculum & ſubuerſionem Reipubli. quod tunc euenire, ex DD. præcit. animaduertimus, quando priuilegiati volunt gaudere immunitate, in caſu quo, non impoſito eis onere, præcisè impoſsibile eſt occurrere neceſſitati Reipubl. In quibus terminis conueniunt DD. præcitati, quòd nulla conceſſio eximit. Ad quam facti ſpeciem referendum eſt, quod ſimpliciter traditur *ab Alex. Raud. cit. à Dom. Corſet. in tract. de analog. capit.* 22. *ſub num.* 30. *lib. p. à nobis relatus ſupra ſub num.* 224. quia ait, quòd habentes immunitatem titulo oneroſo, non excuſantur ab oneribus bellicis, ſecundùm *Din.* opinionẽ, quam in præmiſsis terminis neceſſitatis præciſæ procedere patet ex prædictis, *& tradit Rip. in d. l. ſi ex toto, num.* 17. Nam alias illud dictum in ſpecie eſſet contra *Bald. quem Rauden. allegat in d. conſ.* 406. qui præter caſum præciſæ neceſsitatis præmiſſæ, expreſsè voluit immunem excuſari a muneribus bellicis & ſimilibus, quia de his in conceſsione immunitatis cogitatum fuiſſe, patet ex deductis: vnde oportet, vt præcitati Doctores atteſtãtur, talem ſuper eſſe neceſſitatem præciſam, inſolitam, & inopinatam, quæ alias euadi non poſſit, & de qua in conceſſione immunitatis cogitatum non ſit, *ad tradita per Gaill. ex aduerſo citatum à Corſet. in dict.* 2. *lib. obſer. pract. in* 52. *obſer. num.* 26. *cum ſeq.* Itaque ex his patet, nos conuenire iniuris

L 3 diſpo-

diſpoſitione cum Dom. Fiſc. Patron. in his
quæ ipſe *tradit ſub 5.princip.reſp.* Sed magna
eſt inter nos controuerſia in iuris applica-
tione ad factum, ex quo ſupponit Fiſ. talem
in hac facti ſpecie eſſe neceſſitatis caſum,
qualem DD. præcit. atteſtantur, nullam
in eo exemptionem ſuffragari, quod tam
alienum eſſe a recta iuris ratione exiſtima-
mus, quod vix, vt ex deductis patet *in 1.cap.*
prin. iſtius 3.part. talis imminet caſus, a quo
ſuboritur aſſerta neceſſitas, per quam poſ-
ſit, ſecundum terminos iuris communis, nõ
exemptis onera imponi.
275 Pro cuius rei veritate breuiter ea duo
ponderamus; quæ DD. præcit. conſiderant,
vt immunitatis priuilegium à muneribus
non excuſet, quorum alterum eſt, quod ca-
ſus ſit inſolitus, alterum verò, quod neceſſi-
tati non poſſit per ſuperiorem prouideri,
niſi exemptis onus imponatur, quæ termi-
nis noſtris nullo modo conueniunt, licèt
Domini ex aduerſo ſuperficialiter facti ſpe-
ciem attingentes, aliter firmiter ſuppo-
276 nant, Et quidem quoad primum neceſſe
eſt, vt caſus, à quo ſuboritur neceſſitas im-
ponendi vectigal, ſit inſolitus, ac inopina-
tus, *vt Soc. Aret. & Ripa inter alios atteſtantur*
in dict. l. ſi ex toto, & reaſſumit Burſ. in dict. conſ.
16.num.71.volum.1. & dicunt alij ſuperiùs
citat. quod affirmari non poteſt de ſuppoſi-
to caſu in hac facti ſpecie, à quo traditur,
neceſſitatem oriri. Nam iſte caſus neceſſi-
tatis, tum ſoluendi ſalaria officialibus, &
miniſtris pro iuſtitiæ regimine, tum etiam
manutentionis militiæ, dato quod eſſet le-
gitimus, circumſcriptis priuilegijs, ſecun-
dum terminos iuris communis, de quo *in*
1.cap.princ. huius part. traditum eſt, non ta-
men eſt inſolitus. Duo mouent principa-
277 liter. Primò quia ille dicitur caſus inſoli-
tus, q[?]i rariſſimè contigit, ita quod in mil-
le annis non euenit, niſi vna vice, ſecundum
opin. Bar. in l. Scio, §. medico, ff. de aur. leg. Gozad.
in conſ. 27.num.9. & 24. Rub. in conſ. 153.num.
2. & Iaſ. in conſ. 107.num.9.volum.1. & Nat.
in conſ. 66. ſub num. 6. vel ſecundum aliam
ſententiam, in centum annis non euenit, ni-
ſi ſemel, *Corn. in conſil. 23. colum. pen. volum. 2.*
Franc. Rip. de peſt. in 2. p. in rub. de priuil. cont-
trac. num. 101. Menoch. in conſil. 27. num. 14.
volum. 1. & Burſat. in dict. conſil. 16. num. 73.
ita quòd inſolitus dicitur ille caſus, qui
non ſolet communiter contingere, aut ve-
riſimiliter euenire, *Alexand. in conſ. 107.nu.*
16. Volum. 3. Alciat. in reſp. 157.num.6. Abb.
conſ. 1.num.8. Socin. conſil. 123. in fin. volum. 4.
& Aym. Crauet. conſil. 95. num. 2. ſuper quo
iudicantis arbitrium verſari poſt relatas
opiniones, *& poſt Rip. voluit Menoch. de arbit.*
iud. lib. 2. caſ. 80. num. 8. & poſt eum Bec. in conſ.
82. num. 13, volum. 1.
278 Sed caſus neceſſitatis ſoluendi ſalaria
officialium, & ſuſtinendi militiam, non ſo-
lum non eſt de his, qui raro contingunt, ſed
potius eſt de illis, qui continuo vrgent, quia
non eſt nouum, aut rarum Principes, ac Re-
ges militiam, & officiales pro iuſtitia ad-
miniſtranda ſuſtinere. Ergo non eſt caſus
inſolitus, prout in fortioribus terminis de
caſu belli, quod vrgere non eſt nouum, at-
teſtatur *Aym. Craue. in conſ. 294. nu. 8. col. ante*
pen. verſic. Septimo nego, & Nat. in d. conſ. 66.
279 Hinc eſt quòd hoſpitium militum, ſalaria
officialium, & huiuſmodi, non ſunt colle-
ctæ inſolitæ: nam attenta noſtræ ætatis, ac
temporum calamitate, & miſeria, quibus
his continue affligimur, eas ſolitas eſſe exi-
ſtimant Doct. *vt p: ſt Calcan. Tort. Imol. Barb.*
& alios inquit indiuidualiter *Burſ. in d. conſ.*
280 *16.num.72.* Q od enim ſæpè, ac faciliter
poteſt contingere, non eſt inſolitum, *ad tra-*
dita per Calcan. in conſil. 24. ſub num. 9. verſic.
Ad hoc confirmandum, Neuiz. conſil. 66. & Me-
281 *noch. in dict. conſil. 17. num.* 13. Secundo mo-
uet, quia ille dicitur caſus inſolitus, de quo
veriſimiliter non fuit cogitatũ, adeò quod
præter omnem prudentis viri cogitatio-
nem, euenit, *Corn. in conſil. 12. lib. 4. relatus à*
Menoch. in dict. caſ. 80. ſub num. 7. de arbitr. iud.
Burſat. in dict. conſ. 16. num. 71. & Becc. in dict.
conſ. 82. In tantum q[?]òd omnis cogitatio-
nis præſumptio ceſſat de caſu inſolito, *Bald.*
in l. falſis, colum. pen. C. de fur. & in l. licet, &
ibidem Salic. C. locat. Alexand. conſ. 28. in 2. du-
bitat. volum. 1. & alibi, vt citat Rip. in dict. l. ſi
ex toto, num. 16. Sed iſte aſſertus neceſſitatis
caſus, quinimo, & magis vrgens, & ingens,
in conceſſionibus immunitatis, de qua quæ-
ritur, non ſolum fuit cogitatus ob verba
vniuerſalia, & geminata, quibus illa con-
ceditur; ſed etiam expreſſis, ac ſpecialibus
verbis continetur, *vt traditum eſt ſupra num.*
244. 255. & 264. Ergo non eſt inſolitus, nec
talis appellari poteſt, eo ipſo, quòd à con-
cedentibus immunitatem fuit cogitatus,
Aym. Crauet. in dict. conſ. 294. in loc. præcit. Ne-
uiz. in dict. conſil. 66. num. 43. Cephal. conſ. 58.
num. 44, Volum. 1. quibus accedit Menoch. conſil.
156. ſub num. 32. verſic. Non obſtat quartum,
& conuenit Burſat. in dict. conſil. 16. num. 17.
verſic. At ſecus. Nec ſub prætextu, quod
hodie fortè maior vrget ob talem caſum
neceſ-

Digitized by Google

neceſſitas, propter quam oportet augere onera, ille dicitur inſolitus, quia ſatis eſt de hac, & maiori neceſſitate fuiſſe cogitatum in conceſſione immunitatis, quæ, etſi ſimpliciter fuerit conceſſa ab oneribus, ad futura etiam porrigitur onera, *vt poſt Alexan. Burſat. Tap. Natt. & Alfon. Medic. traditum eſt ſupra nu.* 196. Nec refert, an illa creuerint, etiam ex noua cauſa, quia plus & minus oneris, non eſt in conſideratione, *vt poſt Nat.*
282 *Oſaſc. & Menoch. ibidem deduximus*. Quo verò ad ſecundum quod requiritur, videlicèt, vt neceſſitas ſit præciſa, ita vt non poſſit aliter prouideri, niſi exemptis onus imponatur, *vt idem Socin. & alij teſtantur in dict. l. ſi ex toto, relatus à Natt. in dict. conſ.* 63. *num.* 21. *& in dict. conſil.* 525. *num.* 14. & dicunt alij ſuperius citati, pariter illud in hac facti ſpecie non conuenit, quia aut hæc impoſſibilitas ſupponitur ex parte ſuperioris, qui de ſuo non habet, vt poſſit neceſſitati prouidere, & ſine qua non poteſt ſubditos ſuos grauare, etiam circumſcriptis priuilegijs immunitatis, *vt poſt Bald. Iſer. Afflict. Roland. Natt. Menoch. & alios deduximus ſupra in hac* 3. *part. num.* 9. & certè illa non poteſt modo aliquo admitti, nec affirmari in perſonam potentiſsimi domini noſtri Regis Cathol. Hiſpan. vt apertè ſentit *Natt. in d. conſil.* 275. *ſub num.* 4. *verſic. Cogitet, volum.* 2. & latè fuit oſtenſum *ſupra num.* 53. adeò quod etiam ſecundum terminos iuris communis, ex hoc ſolo capite hoc vectigal non eſt ſine ſcrupulo, Aut ſuppoſitis terminis habilibus quoad Principem, hæc impoſſibilitas ſupponitur ex parte ſubditorum, qui ſoli idonei non ſunt ad onera ipſa, quæ vrgent ferenda, propterea impoſſibile eſt neceſſitati occurrere, niſi grauata Meſſana, & pariter hoc ceſſat in re noſtra, in qua non docetur, quod onera ferri non poſſunt à non exemptis, & quod propterea aliter non poſſit prouideri, niſi Meſſanæ immuni onus imponatur, *vt ſentit Natt. in dict. conſil.* 63. *ſub num.* 21. Quinimo contrarium verius eſſe exiſtimandum eſt in hac facti ſpecie, prout in caſu ſuo inquit *Pariſ. in dict. conſil.* 68. *num.* 31. *volum.* 1. *Roland. conſ.* 5. *num.* 52. *volum.* 1. *& conſil.* 76. *num.* 25. *volum* 2. *& conſ.* 13. *num.* 68. *volum.* 3. *& Natt. in dict. conſil.* 525. *num.* 15. Quod tum ex parte Regni, tum ex parte Meſſanæ, tum etiam ex parte rei, clariſſimè oſtenditur. Itaque quoad Regnum illud ſuadetur ab experientia, dum non ſolum onera præterita Regnum ſuſtinuit, vt in ea facti ſpecie inquit *Natt. in dict. conſ.* 525. *vbi ſupra* ſed etiam noua, ac maiora obtulit in his vltimo loco generalibus celebratis Comitijs, ex qua oblatione datur intelligi, quòd Regnum eſt idoneum ad illa ferenda, alias ſi non potuiſſet ſuſtinere, nulla ratio ſuadet credere in neceſſitate liberalitatem exercuiſſe, ex vulgar. Pariter ex parte Meſſanæ, hoc ſuadetur, dum non quæritur niſi de immunitate vnius Ciuitatis in toto Regno, cuius portio, quæ ob eius exemptionem detrahitur ex collectis, eſt modicæ conſiderationis, vt patet ex taxis, quæ fieri ſolent pro ſoluendis donatiuis, ac alijs collectis ordinarijs Regni. Ita quod dato, quòd onus, quod detrahitur, cæteri ſubditi in effectu ſentirent, de cuius rei veritate conſtat, *ex deductis in* 2. *memb. iſtius partis*: tamen quia illud eſt modicum, ac demum diuiſum per totum Regnum, ad nihilum reducitur, leuiter ferri poſſe à reliqua parte Regni, nemo dubitat, quia res eſt inter parum, & nihil, quæ non differunt inter ſe ex deductis; nec poſſe Regnum reclamare, *docuit Abb. in cap. accedentes de præſcrip. relatus per Natt. in dict. conſil.* 63. *num.* 19. *volum.* 1. *& conueniunt tradita à nobis latè in dict.* 2. *memb. iſtius* 3. *part.* Tandem ex parte rei hoc verum eſſe patet. nempè agitur de certo vectigali impoſito, non vniuerſitati, ſed cuilibet extrahenti ſericum, *ad tradita per Bart. in l.* 2. *ſub num.* 3. *verſic. Aut conſiſtit, C. de apo. publ. lib.* 10. & ſic agitur de onere diuiſo per capita, *iuxta Bal. in cap. ſecundo requiris, in fin. de appel. relatus à Felin. in dict. cap. accedentes num.* 8. *de quo Franc. Marc. deciſ.* 457. *ſub num.* 26. *& Alfonſ. Medic. in ſuis dubit. iur. in §. plebiſcitum dub.* 18. *num.* 1. Ex quo reſultat, quod onus, quod detrahitur ob immunitatem Meſſanæ de hoc vectigali, cæteri de Regno non ſubeunt; ſed tanto minus percipit Regia Curia, ad quam vectigalis emolumentum pertinet, *vt poſt Bart. Bald. Felin. & alios præcitatos diximus ſupra num.* 202. & per conſequens ratio iſta, quæ ſumitur ex aliorum ſubditorum impotentia, in terminis iſtius vectigalis, de cuius immunitate quæritur, allegari non poteſt. Etſi diceretur, quòd licèt directò, quod detrahitur de hoc vectigali ob immunitatem Meſſanæ, alij ſubditi non ſentiunt, per indirectum tamen, eos illam ſentire oportet, ex quo, ſublato hoc emolumento, quod in vrbe Meſſanę perciperetur de hoc vectigali, neceſſe eſt ſubditos alijs oneribus grauare, vt animaduertere videtur *Bart. in d. l.* 2. *C. de apoc. publ. lib.* 10. vtique pariter in primis animaduertere oportet, quòd illud conſtare

debet,

debet, quòd aliàs (ſublato hoc vectigali à Meſſana) aſſertæ neceſſitati prouideri non poteſt à S.C. Maieſtate, niſi illis nouis oneribus impoſitis, quia vt deduximus, aliter ad noua vectigalia deueniri non poteſt, nec ſubditi ad illa tenentur, *Abb. in cap. ſicut in fin. extra de iur. iur. Natt. conſil. 557. ſub num. 6. conueniunt Doct. quos citat Roland. in conſil. 1. num. 62. cum ſeq. volum. 2. cum concord.* aliàs à nobis traditis: quod abſurdum eſt affirmare, vt diximus de tam potentiſſimo Rege, qui, & de ſuo, etiam non reformatis expenſis, & alijs modis, quas afferre ad nos nõ pertinet, prouidere poteſt, ſi quæ alia neceſsitas imminet, abſque eo quòd in locum iſtius vectigalis, ad aliorum onerum impoſitionem deueniatur. Præterea vbi neceſſe eſt præcisè ad alias deuenire impoſitiones, pariter illud conuenire oporteret, quòd illas ſoli alij ſubditi non poſſunt ferre, quod in hac re ceſſat: ex quo, cum de onore iſtius vectigalis ex aduerſo traditur participare alios ſubditos, quorum ſerica ex portu Meſſanæ extrahuntur, illudque eos ferre poſſe, non negant ex aduerſo, vtique, ſi ſublato hoc vectigali, alijs oneribus ſubrogatis, grauarentur, pariter illa ferre poſſe admittendum eſt, non ſolum ſi pro ea parte tantum, quam hodie pro iſto vectigali ſuſtinent, grauarentur, quo caſu nihil refert, an iſto, vel illo medio eadem menſura onera ſubirent, ſed etiam ſi eis noua onera imponerentur, etiam habito reſpectu ad partem, quæ Meſſanenſibus de hoc vectigali contingit, nempè illa portio per totum Regnum diuiſa, vt diximus, non eſt alicuius conſideratioinis, ita vt poſſit ex hoc ſuaderi, violandam eſſe Meſſanæ immunitatem, ſub prætextu, quòd alij ſubditi non ſunt idonei ad illam portionem ferendam. Et tanto magis id locum habet, ſi verum eſſet, quod ex aduerſo affertur potiſſimè à Dom. Fiſ. Patron. qui varijs in locis atteſtatur à nobis relatis ſuprannm. 203. hoc vectigal potius tangere Regnum, quàm Meſſanenſes, ita quod *ſub 7. reſpon. princip.* aſſerit, quòd introitus iſtius gabellæ non penduntur à Meſſanenſibus, ex quo facilius oſtenditur leue eſſe ſubditis totius Regni, ea poſſe ſuſtinere onera imponenda in locum iſtius vectigalis, quòd hodie ſuſtinent: & ſic nulla neceſſitas præciſa vrget, à quacumque parte illa conſideretur, per quam neceſſe eſt vni Ciuitati exemptæ onera imponere, tum quia ceſſat, quod traditur de aliſs ſubditis, qui onera ſoli ferre non poſſunt: tum etiam, quia nec illud conuenit, quod ſine portione Meſſanæ, aſſerta neceſſitas euadi non poſſit, nempè ſi illa penitus detraheretur, nullo modo poteſt eſſe cauſa aſſertæ neceſſitatis, quia qualiſcumque fuerit, ſemper eſt modica ſecundum ſubiectam materiam, *ad nota. per gloſ. in l. ſed & ſi ſuſceperit, §. ſi libertis, & ibi Bartol. num. 4. ff. de iudic. Socin. Iun. conſil. 66. num. 48. cum ſequen. volum. 3. & conſil. 17. num. 3. volum. 4. cum concord.* Et ideò ſiue Meſſana grauatur, ſiue eximitur, nec illius grauamen tollere, nec illius immunitas cauſare præciſe neceſsitatem poteſt. Quapropter nulla iuris ratio ſuadet, quod propter tam modicum emolumentum debeat violari hæc immunitas tot meritis obtenta, tot tantiſq; ampliſsimis verbis cõceſſa, à & varijs Regibus (ita Meſſanæ meritis expoſcentibus) geminatis actibus confirmata. Vnde oppoſitis ex aduerſo non refragantibus, conſtat ex prædictis Meſſanam ius, & iuſtitiam, in hac facti ſpecie, fouere, illiuſq; immunitatem eſſe ſeruandam; ac vectigali, de quo quæritur, iſtius vrbis ampliſſima immunitatum priuilegia refragari, prout has eſſe partes illius ſupremi ordinis, vbi res iſta pendet, in decernendo arbitramur, cuius ſummæ Religioni, ac integritati, hæc & omnia noſtra, ex more ſubmittimus. Die 10. Decembris 1613.

Ita iuris eſſe ſentio, & in fidem ſubſcripſi, & ſignaui.

Octauius Gloritius Iuriſconſultus Tropienſis.

RESPONSVM SECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 Citatione preuia ſunt agenda, quæ partem lædere poſſunt, vide num. 28.

2 Citatio eſt fundamentum iudicij, quæ legitimè debet interuenire, vbi de præiudicio tertij agitur, nec tolli poteſt à Principe, nu. ſeq.

3 Priuilegium tollens partis citationem contra ius naturale, non valet, vide nu. 30.

4 Priuilegium Principis, an poſſit à Principe ad libitum reuocari, & nu. 31.

5 Princeps, an poſsit auferre dominium à ſe conceſsum.

6 Tacitum non plus operatur, quam expreſſum.

7 Mens debet attendi, præſertim in reſcriptis.

8 Princeps reſcribendo, non intendit tertio præiudicare.

9 Reſcripta Principis, in Regno Siciliæ intelliguntur, Saluo iure tertij.

10 Meſſana habet priuilegium, vt mandata regia, ſi quæ emanant contra illius priuilegia, non exequantur, quouſq; non ſint regulata ſecundum ius, & iuſtitiam.

11 Priuilegia obtenta ex cauſa meritorum, tranſeunt in vim contractus,

Fidem fallere graue eſt priuatis, & grauius Principi, ibid.

12 Citatio eſt de ordine ſubſtantiali, illaq; debet ſententiam precedere, nec emanat ſine iuriſdictione, & num. 14.

13 Declarationis contra priuilegia Meſſanæ, quæ ſit verè eſſentia.

14 Citatio non requiritur in præſtatione conſilij, nec oportet Conſultorem citare.

Quid in illius reuocatione, nu. 19.

Conſultor non dicitur ferre ſententiam, & conſilium præſtatur abſque iuriſdictione, ibidem num. 14.

15 Iudex non tenetur citare partes, ſi procedit ad ſuā informationem.

Citatio, an ſit neceſſaria, quando clericus præſentat clericatum & petit remiſſionem ad ſuum Iudicem eccleſiaſticum, ibid.

16 Sententia interloquutoria, an indigeat citatione.

Quid in reuocatoria interloquutoriæ, num. 19.

17 Leuia poſſunt expediri abſq; partis citatione.

Declaratio contra priuilegia, leuis eſt præiudicij, ibidem.

18 Sententia interloquutoria, per quam iudex moderatur dilationes, non indiget citatione.

20 Citatio non eſt neceſſaria in conceſſione reſcripti.

Æqualitas eſt ſeruanda inter partes, ibid.

Cauſa reconuentionalis, ob ſeruandam æqualitatem, regulatur ſicut conuentionalis, ibid.

21 Citatio partis, quæ præſens eſt in iudicio, an ſit neceſſaria.

22 Citans ad aliquem actum, cenſetur ipſo iure citatus ad eundem actum.

23 Reuocari poſſunt de facto, quæ de facto proceſſerunt.

24 Conſuetudo immemorabilis, vim priuilegij obtinet.

25 Conſuetudo, ſeu ſtylus derogans ſolemnitati citationis, an valeat.

26 Citatio, quæ de iure eſt neceſſaria in receptione teſtium, an poſſit de conſuetudine, ſeu ſtylu Curiæ omitti.

27 Obſeruantia ſubſequuta, declarat Priuilegia.

Conſuetudo interpretatiua, præſcriptione non indiget, ibid.

29 Regulam iuris habens pro ſe, dicitur habere intentionem fundatam, donec non probatur oppoſitum.

32 Princeps in dubio non vtitur poteſtate abſoluta.

Principis voluntas talis eſſe præſumitur, qualis de iure eſſe debet, ibid.

33 Verborum cauſa, potius quam ipſa verba, eſt attendenda.

34 Proœmium oſtendit mentē, & finem diſpoſitionis.

35 Ratio reſtringit dictum generale ad caſum, in quo ratio ipſa conuenit.

ARGVMENTVM.

Citatio, an, & quando ſit neceſſaria, & an debeat interuenire in præſtatione conſilij, vel in ſententia interloquutoria, vel quando Iudex procedit ad ſuam informationem, & an priuilegium, vel conſuetudo poſſit derogare ſolemnitati citationis; & de Principe qui in dubio non intendit præiudicare tertio, vel vti poteſtatis plenitudine.

SPiritus Sanctus adſit, & Maria Vigo, ſub cuius ppetuo patrocinio viuit Meſſana, eſurgat in adiutorium ſuæ deuotiſſimæ vrbis. Viſo Eulogio vna cum literis Domini noſtri S.C.M. per quas datur nouus modus, ac noua forma in declaratione facienda contra priuilegia fideliſſimæ, ac nobilis vrbis Meſſanæ, circa partis, aut fiſci citationem, illud eſt, de quo quæritur, an dictæ literæ, vna cum earum executione data Panormo die 26. Februarij 1608. ac illarum intimatione facta Meſſanæ die 10. Aprilis eiuſdem anni ſpec. Iudicibus Curiæ Straticotialis, cum omnibus inde ſequutis, tendant contra Regia priuilegia dictæ vrbis, prout reuerenter fuit allegatum, ac de ſuper ab illius Collegio conſultum, & à præfatis Iudicibus reſcriptum S.C.M. in cuius ſupremo Italiæ Conſilio nunc res ipſa pendet. Et quidem prima fronte videtur, quòd literæ prædictæ non tendunt contra priuilegia, neque actus allegationis procedit, ex tribus principaliter, quæ ex tenore literarum colliguntur.

Primò ſtante iuſtitia ipſarum literarum, in quibus S.C.M. mandat, vt Iudices Straticotiales non poſſint procedere ad declarationem contra priuilegia abſque partis, vel fiſci citatione, quòd iuri conuenire videtur.
1 Nempè ea, quæ partem lædere poſſunt ea præſente, vel legitimè citata ſunt agenda, alias actus eſt ipſo iure nullus, *l. 2. in fin. & ibi gloſ. C. ſi prop. publ. penſ. Guid. Pap. in conſ. 119. num. 2. Caual. in deciſ. 11. num. 30. de iudi. in 1. p.* citatio enim eſt fundamen-
2 tum iudicij, *§. fin. inſti. de pen. tem. litig. Specul. in tit. de citat. in §. pri. Abb. & Cano. in cap. quoniam contra in gloſ. in verb. citationes extra de probat. Roland. in conſ. 53. num. 16. volum. 4.* & ideò in quolibet actu, in quo tertij præiudicium vertitur, debet citari ille, cuius intereſt, *l. de vnoquoque, ff. de re iud. l. nam ita diuus ff. de adopt. cap. Eccleſ. S. M. de conſtit. cap. cum olim de teſtib. Anchar. in conſil. 211. num. 4.* alias eius omiſſio vitiat, quia grauis eſt citationis ſolemnitas, *l. & poſt edictum, ff. de iudi. Roland. in conſil. 35. num. 2. volum. 4.* Quinimò legitimè debet citatio interuenire, vt nullitas actorum euitetur *gloſ. in l. ſi accuſatoribus, ff. de accuſ. facit gloſ. in capit. de cauſis in verb. venire de offic. deleg. & in cap. ſtatutum, §. in nullo, in verb. citet, de reſcrip. in 6. Bal. in l. cum fratrem in fin. C. de his qui vt indig. & in l. ſi vt proponis, C. quo. & quan. iude. & in conſil. 314. volum. 4. Hyppo. in dict. l. de vnoquoque nu. 36. Iaſ. in Rubr. ff. de in ius vocand. Afflict. in deciſ. 366. in fin. Vant. in tract. de nulli. tit. de nulli. ex defe. citat. num. 22. cum ſeq. & Caual. in deciſ. 22. num. 24. in 5. part.*

3 Secundò ſtante, quòd non videtur valere priuilegium, per quod tollitur partis citatio, nam, vt ex eiſdem literis perpenditur, illa eſt de iure naturali, quia reſpicit defenſionem, cuius facultas, eo iure tribuitur, *cle. paſtoralis, §. cæterum de re iud. Bald. in l. eſſecutorem, C. de executi. rei iud. Felin. in cap. cum olim de re iudi. Vant. vbi ſupra num. 6. Bart. in extrauag. Ad reprimendam in verb. & figura, Iaſ. in conſ. 177. num. 4. volum. 2. Deci. in coſil. 410. nu. 24. Plot. in conſil. 88. ſub num. 16. Neuiz. in conſ. 12. num. 152. inter conſ. Brun. Peregr. in tract. de iur. fiſ. lib. 1. tit. 3. num. 61. Bierſ. in conſ. 201. ſub num. 99. volum. 2. & Baiard. in addi. ad Iul. Clar. quaeſt. 31. ſub num. 8.* Ex quo datur intelligi, quod priuilegium tollens partis citationem non valet, quia illa à principe non poteſt auferri, vt expreſsè atteſtatur S.C.M. *in dict. literis, in illis verbis, Y porque la citacion, y defenſa es de derecho natural, y no ſe puede quietar a ninguno, & tenet Port. in conſil. 2. num. 7. Anchar. in dict. conſil. 11. Roland. in dict. conſ. 53. num. 22. Deci. in dict. conſil. 410. Afflict. in deciſ. 307. in fin.* quod eſſe commune, atteſtatur *Felin. in dict. cap. cum olim nu. 12. Vant. vbi ſupra num. 9. Neuiz. in dict. conſil. 12. num. 155.* qui refert plurimos conſuluiſſe pro Ciuitate Florentiæ, Papam non poſſe tollere citationem, & viua voce audiuiſſe à Iaſ. ita conſuluiſſe in Ciuitate Lucana.

Tertiò, & vltimo ſtante abſoluta Regis voluntate, quæ ex eiſdem literit colligitur in illis verbis in fin. poſitis, *que tal es mi voluntad*, per quæ verba videtur, quod S.C.M. voluit omninò tollere, ac reuocare, ſi quæ ſuper hoc habet Meſſana priuilegia, vel con-

ſuper hoc habet Meſſana priuilegia, vel cõ-
ſuetudinem, quod facere poſſe non videtur
4 dubitari. Nam priuilegium a Principe con-
ceſſum poteſt ab eo reuocari abſque cauſa
pro libito voluntatis, *Bald. in l. qui ſe patris num. 14. C. vnd. lib.* Qui ait, quod ſpeciale
eſt in principe, vt poſſit eius priuilegium re-
uocare ſine cauſa, per illum *tex. in l. qui fund. C. de omn. agro deſer. lib. 11. Feli. in c. quę eccleſiarum num. 51. de conſti. Abb. in c. nouit & ibi Feli. nu. 10. & Deci. nu. 15. in lib. meo, & communiter Cano. de Iudi. Paul. de Caſt. in l. digna vox num. 6. C. de legib. Roma. in ſing. 463. Cur. Iun. in conſ. 1. poſt. num. 24. Iaſ. in l. princeps num. 16. ff. de legib. Pari. in conſ. 2. num. 120. Vol. 4.* Qui
ait, quod ſolo arbitrio concedentis poteſt
reuocari, quod tenet, *Gozad. in cons. 5. num. 23. & in conſ. 69. num. 9. Rui. in. conſ. 130. num. 13. vol. 5.* Qui tenet, quod princeps regula-
riter priuilegium conceſſum ſubdito, eo in-
uito ſola voluntate poteſt reuocare, refert,
& ſequitur, *Rol. in conſ. 66. num. 8. vol. 2. & in cons. 13. num. 3. vol. 3. Affl. in deciſ. 128. Gram. in deciſ. 46. num. 5. Capi. in decis. 121. num. 16. & in deciſ. 166. nu. 1. & D. Tap. in l. fin. c. 9. num.*
5 *56. ff. de conſti. prin.* Pro qua re facit, quod in
fortioribus terminis tenet, *Ang. in l. Antiochenſium. ff. de priuil. cred.* Qui voluit, quod
poteſt princeps auferre dominium alicui
quæſitum ex facto, & conceſſione ſua, alle-
gat *not. per Inn. in d. c. quæ eccleſiarum, & ſentit idem Ang. in l. lutius. ff. de euict. Bald in l. fin. col. pen. C. ſent. reſci. non poſ. quorum meminit Soci. in conſi. 87. num. 12. verſ. 3. vol. 3.* eorumque di-
cta refert, *Felin. in d. c. quæ eccleſiarum. num. 48.*
De quo poſt alios late dixi, & ſcripſi in c. 1.
6 extra de proba. Et ſi hoc locum habet in
priuilegio expreſſo, multo magis procedit
in tacito reſultante ex immemorabili con-
ſuetudine, ex quo nõ poteſt plus operari pri
uilegium tacitum, quam expreſſum, *l. qui ad certum ff. loca.* Quinimo tacita minorẽ vim
expreſſis habent, *Abb. in c. dilecti de for. comp.*
& non ita late intepretantur, *Iaſ. in l. cum quid col. 2. ff. ſi cer. pe. Soc. in conſ. 72. num. 36. Vol. 1. quibus accedit Rolan. qui horum meminit in d. conſ. 66. num. 5. Vol. 2.*

Sed tamen, his non obſtantibus, in con-
trarium eſt mera veritas. Verum antequam
huius veritatis merita aggrediar, vnum ſup
pono in iure indubitatũ, quod mens S.C.M.
non eſt per eius reſcripta, vel mandata, pri-
uilegijs ſuæ fideliſſimæ vrbis Meſſanæ præ-
iudicim inferre, & ideò dum cõtigit vrbem
ipſam aliquod reſcriptum, ſeu mandatum
Regis allegare contra priuilegia, implicitè
allegat illud reſcriptum, ſeu mandatum
non eſſe exequendum, quia non eſt de men-
7 te principis, vt exequatur, quæ mens debet
attendi, cui verba ipſa reſcripti, ſeu manda
ti cedũt, nempe illa incunctus principatum
obtinet, *l. non aliter. ff. de leg. 3. l. ſed & Celſus. §. ſi fund. ff. de cont. empt. l. fin. C. quę res poſ. pign. oblig. l. regu. §. fin. ff. de iur. & fac. ign. Alex. in conſ. 134. num. 34. circa fin. Vol. 2. & in conſ. 21. num. 16. vol. 3. & in conſ. 158. num. 13. vol. 6. Aym. Crau. in conſ. 33. nu. 21. Vol. 1. Soci. Iun. in conſ. 73. num. 14. & in conſ. 142. nu. 28. vol. 3. Rol. in conſ. 72. nu. 41. vol. 1. & in conſ. 82. nu. 20. vol. 4.* Quod in Specie vendicat ſibi locũ
in reſcriptis, *gl. in c. ſi propter tua, in verb. intentiones de reſcrip. in 6. & in c. mandatum extra de reſcrip. Iaſ. in l. iuris gentium §. prætor ait, col. pen. ff. de pac. Bal. in c. 2. col. fin. de reſcrip. Soc. in conſ. 59. nu. 4. vol. 1. Bec. in conſ. 74. quib. accedit Pet. Sur. in deciſ. 268. in fin.* Iſtud ſuppoſitum con-
ſtat eſt verum ex tribus.
8 Primo ex diſpoſitione iuris communis,
quo attento, Princeps reſcribendo, non in-
tendit tertio præiudicare, nec ius alteri quę-
ſitum auferre, *l. 2. §. merito, & §. ſi quis a principe. ff. ne quid in loc. publ. c. ex tuarum de auct. & vſu pal. cap. ſup. eo de offic. deleg. l. nec auus. C. de eman. libe. late Felin. in c. cauſam quæ, in Verb. interpratatio, extra de reſcrip.* Hinc eſt quod re-
ſcripta principis interpretantur, vt nemini
iniuriam faciant, etiam cum impropriatio-
ne verborum, *Deci. in conſ. 11. num. 4.* Quia
præſumitur, quod eius intentio ſit, vt ſem-
per ius alterius ſit ſaluum, *Idem Deci. in conſ. 271. & in conſ. 544. & in conſ. 606. nu. 17. Cur. Iun. in conſ. 88. num. 8. & in conſ. 172. num. 3. Hyppo. in ſing. 440. Alc. de præſump. Reg. 3. præſu. 11.* In tantum, quod etiam reſcripta, mo-
tu proprio conceſſa, nihil operantur in præ-
iudicium tercij, quia nõ ſunt de mente prin
cipis reſcribentis, *Aret. in conſ. 15. num. 6. Gozad. in conſ. 9. num 24. Pariſ. in conſ. 1. num. 84. & in conſ. 11. num. 12. Vol. 1. Soci. Iun. in conſ. 77. num. 26. Vol. 1. Iaſ. conſ. 10. num. 30. vol. 2. Accedit Menoch. qui horum meminit in tract. de arbit. iudi. q. 9. num. 11. conueniunt tradita à Tiraq. in l. ſi Vnquam in Verb. ſuſceperit liberos ſub num. 66. C. de reuo. donat. Rebuf. in pract. beneſi. ſub Reg. de non toll. iu. quaſi. gloſ. 6. num. 1. fol. mihi 199. Canne. in capi. Si aliquem in §. opinio. num. 22. fol. 251. Burſ. in conſ. 32. num. 51. Vol. 1. & Menoch. in conſil. 294. num. 20. volu. 3.* Vnde potius præſumitur circuentus
princeps, quam quod velit alteri præiu-
dicare, *Apont. in conſ. 59. num. 35.* Quod ven-
dicat ſibi locum, etiam ſi de modico præiu-
dicio

Digitized by Google

dicio agitur, *Riminal. Iun. in cõſ. 6. n. 68. vol. 1.*

9 Secũdo ex diſpoſitione iuris municipalis Regni Siciliæ, vbi in ſpecie eſt prouiſum per capitula Regni, quod reſcripta omniũ qualiacumque ſint, intelligantur, & interpretentur, ſaluo iure tertij, conſtat, *ex cap. Regis Marti. num. 29. & ex cap. Regis Alfon num. 436.* Quæ in propoſito allegat, *Intrigl. 2. centur. feud. artic. 2. num. 369.*

10 Tertio, & vltimo iſtud clarius conſtat ex priuilegijs particularibus eiuſdem vrbis Meſſanæ a varijs Regibus conceſſis, qui expreſſe in eis proteſtantur, quod mandata, quæ ab eorum Maieſtate emanant, ſi illa fuerint contra priuilegia, non eſequantur, niſi fuerint regulata, teſtis ſit, Roger. Rex, qui in priuilegio fol. 21. voluit, vt nũquam fiat mandatum, quod ſit contra priuilegia, & ſi fieri contingat, nulli eſequutioni demandetur, donec fuerit per iuſtitiam moderatum. Iſtud confirmat Manfre. Rex qui in priuilegio fol. 24. ſcribit Straticoto, quod ſi contingat mandatum fieri, quod eſſet contra ius, & priuilegia Meſſanæ, illud non eſequatur, niſi fuerit primo per iuſtitiam regulatũ, quod voluit perpetuo obſeruari. Pariter iſtud colligitur ex literis Regis Martin, fol. 27. directis Straticoto, & Iuratis in quibus Rex admonet iuratos, ne ex reſcriptis Regis turbentur, ſi forte illa in eorum fuerint præiudicium, ex quo ſciunt mandatum eius generale, quod habent, quod ſi reſcriptum ab eius eccellentia emanat, quod fuerit contra vniuerſitatem, vel particulares, in eius eſequutione ſuperſedeant, & reſcribant Regi, qui ſe offert deliberare iuſta conſilium iuratorum, ex quibus ſuppoſitũ iſtud reſultat indubitatum, quod mens S. C. M. non eſt, vt reſcripta, & quæ ſunt contra priuilegia Meſſanæ exequantur, quibus reſcribendo non intendit præiudicium inferre. Et hac de cauſa fuerunt conſtituti Indices Straticotiales, ad quos hodie ſpectat conſulere, & declarare, an talia mandata, ſeu reſcripta ſint, vel ne contra priuilegia vrbis prædictæ Alfon. in priuil. fol. 30. Quin imò Rex Catholicus in quibuſdam literis fol. 41. mandat iudicibus, & Collegio doctorum, per quos fiunt tales declarationes, quod ſine metu conſulant, quod eſt de iure, ex quibus apertiſſima reſultat mens principis nolentis eius mandata contra priuilegia exequi.

Et tanto magis hoc ſuppoſitum eſt verum, quando tractatur de priuilegijs ex cauſa meritorum, & obſeruitia præſtita conceſsis, qualia ſunt priuilegia fidelisſimæ vrbis Meſſanæ, quæ auro, & ſanguine Ciuium aquiſita ſunt, pront ex vetuſtiſſimis, tum Romanorum, tum etiam Græcorum documentis colligitur, & poſt illa Rogetius, Henricus, Martinus, Alfonſus, Ioannes, & cæteri moderniores principes teſtantur, qui de impenſis, laboribus, & ſanguinis effuſione, ac ſeruitijs præſtitis fidem faciunt, & ideo Meſſanam vti benemeritam, tot gratijs, tot prerogatiuis, ac priuilegijs decorauerunt, quę tãdem omnia à feliciſſima & catholica Philippi II. Regia Maieſtate fuerunt cõfirmata in anno 1591. oblato ſeruitio ſcuto-

11 rum aureorum quingentorũ mille. Ex quo reſultat quod talia priuilegia tranſeunt in vim contractus, *Bald. in d. l. qui ſe patris nu. 14. verſ. Hoc ſcias. C. vnd. libe. & in l. ſi cum mihi. ff. de dol. Alex. in conſ. 216. num. 6. & 7. vol. 2. & in conſ. 54. ſub. num. 12. vol. 4. Cano. in c. nouit de de iud. & in c. 1. de probat Gram. in deciſ. 66. nu. 25. Rui. in conſ. 196. num. 8. Vol. 1. & Soci. in conſ. 87. num. 12. vol. 1.* & ideo magis certa eſt mens S. C. M. quod non intendit per eius reſcripta, vel mandata præiudicare talibus priuilegijs, ne dici poſſit principem eius contractum infringere, & ſic à fide data diſcedere. Nempe nihil eſt quod magis refulget in principe, quam recta fides, *l. inter. claras. C. de ſum. trin. Alex. in cons. 54. num. 15. vol. 4. Rol. in conſ. 13. num. 53. vol. 3. Folle. in pract. cenſu. in verbo. Et ſumiſſionis cuiq. foro nume. 10. quibus accedit Rodolfi. in tract. de abſol. princ. poteſ. c. 6. nu. 184.* & ſi graue eſt priuatis fidẽ fallere *l. 1. ff. de coſt. pecu. l. 1. ff. de pac. Rol. in conſ. 85. n. 3. vol. 3.* grauius eſt Principi, ratione dignitatis, *arg. l. presbyteri. C. de Epiſ. et cler. c. cum quidam de iur. iur. c. ſicut dignum extra de homic.* grauius. n. peccat Princeps frangẽdo fidẽ, quã inferior, *Aym. Crau. in conſ. 241. nu. 19. vol. 2. Ceph. in conſ. 545. num. 10. vol. 4. Rol. in conſ. 1. num. 32. vol. 2. Menoch. in conſ. 1. num. 127. vol. 1. & in conſ. 721. num. 3. vol. 8. conueniunt tradita à Pereg. in conſ. 87. nu. 11. vol. 1.*

Hoc ſuppoſito, dico breuiter literas, de quibus queritur, cum omnibus inde ſequutis, eſſe contra regia dictæ vrbis, & ideò nimirum, ſi cognita S. C. M. mente ſuppoſita, pro cõſeruatione regiorum priuilegiorum Vincentius de Angelica illius Syndicus ordinarius, pet eius, ſubſtitutum, præcedente, vt conſuetum eſt, Iuratorum mandato, ad quos pro debito officij eorum tutela ſpectauit, & ſpectat, omni qua decet reuerentia, eas allegauit tendere contra dict. priuilegia cum omnibus inde ſequutis, & ita de ſuper fuit

Digitized by Google

fuit ab ordine collegij conſultum,& à præfatis Iudicibus reſcriptum S. C. M. eiuſque ſupremo Italiæ conſilio,in cuius auditorio ad præſens, iuxta formam priuilegiorum negotium ipſum eſt introductum.

Et pro fundamento vniuerſali totius intentionis afferuntur duo priuilegia. Quorum alterum eſt Roger. fol. 21. alterum verò Manfred. fol. 24. in quibus vterque Rex concedit vrbi Meſſanæ, vt nunquam fiat mandatum, vel ſcriptura, quæ ſit contra ius ſtatuta, conſtitutiones, mores vel conſuetudinem, & priuilegia ciuitatis, & ſi fieri contingat, nulli exequutioni demandetur, donec per iuſtitiam moderetur. Ex quibus priuilegijs tria capita colliguntur, ex quibus reuerēter conſtat literas præfatas fore, & eſſe contra regia priuilegia Vrbis Meſſanæ. Nempe ſunt contra ius. Sunt contra mores, & conſuetudinem, & tandem ſunt contra expreſſa priuilegia dictæ vrbis.

Deuenio ad primum caput, in quo arbitror pro conſtanti, quod literæ prædictæ vna cum omnibus inde ſequutis ſunt contra ius commune, ex quo in declaratione contra priuilegia, de qua agitur, de iure non requiritur citatio ex quatuor principaliter.

Primò conſidero, quod ſuppoſitum literarum non conuenit rei, de qua tractatur. Nam S.C.M. ſupponit, quod hæc declaratio contra priuilegia, quæ hodie fit per Iudices Straticotiales, ſit ſententia, quæ fertur ſuper proceſſu deſuper cōpilato. Iſtud patet ex eiſdem literis in illis verbis, *Subſtantiar el proceſſo, haſta venir à ſententiarle*, quod ſi ita eſſet, vtique rationabile foret citationem interuenire per ea, quæ allegantur in
12 primo fundamento ex aduerſo. Nam vbi agitur de ſubſtantiando proceſſu, vt in literis ſupponitur, regulariter requiritur citatio, quæ eſt de eius ordine ſubſtantiali. *Bar. in l. prolatam. Cod. de ſent. Socin. in conſ. 12. nu. 5. volum. 1. Deci. in conſ. 528. colum. 2. in fin. Socin. Iun. in conſil. 1. num. 76. & in conſ. 122. num. 34. volum. 4. Bero. in conſil 19. num. 35. & conſ. 65. num. 150. volum. 1. Rol. in conſ. 35. colum. 1. & in conſ. 53. num. 20. & 23. volum. 4.* pariterque vbi fertur ſententia, citatio debet præcedere, *c. nos in quenquam 2. q. 1. c. 1. do cau. poſ. & propr. l. ea quæ C. quo. & quan. iud.* alias tanquam lata contra ſolitum iudiciorum ordinem eſt ipſo iure nulla, *cap. inter quatuor vbi Ioann. Andr. Imol. Abb. & alij de maio. & obed. Bart. in d. l. prolatam. gl. in l. ſi vt proponis la. 1. Cod. quo. & quan. iud. gl. & Canon. & in c. 8. S. M. extra de conſt. Curt. ſen. in conſ. 20. colum. 1. in princ. dub. & in conſ. 21. col. 2. & Bero. in conſ. 146. vol. 3.* Sed veritas eſt, quod hæc declaratio contra priuilegia non eſt ſententia, neque illa ſit ſuper proceſſu, vt inde partis citatione indigeat, ex quo ſequitur quod ſi verba literarum non conueniunt rei, de qua tractatur, nec conuenit earum diſpoſitio. *Bart. in l. 4. §. toties. ff. de dan. infec. l. ita autem in prin. ff. de auct. tuto.*
13 *c. indemnitatibus de elect. in 6. cum concord. traditis per Alex. in conſ. 141. num. 3. volum. 2.* Vnde ſi eius eſſentia inſpicitur, nihil aliud eſt hæc declaratio contra priuilegia, niſi quodam conſilium extra iudicialiter præſtitum DD. Iuratis dictæ vrbis, quod olim à quolibet ſimplici iuris perito præſtabatur, vt patet ex actis contra priuilegia in eulogio præſentatis *fol.* 54. poſtea vero ex priuilegijs Regis Alfonſi conceſſis *anno* 1422. & 1432. *fo.* 30. & 32. præſtatur à Iudicibus Curiæ Straticotialis. Vnde eodem termino conſilij vtitur Ferdinandus Catholicus in præfatis literis *fol.* 41. qui mandat Iudicibus, & collegio Doctorum, vt libere conſulant, an reſcripta ſint contra priuilegia, ſub illis verbis, *non dexenys de verlas, y aconſejar lo que de juſtitia fuere*, ibique Rex approbat ſtatum & conſuetudinem, qua huiuſmodi conſilium præſtatur, ex qua re iuris propoſitio reſultat rem ipſam citatio-
14 nem non indigere. Nempe in præſtatione coſilij, aliqua iuris ſolemnitas non requiritur, nec oprtet conſultorem partes citare, *Aret. poſt Ang. & Imol. in l. 1. §. 1. verſ. quæro an conſultor. ff. de appellat. & poſt Bart. quem allegat in l. Iubemus. C. eod. tit.* quia conſultor non profert ſententiam, quinimo nec interloquitur, *iuxta gl. ſingul. quę allegatur in l. vbi Cod. ad l. corn. de fal. Bar. in l. ſi. colu. ſi. ff. de fer.* & ideo non oportet partes citare, vt poſt alios atteſtatur *Ant. Nicel. in trac. de glo. concord. glo. 52. Fall. 57. num. 30 1. refert, & ſequitur Ant. Gabr. in tract. comm. opin. in tit. de cit. concluſ. 1. in limit. 109. num.* 504. alias daretur perplexitas, ex quo conſilium præſtatur abſque iuriſdictione *Abb. & Canon. in c. decernimus de iudic.* & ſine illa non procedit citatio *l. fin. ff. de iuris omn. indic. Doct. in l. ſi quis ex aliena. ff. de iud. c. cum cauſam vbi. Abb. num. 3. & in c. prudentiam num. 6. de offic. deleg. Vant. de nulli. in tit. de null. ex defect. citat. num. 27. Fede. Schen. in tractat. de in ius vocand. num. 4.* Præterea hæc declaratio non ſit ſuper proceſſu, vt in literis ſupponitur, ſed quodam Eulogium extra iudicialiter

formatur à dominis Iuratis in eorum offi-
cio, quod deinde præſentatur dominis Iu-
dicibus d. Curiæ Straticotialis ad effectum
conſultandi quid eis viſum fuerit in eo, an
reſcriptum, vel quid ſimile, ſit, vel ne con-
tra priuilegia vrbis, prout ex priuilegio,
Alfon. fol. 30. colligitur, & clarius depo-
nunt teſtes ſuper pr. *c. fol.* 166. & ſic forma-
tur eulogium ad meram ipſorum Iudicum
conſultorum informationem, ex quo ſequi-
tur, quod de iure non eſt neceſſaria citatio,
quandoquidem in fortioribus terminis Iu-
15 dex ad ſuam informationem procedens,
non habet partes citare. *Bart. in extra ad re-
primendum in verb. & per edictum Bald. in l.
non dubium. col. 6. verſ. iuxta hoc quæro. C. de
legib. & in l. certum colum. 2. verſ. Item oppono*
C. *vnd. vi Inno. in c. tenor de re iudic. Hyp. in d. l.
de vnoquoque. ff. eodem tit. Milu. in verb. citatio
non requiritur Anton. Gabr.* qui horum memi-
nit, aliaſque congerit auctoritates *in d. 1.
concl. limit. 14. num. 344. conueniunt tradita per
Cyn. in l. 2. verſ. requiritur.* Cod. *quæ ſit ſit long.
conſu.* qui voluit quod iudex, qui procedit
ad ſe informandum de ſtylo curiæ, vel con-
ſuetudine Ciuitatis, poteſt hoc facere abſ-
que partis citatione. *Bart. in l. 3. §. fi. ff. de teſt.
Fel. in c. 2. fal. 12. de teſt. Soc. in tract. de cit. art. 7.
caſ. 10. Dec. in conſ. 447. col. 2. Roc. in c. fi. n. 647.
de conſu. & Rol. in conſ. 44. n. 36. volum. 1.* Et
in propriis terminis ſummopere videtur
mihi ſuffragari, quod voluit *Bald. in l. ſi qua
per calumniam ſub num. 2.* Cod. *de Epiſc. & cle.*
vbi inquit, quod ſi fuerit captus Clericus à
Iudice laico, & clericus petit ſe remitti, &
ſic allegat capturam eſſe contra eius cleri-
cale priuilegium, & ad effectum obtinendi
præſentat clericatus inſtrumentum, quod
tunc non requiritur partis citatio, quia
præſentatio fit ad inſtructionem iudicis ad
effectum declarandi an debeat remitti, vel
ne, & ſic an captura ſit contra priuilegia, à
quo non diſſentit *Venuſ. in prac. in verb. recte
concipiatur citatio nu. 20.*

Secundo conſidero, quod dato, ſed non
conceſſo, in fortioribus terminis, quod hec
declaratio eſſet quædam ſpecies ſententiæ
interlocutoriæ, prout ex vulgari vſu loquē-
di ſic appellatur, vltra conſultationem in
capitulatione habita cum S. C. M. tempo-
re ſeruitij præſtiti in anno 1591. fol. 50. ta-
men adhuc de iure citatio in ea non requi-
16 ritur. Nam ſententia interlocutoria non
indiget partis citatione, *gl. in l. nec quicquam.
§. vbi decretum, vbi Bart. Iaſ. & Doct. ff. de offic.
proco. & in l. recuſare in princ. in verb. poſtule-
tur. ff. ad Trebel. Innoc. in c. quæ relam. de procur.
Fel. in cap. per veſtras colum. 2. de ſent. excomm.*
Milus *in verb. citatio non requiritur ad in-
terloquutoriam ferendam*, quod ſine diffi-
cultate procedit, quando interloquutoria
affert leue præiudicium. *Abb. in c. auditis nu.
6. de procur. Bart. & Iaſ. qui atteſtatur de com-
muni in d. §. vbi decretum num.* 23. pariterque
de communi atteſtatur. *Rui. in conſil. 69. nu.
6. volum. 5. & Soci. in conſil. 10. ſub num. 10.
Volum. 4. quam tenet Angel. & Marſil. in d. l. de
vnoquoque.* Calca. *in conſil. 16. colum. 5. Aym.*
Crau. *in conſil. 179. colum. 3. verſic. 6. reſpon-
deo Aret. in conſil. 75. colum. 3. in fi.* & alij quos
longo numero congerit *Anto. Gabr. vbi ſupr.
num.* 406. Accedit *Vant. de nulli. in tit. qual.
17 ſent. repar. poſſ. num.* 106. quinimo generale
eſt in his, in quibus de leui agitur præiudi-
cio, quæ poſſunt ſine patis citatione expe-
diri, vt atteſtatur *Aym. Crau. in conſil.* 182.
num. 17. quod aperte ſentit *Bart. in l. 3. §. ſi
cauſa. ſub nu. 3. ff. de bono poß.* qui loquitur in
terminis fortioribus de his, quæ cauſæ co-
gnitionem requirunt, quæ tamen ſi graue
præiudicium non afferunt, ſine citatione
fiunt, facit, quod tenet *Bald. in l. ſed ſi hac §.
prætor ait. ff. de in ius vocand.* qui loquitur de
petitione veniæ, in qua requiritur cauſæ
cognitio; & tamen quia leuis eſt præiudi-
cij, abſque partis citatione conceditur *Corn.
in conſi. 46. colum. fin. volum. 6. & Soci. in dict.
conſ. 10. Volum. 4.* In propoſito hæc declara-
tio leuis eſt præiudicii, nempe illius effe-
ctus eſt quædam ſuſpenſio, ſeu ſuperſeſſoria
executionis reſcripti, aut ſimilis rei allega-
tæ contra priuilegia vſque ad ſecundum
mandatum, vt colligitur ex priuilegio.
Martin. fol. 27. in illis verbis *voi douessimo
soprasederi, & scriuirindi*, & clarius ex pri-
uilegijs Alfonſ. altero folio trigeſimo, ibi
*teneantur ſuperſedere in dicta exequutione quo-
uſque per dominum Regem*, altero folio 32.
ibi *ſuperſedeatur in ipſorum exequutione,
quouſque ipſa Regia Maieſtas fuerit conſulta*,
quæ ſuperſeſſoria leuis eſt præiudicij, ex
quo non perimit, ſed dilatat ſeu prorogat
diem exequutionis. *Bart. & Iaſ. in dict. §. vbi
decretum*, qui in propoſito dicunt, quod
prorogatio diei, vel termini dicitur leue
18 præiudicium. Hinc *Bal. in c. 1. de mili. vaß. qui
cōt. fuer. col. 1. in vſib. feud. inquit*, quod inter-
loquutoria, qua iudex moderatur dilatio-
nes augendo, vel minuēdo, poteſt fieri par-
te incitata, & ſic eſt leuis præiudicij & cita-
tione non indiget, *Innoc. in c. ad petitionem de
accu. Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb.*

per

per edictum colum. 2. quod eſſe commune, nec ab eo recedendum atteſtatur *Anto.Nicel.in dict.tract.de gloſ.concord.gloſ.* 52. *Fall.* 1 *num.* 227.

Tertio conſidero in terminis fortioribus quod dato, quod hæc declaratio operaretur ne dum ſuperſeſſoriam exequutionis prout re vera operatur, ſed totaliter reſcriptum ipſum perimeret, & reuocaret, adhuc tamen de iure citatio partis in ea non requiritur, Mouet indubitatum fundamentum, nam eo ipſo, quod agitur de reuocatione reſcripti, vel ſimilis mandati obtenti abſque partis citatione, illud pariter poteſt reuocari, nulla interueniente citatione, ex ratione oppoſitorum, quæ de iure

19 procedit ex vulgar. In terminis allegatur *Bart.in l.quod iuſſit num.* 13.*ff.de re iudic.* qui loquitur de reuocatione interloquutoriæ latæ abſque citatione in terminis ſuperius traditis, quę poteſt reuocari parte incitata. *Anto.Gabr.in dict.* 1 *conclu.in tit. de citat. num.* 409. & cũ ratione, nam indiſſolutione cuiuslibet actus, illa ſolemnitas neceſſaria eſt, quæ in perficiendo actum requiritur. *l.ſi filij.Co.de repud. Doct.in l. ad diſſoluendum.ff.de præd.mino.Bart. in l. Chirographis. ff.de admin. tut.& in l.in fraudem.ff.de milit. teſtam. Bald. in conſ.* 136.*& in conſil.* 388. *volum.* 2. *Alex. qui aliorum meminit in l.omnium.Cod.de teſtam.* quibus accedit *Ant.Nicel. in loc.praci. Fall.* 57.*num.* 305. qui ex ratione prædicta tenet, quod in reuocatione conſilij non requiritur partis citatio, quia illa in præſtatione

20 conſilij non eſt neceſſaria, vt dictum eſt. In propoſito in conceſſione reſcripti non eſt neceſſeria partis citatio, *Abb.in cap.cauſam, quæ de reſcript. Feli. in c.cæterum colum.* 5. *eod. tit.& in c.cum olim de re iud. Bald. in l. fi.colum. fi.C.de fruct.& liti.expenſ.Anto.Nicel.vbi ſup. Fall.*68.*num.*352. quod magis commune eſſe poſt multos, quos allegar, atteſtatur *Anto.Gabr.in loc.præcit.num.*436. ſic & pariter in eius reuocatione non requiritur. Nã hoc ſuadet ratio ſeruandi æqualitatem inter partes, quæ debet in cunctis ſeruari, *l. cum oportet.C.de boniſq.libe. l. cum pater. §.euictis,ff.de leg.* 2.*l.petende.C.de temp.in integ.reſtit.l.fi.C.de fruct.& lit.expenſ.l.fi.C. de cupreſ. lib.* 11.*& c.in iudicijs cum ſimilibus de reg. iur.in* 6.*Soc.Iun.conſ.*4.*colum.*2.*vol.p, Rui.conſ.*133. *colum.p.volum.*2. *Rol. conſ.*51. *num.*8.*volum.*4.*Bec.conſ.*43.*in fin.Vinc. de fran. deciſ.* 23.*nu.*9.*& Pereg.conſ.*93.*num.*21.*volum.p.* conueniunt tradita de cauſa reconuentiali, quæ obſeruandam æqualitatem inter partes habet eadem priuilegia, quibus gaudet conuentionalis, *Bald.in c.p.de reſcrip. gl.in c.accuſatores in verb.in eodem* 3.*q.*8.*Cano,in c.*2.*de mut petio.Mago.deci.lucce.*52.*num.*14. *Scac.de appel.qu.*17.*limit.*7.*ſub num.*23.*Surd.de alim. tit.*8.*priu.*60.*n.*29.*Menoch. de arbit.q.*44.*num.*7.*Myſin.cent.*3.*obſeru.* 4. *num.*3. *Muſcat.in* 3 *par. in gloſ.in verb.actorem num.* 13.*&* 17.*D. Mari.Giurb.optime more ſolito in deciſ.*3.*num.*1. *&* 3.

Quartò, & vltimo conſidero in ſtrictiori termino, quod dato, quod prædicta omnia ceſſarent, & hæc declaratio eſſet actus mere iudicialis, tamen de iure citatio non eſſet neceſſaria, prout ipſamet praſſis indicat. Nempe in declaratione contra priuilegia, duo caſus poſſunt conſiderari. Primus quãdo allegatur aliqua ſcriptura, actus, mandatum, ſeu reſcriptum exequendum. Secundus, quando allegatur aliquid iam de

21 facto exequutum. Primo caſu non eſt partis citatio neceſſaria, quia ipſamet eſt illa, quæ prouocat, & inſtat, pro exequutione reſcripti, ſeu mandati, & præſens eſt in iudicio, ex traditis per *Bart. Bal. & alios in l.* 1. vbi latè. *Iaſ.ff. de in ius vocan.Bal. in authen.ſi omnes C.ſi min.ab hæred.idem Bal.in l.*1.*in ſi.C. quo.& quan.iud.Ang.Imol.Alex. & Marſil.in d.l.de vnoquoque.ff. de re iud. Feli.in c.*2.*in* 13. *limit.de teſtib. Nacti. in clem. ſæpè.§.& quia in gloſ. in verb. Peremptorium de verb ſign.Laur. Calca.in conſ.*16.*colum.*2.*Aym. Crau. in conſil.*4.*circa fi.. Abb.in conſil.* 38.*colum.* 1.*volum.* 1. *Deci.in conſil.*449.*colum.* 2.*verſ. Præterea in* 4.*part.& in conſ.*618.*nu.*4.*in* 5.*par.& Capic. in deci.* 1.*colum.fi.cum concord.* Quinimò ipſamet pars curat dari terminum peremptorium octo dierum iuxta formam priuilegij Regis Ioannis parti allegantide mandato DD.Iuratorum, infra quem curet declarationem fieri facere, qui terminus ipſo iure

22 cenſetur præfiſſus eidem parti, nempe citans, cenſetur de iure abſque aliqua citatione ad eundem actum ſeu terminum citatus. *Socin.in tract.de citat.in* 6.*qu. prin.artic.* 27. *Verſ. Item non omnis titatio*, quod refert, & ſequitur *Ant.Nicel. vbi ſup.in gloſ.prec.* 52. *Fall.*93.*num.* 348. Secundò vero caſu facilius citato ipſa omittitur, nec illa de iure requiritur, quia eo ipſo, quod aliqua ſcriptura, actus, mandatum, ſeu reſcriptum eſt

23 de facto exequutum, non facta pręſentatione, ad effectum cognoſcẽdi, an illud debeat, vel ne exequi, iuxta vrbis notoria priuilegia, ſi deinde habita notitia exequutionis de facto procedentis, fit actus allegationis

contra priuilegia, bene poterit declaratio
contra priuilegia fieri de facto, & exequu-
tio de facto ad priſtinum reduci, tum ex
forma priuilegiorum. Alfonſ. & Nouiſſimi
Phil. II. tum etiam de iure communi, quo
attento, citatione non indigent, quæ de fa-
cto procedunt, *l. 1. §. 1. ff. de ſerui. gloſ. in l. 1. in
verb. infirmabitur. ff. de feri. & in l. minor. in
verb. ſcius. ff. de euic. Bald. in l. fi. Co. de edict. diu.
& in conſil. 135. volum. 1. Bald. & Paul. de
Caſtr. in l. ſi pacto. quo pœnam. Cod. de pact. Ro-
ma. in ſing. 777. Alexan. in conſil. 5. num. 4. vo-
lum. 2. Rebuf. in l. quod iuſſit num. 60. ff. de re
iudi. & Luc. de pen. in l. viros. Cod. de diuerſ. of-
fic. lib. 12.* Itaque ex omni capite de iure
communi hæc declaratio contra priuilegia
fieri poteſt abſque citatione, ſiue illa extra
iudicialiter, ſiue iudicialiter conſideretur,
vt ex præmiſſis patet, licet vere & eſſentia-
liter, vt dictum eſt, ſit actus extraiudicialis
qui fit per modum conſilij ſuper eulogio
extra iudicialiter formato ad ſolam ipſo-
rum conſultorum informationem, iuxta
prædicta, & hæc quoad primum caput.

Quò verò ad ſecundum caput principa-
le dico breniter, ſed reuerenter, quod literæ
prædictæ ſunt contra priuilegia vrbis Meſ-
ſanæ, ex quo tendunt contra illius mores,
& conſuetudinem, quæ in varijs principum
priuilegijs confirmantur, patet ex priuile-
gio Lodou. fol. 26. Ioann. fol. 36. alterius
Ferdin. fol. 39. & felicis memoriæ Carol. V.
fol. 45. cui confirmationi accedit genera-
lis confirmatio Regis Ioan, in cap. Reg. Si-
ciliæ 62. Conſtat itaque ex antiquiſſima, ac
immemorabili conſuetudine huiuſmodi
declarationes fieri abſque partis, ſeu fiſci
citatione, de qua immemorabili plures te-
ſtes deponunt in eulogio fol. 166. & ideò
quatenus literæ S. C. M. mandantes partem
ſeu fiſcum citari in declaratione contra pri-
uilegia ſunt contra talem vrbis conſuetu-
dinem immemorabilem, dicuntur tendere
contra illius priuilegia confirmantes ta-
lem conſuetudinem, nec non mandantes
contra mores & conſuetudinem manda-
24 tum non fieri. Tum quia ipſa priuilegia
ſuperius citata ſunt expreſſa, tum etiam,
quia de iure conſuetudo immemorabilis
obtinet vim priuilegij *l. hoc iure. §. ductus a-
quæ. ff. de aqu. quo textu. c. ſuper quibuſdam. §.
præterea de verb. ſig. Bald. in conſ. 49. volum. 1.
Alex. in conſil. 6. colum. 2. in princ. volum. 1.
& in conſil. 35. colum. 2. volum. 2. & in conſil.
78. num. 3. & 11. volum. 6. Deci. in conſil. 586.
num. 2. Balb. in tract. de præſcript. in 2. part. 5.
part. prin. qu. 6. num. 2. Roland. in conſil. 66. nu.
4. volum. 2.* Hinc eſt, quod conſuetudo, &
priuilegium æquiparantur *gloſ. in c. nouit in
verb. conſuetudini de iud. & in c. cum contingat
de foro comp. Alex. in conſ. 74. num. 8. volum. 4.*
quinimò talis conſuetudo obtinet vim le-
gis, vt ex recentioribns atteſtatur *Maſcard.
in tract. de probat. in concluſ. 429. ſub num. 3. co-
lum. 1.* qui hoc probat ex Vlpiano *in l. 1. §. fi.*
ibi vetuſtatem legis obtinere, & ex Paulo *in
l.* in ſumma, in illis verbis *vetuſtas, quæ ſem-
per pro lege habetur. ff. de aqu. pluu. arcend.*
Pro qua immemorabili, ac vetuſtiſſima con
conſuetudine duo ſunt, quæ conſidero in
fortioribus terminis ad illius confirmatio-
nem.

25 Primò, quod conſuetudo, vel ſtilus de-
rogans ſolennitati citationis valet ſaltem
in his, in quibus de graui non agitur præ-
iudicio, qualis eſt declaratio contra priui-
legia, vt ſupra oſtenſum eſt. *Alexan. in conſil.
65. ante num. 10. Volum. 1. & in conſ. 41. incip.
habita ſuper contentis: column. fin. volum. 2.
Hypp. de Marſil. in d. l. de vnoquoque num. 83.
ff. de re iud. Affli. in deciſ. 391. num. 5.* qui lo-
26 quitur in termino magis ſtricto, in caſu, in
quo de iure eſt neceſſaria citatio, vt in te-
ſtium receptione *l. ſi quando Cod. de teſtib. c.
2. vbi latè Doct. extra eod. tit. glo. 1. in l. ſi iuſiu-
randi. Cod. eod. Bartol. in l. 2. Cod. de tem. appel.
Lanfra. in c. quoniam contra in verb. teſtium de-
poſitiones extra de probat. Gram. in conſ. 27. col.
1. & conſ. 78. colum. 2. in ciuilib.* quæ tamen de
ſtilo, & conſuetudine omitti poteſt, qua-
propter multo magis omittitur in caſu iſto
in quo, & conſuetudo, & ius commune
concurrunt in derogatione citationis, vt
dictum eſt in primo cap. ita quod duo vin-
cula magis ſtringunt *l. cum in adoptiuis. C. de
adopt. §. ſed hodie inſti. eod. cum vulg.*

Secundò eo ipſo, quod vigore priuile-
giorum vrbis Meſſanæ reſcripta, ſeu man-
data Regia, ſeu Viceregia declarantur an
ſint, vel ne contra priuilegia, nec illa ape-
riunt, an ipſa declaratio fieri debeat, præ-
uia citatione, vel ne & vſus, ſeu conſuetudo
immemorabilis ſe habet, quod illa fit abſ-
que citatione, certe attendenda eſt hæc
conſuetudo interpretatiua, quæ eſt optima
legum interpres vulg. iuribus. *Affli. in deciſ.
27 178. num. 3.* ſubſequuta enim obſeruantia
interpretatur priuilegia, & ſtatuta. *Cache.
in deciſ. 136. Menoch. in conſ. 276. num. 19. vo-
lum. 3. Honde. in conſil. 92. num. 28. Volum. 1.*
Vnde docent iura ea non eſſe mutanda,
quæ certam interpretationem habuerunt

l. mi.

ſ. minime. ff. de legib. Deci. in conſil. 538. *num.* 3. omnis enim dubietas ex obſeruantia ſubſequuta tollitur *c. cum dilectus extra de conſuet. Fran. Becc. conſ.* 101. *num.* 49. *volum.* 1. & eſt tanti effectus hæc conſuetudo interpretatiua, quod ex vnico actu inducitur, nec oportet eſſe præſcriptam. *Aym. Cran. in conſ.* 201. *num.* 12. *Menoch. de arbi. Iudi. ca.* 83. *num.* 10. *Apont. in conſil.* 51. *nu.* 28. *&* 29. *Cano. in c.* 1. *de conſt. Alexan. in conſil.* 8. *num.* 7. *Volum.* 6. *Soc. conſ.* 111. *num.* 5. *volum.* 1. *Dec. conſ.* 441. *num.* 13. *Natt. conſil.* 406. *num.* 26. *Camil. Bor. in conſil.* 3. *num.* 16. *Canc. lib.* 3. *reſol. c.* 19. *num.* 74. *Font. de pac. nup. clau. p. num.* 33. *Barz. in deciſ.* 58. *num.* 6. & alij, quos ſciens prætereo.

Quo ad tertium, & vltimum caput principale vnico verbo arbitror literas, de quibus agitur eſſe contra expreſſa priuilegia vrbis, quæ per indirectum violantur, ſi præuia citatione, & cauſæ cognitione adhibita, in declaratione contra priuilegia procederetur, quandoquidem ex priuil. Regis Ioan. fol. 38. eſt præfixa inſtantia octo dierum ad faciendam hanc declarationem, quod eſſe in viridi obſeruantia conſtat ex teſtium depoſitione fol. cum ſeq. & ideo ſi ad præſens hæc declaratio vigore literarum S.C.M. deberet fieri cum cauſæ cognitione, & parte citata, abſque dubio impoſſibile eſſet infra inſtantiam præfixam illam fieri, & ſic oportet fateri per d. literas inſtantiã de neceſſitate prorogari, tanquam neceſſarium antecedens, ex traditis *in l.* 2. *per illum text. de iuriſ. omn. iud. e. l. quidam. ff. de re iud. l. fi. Cod. vbi & apud quos c. cauſa de integ. reſti. &c. præterea cum ſimilis de offic. deleg.* quod eſt contra priuilegium præfatum, quod nec directè, nec per indirectum eſt violandum. *c. quanto & ibi Doct. extra de priuil.* Itaque ex prædictis indubitanter concludo literas, de quibus agitur tendere contra Regia priuilegia vrbis Meſſanæ, & per conſequens non eſſe de mente S. C. M. contra eius fideliſſimam Vrbem. Vrbem quidẽ benemeritam illas exequi, iuxta ſuppoſitum deſuper factum.

28 Qua veritate retenta, non obſtant ea, quæ ex aduerſo allegabantur, quæ ex prædictis non refragari ſatis apertè colligitur.

Primò non obſtat illud, quod ad oſtendendum ipſarum literarum iuſtitiam adducebatur, nam prædicta omnia ſunt de regula, & regulariter procedunt in iudicialibus, quæ debent præuia citatione expediri, alias actus eſt ipſo iure nullus, & ideo pro regula hoc poſuit *Hypp. in d. l. de vnoquoque ff. de re iud. Vant. in tract. de null. in tit. de null. ex defect. citat. in princ. Ant. Nicel. in tract. de concord. gloſ. in* 52. *gl. ante num.* 227. *verſ. faciamus, Venuſ. in prac. in* 6. *par. verſ. Et recte concipiatur citatio in princ. & Ant. Gabr. lib. com. opi. in tit. de citat. concl.* 1. *in princ.* Quæ tamen regula non vendicat ſibi locum in caſu de quo agitur, in quo, vt dictum eſt, extra iudicialiter proceditur per modum conſilij ſuper eulogio extra iudicialier formato ad ſolam ipſorum conſultorum informationem, vnde procedi poteſt abſque citatione, tum ex ratione prædicta, tum etiam ex alijs ſuperius adductis *in prin. cap. princ.* Quæ deſuper in iure conſiderata in tribus capitibus ſuperius expreſſis, oſtendunt caſum, de quo agitur, à regula declinare, & ideo non eſt ſtandum regulæ, quandò de iure in caſu occurrenti probatur contrariũ vt ſentit *Bald. in c.* 1. *extra de alien. iudic. mut. cau. fac.* qui voluit, quod habens regulam 26 pro ſe, dicitur habere intentionem fundatam, donec contrarium probetur, *gl. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Dec. in conſ.* 142. *ſub num.* 4. *Maſcard. qui horum meminit in tract. de prob. concl.* 75. *n.* 3. *vol.* 1.

30 Secundo non obſtat, quod non valet priuilegium tollens partis citationem, per ea quæ adducebantur, nam dato, quod illud eſſet ſimpliciter verum, tamen procedit in terminis regulæ prædictæ. Nempe vbi ſecundum regulam iuris procedendum eſt parte citata, vtique illa omitti non poteſt, etiam auctoritate priuilegij, ex quo procedit ratio prædicta, quia citatio eſt de iure naturali, nec à principe tolli poteſt, per ea, quæ allegabantur, quæ regularia ſunt, & multas patiuntur limitationes, vt patet ex traditis per *Anto. Gabr. vbi ſupr. num.* 13. *cum plurib. ſeqq.* Sed in caſu, de quo quæritur, regula ipſa non militat, nam, vt oſtenſum eſt, ſecundum terminos iuris communis, hæc declaratio contra priuilegia, fieri poteſt abſque partis citatione, quod ius commune facit priuilegium in vrbe Meſſanæ ex priuilegijs Rogerij & Manfr. deſuper citatis, & ideo ceſſat ratio generalis regulæ, vbi ſpecialis ratio militat in contrarium, quia generi per ſpeciem derogatur *c. generi de reg. iur. in* 6. *Bart. in l. quæſitum. §. fi. ff. fund. inſtr. And. in c.* 1. *num.* 5. *qui ſucceſ. tent. Affl. in deciſ.* 42. *num.* 2. *cum concord.*

Tertio, & vltimo non obſtat abſoluta S. C.M. voluntas ex vltimis verbis literarum recollecta, per quam videtur reuocare omnia priuilegia, ſi quæ habet ſuper hoc

Meſſana, quod facere poſſe, videtur conſtare ex ſuperius allegatis. Quod dupliciter tollitur.

31 Primo dato, ſed non conceſſo, quod S.C.M. per illa verba, *que tal es mi voluntad*, ſentiat de volũtate abſoluta, tamen illa, omni qua decet reuerentia loquendo, nihil poteſt operari in præiudicium priuilegiorum Meſſanæ ex duobus. Primo quia princeps in vrbe Meſſanæ non vtitur poteſtate abſoluta, ſed legibus ordinata, ex priuileg. Roger. fol. 21. Secundo quia priuilegia vrbis Meſſanæ, non ſunt ſimpliciter gratiæ, quæ poſſunt pro libito voluntatis reuocari, iuxta ſuperius allegata, licet de honeſtate princeps facere non debet, vt oſtendit *Roland. in conſil. 13. num. 52, volum. 3.* ſed illa ſunt ex cauſa meritorum, & propter ſeruitia præſtita obtenta, nec illa poteſt princeps reuocare, etiam de abſoluta poteſtate, vt tenet idem *Bald. in dict. l. qui ſe patris in d. verſ. hoc ſcias*, qui ait, qud licet in principe ſit ſpeciale, vt poſſit ſine cauſa eius priuilegium reuocare, hoc tamen locum non habet, ſi prætextu conceſſionis, princeps aliquam dationem, vel factum eſt lucratus, quia tunc illud reuocare non poteſt, quia tranſit in vim contractus, quod tenet *Iaſ. in conſ. 56. num. 2. volum. 1. Laur. Calc. in conſ. 51. colum. pen. Gozad. in dict. conſil. 5. num. 11. Roland. in dict. conſil. 66. colum. pen. volum. 2. & in dict. conſ. 13. ſub num. 20. & ſeq. & num. 32. & in conſil. 26. num. 35. volum. 3. Foll. qui ita diſtinguit in pract. Cenſua. in verb. & ſummiſſionis cuique foro num. 37.* Cephal. qui aliorum congerit auctoritates *in conſ. 549. num. 86. & ſequ. volum. 4. Rodol. de abſol. princ. poteſt. cap. 6. num. 193. Moder. in repet. l. ſi. cap. 9. num. 1. & 6. ff. de conſt. prin.* Talia enim priuilegia tranſeunt in vim contractus, vt ſupra dictum eſt, & propterea nec de plenitudine poteſtatis poteſt princeps eius contractum infringere. *Cari. in dict. c. 1.* vbi latè dixi extra *de proba. Gramm. in deciſ. 65. num. 27. Soci. in conſil. 86. num. 14. & volum. 4. Ceph. qui atteſtatur de communi in dict. conſi. 549. num. 46. Peregr. in tract. de iure fiſc. lib. 1. tit. 2. num. 44. cum concord. traditis à Rodol. vbi ſup. num. 170.* Et hæc vera non ſolum in principe concedente, ſed etiam in ſucceſſore, vt probaui poſt alios *in dict. cap. 1.* & tenet *Burſ. in dict. conſil. 160. ſub num. 36. volum. 2. Foll. in dict. eius pract. cenſu. in loco præcit. Aym. Grau. in conſil. 241. ſub num. 17. Menoch. in conſil. 1. nu. 228. volum. 1. & in conſi. 264. num. 15. & 17. volum. 3. Surd. in deciſ. 326. Soci. Iun. in conſil. 60. num. 18. volum. 3. Bero in conſil. 65. num. 4. volum. 1. Roland. in conſil. 13. preci. num. 36. volum. 3. Rodol. vbi ſupr. num. 195. & D. Tap.* qui alios citat *in dict. l. ſi. cap. 9. num. 11.*

23 Secundo negando, quod S. C. M. in literis prædictis vtatur poteſtate abſoluta ex duobus. Primo quia vbi non conſtat, non præſumitur in dubio, quod princeps vti velit poteſtate abſoluta, ſed potius legibus ordinata, vt inquit *Innoc. in cap. innotuit ſub num. 5. de elect. & in cap. innouamus num. 1. in fi. de cenſib. Bald. in l. ſi teſtamentum num. 1. & ibi Paul. Caſtr. num. 2. Cod. de teſtam. milit. Alex. in l. Centurio num. 30. ff. de vulg. & pupi. ſubſt. Roland. in conſil. 86. num. 58. volum. 1. Rimi. ſeni. in conſil. 39. num. 10. Bero. in cap. quæ Eccleſiarum num. 135. de conſtit.* in tantum, quod vbi euidenter non conſtat, quod ea princeps vti velit, præſumitur circumuentus, vt teſtatur *Aym. Grau. in tract. de antiqui. tempo. in 1. par. ſeſſ. 1. num. 34. verſ. aduertendum tamen eſt. Menoch.* qui alios congerit *in tract. de præſumpt. lib. 2. præſum. 12. num. 1. accedit Rodol. in tract. de abſol. prin. poteſt. cap. 3. num. 1.* Vnde illa verba, *que tal es mi voluntad*, debent intelligi de voluntate ordinata, nõ abſoluta, pro qua re facit, qui talis præſumitur voluntas principis, qualis de iure eſſe debet. *Bald. in l. ex facto, ff. de vulg. & pupil. ſubſt. Roland. in conſ. 23. num. 48. & in conſ. 72. n. 74. & ſeq. vol. 3.* Secundo, quia contrarium ex eiſdem literis apertè colligitur, ex quibus conſtat C. M. domini noſtri ſecundum ius, & iuſtitiam ſcribere. Nempe ſupponens in proemio, quod in declaratione contra priuilegia ſubſtantiatur proceſſus, & fertur ſententia abſque citatione, & quod citatio eſt de iure naturali, nec tolli poteſt, ideò mandat illam fieri, præuia citatione, & propterea quatenus in fine S.C.M. inquit velle ſeruari; quia talis eſt eius voluntas, illa verba in fine poſita recipiunt interpretationem à præcedentibus, quæ ſummopere influunt ad declaratiouem ſequentium *l. ſi ſeruus plurium. §. fin.* & *l. qui filiabus. ff. de leg. 1. gloſ. & Bart. in l. quiſquis. ff. de l. 3. Roland. in conſil. 66. num. 44. Volu. 1.* & ſic talis eſt eius

33 voluntas, non abſolutè, ſed propter rationes præmiſſas, quæ ſunt in cauſa, vt talis ſit voluntas Regis, vnde cauſa potius verborum eſt inſpicienda, quam ipſa verba *glo. in l. ſine venditione. ff. com. prædi. Pariſ. in conſ. 78. num. 19. & in conſil. 85. num. 33. volum. 3. Socin. Iun. in conſil. 129. num. 34. volum. 3. Crau. in conſ. 32. num. 21. colum. 1. & Roland. in conſ. 81. nu. 21. vol. 4.* Conſtat enim ex proemio

ipſarum

Digitized by Google

34 ipſarum literarum de mente Regis ſic ſcribentis, quia illud mentem loquentis, & finem diſpoſitionis oſtendit *l. fi. & ibi Bart. ff. de hæred. inſtit. l. cum hi in princ. & ibi Bart. ff. de tranſact. Alex.* qui alios congerit *in conſ. 7. nu. 3. volum. 1.* Accedunt *Crau. in conſ. 192. nu. 21. Port. in conſil. 36. num. 36. & Rolan. in conſil. 44. num. 9. volum. 4.* Itaque verba illa, *que tal es mi voluntad*, licet generalia reſtringuntur tamen ſecundum rationem præmiſſam in principio literarum eis anneſſam quia ratio reſtringit dictum generale ad
45 caſum, in quo ipſa ratio conuenit *l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. l. hæc actio vbi not. Bart. ff. de calum. gloſ. in l. 1. §. hoc interdictum in verb. Niſi. ff. de font. Tind. in tract. de teſt. lib. 1. cap. 5. num. 8. Verſil. in addit. ad Affli. in deciſ. 106. num. 6. Socin. Iun. in conſil. 167. num. 5. & 12. volum. 3. & Peregr. in tract. de fideicomm. artic. 12. num. 22.* & propterea quatenus ratio literarum non militat, nec conuenit declarationi contra priuilegia, de qua agitur, in qua, vt oſtenſum eſt, non fit proceſſus, neque fertur ſententia, ſed conſilium præſtatur ſuper Eulogio ad informationem conſultorum extraiudicialiter formato, quo caſu ex hac, & alijs rationibus adductis, citatio non requiritur, pariter non militat, nec conuenit mandatum S.C.M. ſuper eadem ratione firmatum. Ceſſat enim ratio & per conſequens ceſſat ius in ratione fundatum *l. milites. Cod. de milit. teſtam. §. illis autem Inſti. eodem, & cap. cum ceſſante cum ſimil. extra de appel.* Vnde ex præmiſſis concludo literas prædictas non ſolum eſſe contra priuilegia vrbis Meſſanæ, ſed quod plus eſt, nõ conuenire rei, de qua agitur, & per conſequens non eſſe de M.S.C. illas exequi, & propterea recte fuit prouiſum, ac conſultum per Iudices Curiæ Straticotialis eſſe ſcribendum S.C.M. & quod interim omnia ad priſtinum reducantur. Cætera ſuppleat ſupremi Ordinis Italiæ eminens doctrina, cuius religioni, ac grauiſſimo iudicio hæc, & omnia mea ſubmitto. Dat. Madr. die 25. Ian. 1609.

Ita iuris eſſe ſentio,

Octauius Gloritius Iuriſconſultus Tropienſis.

Addimus præmiſſis in hac Itala impreſſione, quod D. Marius Giurba acutiſſimus Iuriſconſultus, ac cauſarum patronus oculatiſſimus, concurrens poſt hæc ſcripta in hanc ſententiã, fundamenta noſtra in præmiſſo iuris reſpõſo adducta, coaceruatis ex more alijs Doctor. auctoritatibus confirmat, in conſil. ſuo 39. num. 53. & infra vſq; ad fin. quod nunc ſtat vna cum alijs ſub prelo, dum typis Italicis hoc noſtrum Iuris reſponſum iterum traditur in hoc anno. 1623.

RESPONSVM TERTIVM

SVMMARIVM.

1 *Merum, & mixtum imperium ei competit, cui ab habente poteſtatem fuit conceſſum.*

Fons omnium iuriſdictionum eſt penes principem, ibid.

2 *Merum, & mixtum imperium, an veniat in conceſſione iuriſdictionis.*

3 *Poſſeſſio ſubſeqnens præſumitur ex titulo præambulo,*

Iuriſdictionis exercitium, declarat priuilegia, ibidem.

Idem de obſeruantia ſubſequuta, ibid.

4 *Iuriſdictio in officium, in dubio præſumitur cumulatiuè conceſſa.*

Quid ſi cum clauſula, tu ſolus, & nemo alius, ibidem.

5 *Territorium probatur per teſtes,*

6 *Confeſſio eſt potentior probatio omni probatione.*

7 *Principi creditur aſſerenti aliquid ſibi narratum ab impetrante.*

8 *Exercitium iuriſdictionis in loco, probat locum eſſe de territorio.*

9 *Iuriſdictio ineſt toto territorio, ſicut nebula in tota palude.*

10 *Villa poſita in comitatu alicuius ciuitatis præſumitur illi ciuitati ſubiecta,*

Locus illius iuriſdictionis eſſe præſumitur, cui magis adiacet, ibid.

11 *Princeps non intendit auferre ius alterius.*

12 *Actus præſumitur geſtus in executionem tractatus præcedentis.*

13 *Priuilegia ex cauſa meritorum, transeunt in vim contractus, nec reuocantur ſine cauſa, etiam de poteſtate abſoluta.*

Meſſana habet priuilegium, ne Rex vtatur in ea poteſtate abſoluta, ibid.

14 *Iuriſdictio in terra Baronis poteſt eſſe penes alium.*

Caſtrum poteſt eſſe penes vnum, & iuriſdictio penes alium, ibid.

Iuriſdictio in eodem loco poteſt eſſe penes duos inſolidum, & etiam ciuilis penes vnum, & criminalis penes alium, ibid.

15 *Subreptio in gratiis, vitiat ipſo iure*

16 *Falſi expreſſio, quæ eſt cauſa gratiæ, vel illam facilitat, reddit gratiam ſubreptitiam.*

17 *Honor præ cæteris rebus diligitur, & vita præfertur.*

18 *Veriſimile quod eſt, attenditur.*

19 *Iuriſdictionis conceſſio intelligitur de ea, quæ eſt penes concedentem.*

Caſtrum ſi conceditur cum iuriſdictione, & illud ſubeſt iuriſdictioni alterius loci, quid tunc dicitur conceſſum, ibid.

20 *Villa poſita in territorio ciuitatis, & illius iuriſdictioni ſubiecta, an, & quando poſſit alteri concedi.*

21 *Sententia alteri non citato, non nocet, quia res eſt inter alios acta.*

Citandus eſt, qui prætendit principaliter intereſſe, ibidem.

22 *Sententia eſt ſtricti iuris.*

Diuiſio iuriſdictionis non importat diuiſionem territorii, quia eſt præiudicialis, & non præſumitur. ibid.

23 *Spoliatus eſt ante omnia reſtituendus, etiamſi opponatur primum ſpolium, ſed vide num. 38. & num. 39.*

24 *Poſſeſſio, & poſſeſſionis priuatio, ſunt neceſſaria interdicto recuperandi.*

25 *Quaſi poſſeſſio iuriſdictionis probatur per exercitium actorum iuriſdictionalium.*

36 *Acta publica faciunt rem notoriam.*

Banna probant iuriſdictionis adminiſtrationem, ibid.

Furcarum erectio probat iuriſdictionis exercitium ibidem.

27 *Quaſi poſſeſſio incorporalium non acquiritur niſi ſciente, & patiente eo, de cuius agitur præiudicio.*

28 *Quaſi poſſeſſio non acquiritur ex actis clandeſtinis,*

Poſſeſſio iunior præſumitur clandeſtina, & antiquior præualet, ibid.

29 *Poſſeſſio detinetur animo, illaque poteſt continuari, etiamſi naturalis ſit ab alio occupata.*

30 *Quaſi poſſeſſio iuriſdictionis amittitur, ex eo, quod volens illa vti, prohibetur.*

31 Ne-

31 *Negatiua coarctata ad certam ſcripturam eſt probabilis,*

32 *Poſſeſſio an per lapſum decennij amittatur. Quid de priuilegio, ibid,*

33 *Decennij lapſus non eſt cauſa immediata amittendi poſſeſſionem, ſed obliuio. Obliuio non facile cadit in arduis, ibid.*

34 *Animus ex factis, & verbis arguitur.*

35 *Quaſi poſſeſſio iuriſdictionis retinetur in omnibus locis iuriſdictionis, licet quis illam exercet in aliquo ex locis iuriſdictionis.*

36 *Meßana habet priuilegium, vt ſi quid exequitur contra eius priuilegia, ad priſtinũ reducatur.*

37 *Poßeſſio notoriè iniuſta, poteſt auferri abſque citatione.*

38 *In continenti aliquid fieri, quando dicitur.*

39 *Proprietatis titulus an obſtet ſpoliato, maximè ſi agẽs poſſeſſorio, deducit titulũ proprietatis.*

40. *Principis ſenatus in terminandis controuerſiis, non incedit per ambages iuris. Proprietatis, & poſſeſſionis merita, debent ſimul & ſemel diffiniri in ſenatu principis, ibid.*

41 *Senatus ſupremus rerum Italiæ, vltra strictam iuris rationem ex tribus debet moueri in hac facti ſpecie, pro Vrbe Meſſana. Vaſſallũ venditi, quo iure offerendo pretiũ poſſunt ad Demanium admitti, ibid. remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

Merum, & mixtum imperium, quo iure alicui poteſt competere, etiam abdicatiuè. & an illud poſſit eſſe penes vnum, & ſimplex iuriſdictio penes alium. Quibus medijs probatur tum territorium, tum etiam iuriſdictio in territorio. Et an, & quando Princeps poſſit ſeparare Caſtrum à Caſtro, vel concedere iuriſdictionem loci alicui ciuitati ſubiecti. Et an, & quando ſpoliatus iuriſdictione debet reintegrari. An, & quando per lapſum temporis poſſeſſio, ſeu quaſi iuriſdictionis amittatur.

EXVRGE Virgo mater, exurge inquam, & quod proprio Chirographo deuotiſſimæ Vrbi Meſſanæ promiſiſti, præſta patrocinium in cauſa, quæ hodie pendet in hoc ſupremo Italiæ Senatu inter Vrbem tuam ex vna, & don Federicum Spatafora ex altera ſuper mero, & mixto Imperio Caſalium Venetici, vendito à Regia Curia eidem D. Federico die 14. Auguſti 1603. contra priuilegia Meſſanæ, prout fuit declaratum cum omnibus inde ſequutis per Straticotiales iudices die 3. Nouembris 1605. In qua re licet ab alijs (non ſpernendæ auctoritatis) fuerit in iure allegatum, tamen, vt expectationi illius à me Vrbis amatiſſimæ, & legationi meæ ad hanc ſupremam Regalem Curiam, ſatisfaciam, hæc, quæ merita cauſæ attingunt, in medium afferam, ex quibus clare patebit Vrbem, ius, & iuſtitiam fouere, ne dum in proprietate, ſed etiam in quaſi poſſeſſione, ita quod partes Supremi Senatus ſunt in confirmando declaratoriam prædictam, & in conſeruando Vrbem, & illius magiſtratum in poſſeſſione, ſeu quaſi meri, & mixti imperij, in qua legitime reperiuntur.

Viſo itaque Eulogio & ſcripturis vtriuſque partis, vt iuxta morem ordinate procedam, duo Capita conſtituo. Primum erit, quod merum & miſtum Imperium, de quo tractatur, pertinet ad Vrbem, & Magiſtratum Meſſanæ, & ideo non potuit Regia Curia illud vẽdere, nec don Federicus emere contra priuilegia illius Vrbis, ex quo iuſtificabitur declaratoria iudicum Straticotialium, & patebit vrbem ipſam, & Magiſtratum in proprietate viuas rationes habere. Secundum caput erit, quod Meſſana illiuſque Magiſtratus legitime reperiuntur in poſſeſſione, ſeu quaſi d. meri & mixti imperij, & in ea per Supremum Italiæ Senatum debent conſeruari, ex qua re iuſtificabitur illa reductio ad priſtinum poſt declarationem contra priuilegia factam, & oſtendetur in meritis poſſeſſorij (in quo pars ex aduerſo, vt video, facit magnum feſtum) iura pro hac parte ſuffragari.

1 Deuenio ad primum Caput, in quo affirmatiuè dico merum, & mixtum imperium, de quo agitur, fuiſſe, & eſſe Vrbis Meſſanæ, & illius Magiſtratus. Mouet vnicum fundamentum. Nempe explorati iuris eſt, illius eſſe merum & mixtum imperium, cui ab habente poteſtatem concedendi, fuerit conceſſum, *gloſ. in l. 1. in verb. dare poteſt. ff. de tutor. & curator. dat ab his. & in §. agi in verb. iuriſdictione in fin. in authen. de deſe. ciuit. Doct. communiter in l. 1. ff. de offic. eius.* ſed Meſſanæ, & illius Magiſtratui illud fuit conceſſum à varijs Principibus, qui poterant illud concedere, quia apud principem eſt fons

omnium

omnium iuriſdictionum, à quo fluunt, &
refluunt, *Bald. in cap. 1. §. ad hæc num. 11. de
pac. iur. firm. Curt. iun. in* 95. 157. *num.* 12. *Pa-
riſ. in* 95. *p. n.* 12. *vol.* 2. *Bru. inter conſ. feu. in* 95
54. *num.* 6. *Pet. de Greg. de conc. feud. in* 2. *part.
quæſt.* 2. *num.* 13. *& in* 7. *p. qu.* 2. *nu.* 17. *Gram.
in deciſ.* 46. *num.* 1. *& vot.* 28. *num.* 12. *Capi. in
deciſ.* 9. *num.* 15. *Vinc. de Fran. in deciſ.* 517. *nu.*
2. *Lana. in conſil.* 52. *num.* 4. *Apon. in deciſ.* 2.
num. 6. *Camil. de Cur. in* 1. *par. diuerſ. Iur. feu.
in verb. poteſt nu.* 4. *& Maſtri. de magi. libr.* 5. *c.*
6. *num.* 140. ergo illius Vrbis, ac Magiſtra-
tus, eſt merum, & mixtum imperium, de
quo tractatur.

Medium iſtius fundamenti eſt verum, &
notorium, & pro hac veritate indaganda
ſuppono, quod Meſſana ex antiquiſſimis
priuilegijs auro, & ſanguine obtentis, ha-
bet certum diſtrictum, in quo ſunt diuerſæ
terræ, Caſalia, oppida, & alia loca tam de-
manialia, quam baronalia, in quibus exer-
cetur iuriſdictio cum mero, & mixto impe
rio per Regium Straticotum Meſſanæ. I-
ſtud patet per priuilegium R. Impe. Appio
Claudio, & Quinto Fabio conſulibus anno
482. poſt Vrbem conditam, in quo conce-
ditur poſſe Meſſanam poteſtate Romana
vti, à Leontino vſque ad Pactas in eulog.
fol. 82. à ter. & in eulog. ciu. 137. Cui rei
confirmatio Imperatoris Archadij anno
Domini 407. cũ latiori termino iuriſdicti-
onis acceſſit in eul. fol. 86. & in ciu. fo. 138.
pp ꝙ Rog. ann. 1129. in eul. f. 86. & in ciu.
fol. 140. clarius conceſſit, vt Curia Strati-
cotialis præſit omnibus ciuitatibus, terris,
& locis à Leontino vſque ad pactas, & poſt
eum Manfredus anno 1273. fol. 92. & in
ciu. 151. atteſtatur Straticotum eſſe iuſti-
tiarium confinium Meſſanæ in omnibus ter
ris, & locis, tam demanialibus, quam baro-
nalibus. Pariter Rex Federicus 3. anno
1302. in priuilegio confirmato per Regem
& Reginam, Martinum & Mariam anno
1396. fol. 90. & in ciu. fol. 152. voluit om-
nia loco districtus Meſſanæ eſſe iuriſdictio-
nis officij Straticoti in perpetuum.

2 Ex quibus priuilegijs à Principe conceſ-
ſis merum, & mixtum imperium in locis
diſtrictualibus pertinet ad magiſtratum
Meſſanæ, & ſi in eis non ſit expreſſe facta
mentio de eo, ſed tantum de iuriſdictione,
ſi credimus *Dec. in l. imperium colum.* 5. *num.*
26. *& ibid. Purpu. num.* 65. *ff. de iurid. omn. iud.
& in cap. licet cauſam colum.* 1. *de probat. qui
allegat Old. in* 95. 252. quæ ſane opinio eſt
magis communis, vt Iaſ. fatetur *in dict. l.
imperium*, & teſtantur alij citati à *Roland. in
conſil.* 42. *ſub num.* 20. *volumin.* 2. *quam tenet
Abb. Fel. & Alci. in cap. quod ſedes, de offi. or-
din. Bald. in l. fin. num.* 6. *& ibid. Iaſ. num.* 9. *ff. de
conſtitut. princ. Pariſ. conſ.* 8. *colum.* 1. *& conſil.*
9. *num.* 14. *volum.* 1. *Conar. pract. quæ cap.* 1.
num. 10. *verſ. primum*, & alij, quos citat Ro-
lan. qui hanc ſententiam tuetur *in dict. conſ.*
42. *& in conſil.* 48. *num.* 27. *eod. volum. Peregr.
de iur. fiſc. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 88.

Sed omnis ceſſat difficultas, quæ poſſet
ex intellectu priuilegiorum attentari ex
duobus.

Primo, quia Straticotus ſemper exercuit
merum, & mixtum imperium in diſtrictu,
patet ex actis celebratis in viſita *fol.* 118.
3 *vſque ad folium* 138. quod factum cenſetur
authoritate priuilegiorum, quia poſſeſſio
ſubſequens præſumitur ex tit. præambulo
*gloſ. & Doct. in l. quædam mulier ff. de reiuend. ex
l.* 1. *§.* 1. *ff. de except. re iudic. Soc. in* 95. 15. *colu.
fin. volum.* 4. *Roland. in* 95. 9. *num.* 29. *volu.* 3.
quod locum habet etiam in incorporali-
bus *l. ſi à te vbi Bal. ff. ſi ſer. ven. Alciat. de præſ.
reg.* 2. *præſ.* 23. vnde ex tali exercitio inde
ſequuto, priuilegia prædicta declarantur
frec. de ſubfeud. in 2. *lib. auctor.* 46. *n.* 11. *Vinc. de
Franc. in deciſ.* 56. *num.* 6. ſubſequuta enim
obſeruantia declarat priuilegia *l. ſi prius. §.
placuit. ff. de aqu. pluu. arcend. not. gloſſ. in c.* 1.
*in verb. adepta in fi. quæ ſit in veſt. cui ſtandum
eſſe notant omnes in cap.* 1. *vbi de hoc plene dixi,
& ſcripſi de conſtit. accedit Roman. in* 95. 89.
num. 8. *Franc. deciſ.* 22. *num.* 5. *D. Apon. in* 95.
51. *num* 28. *cum concord.*

Secundo, quia expreſſum eſt priuilegiũ
Regis, & Reginæ Ludouici & Ioannæ in eu-
log. ciuil. fol. 145. & 147. in quo confirman-
tur priuilegia diſtrictus cum iuriſdictione
mero & mixto imperio, & ſic ſumus in cla-
ris, nec opus eſt coniecturis, *l. ille aut ille. §.
cum in verbis. ff. de legat.* 3. *l. continuus. §. cum
ita, cum ſimil. ff. de verbor. oblig.* & ideo Rex
Catholicus ad inſtantiam Vrbis mandauit
Straticoto, vt ſaltem ſemel in anno viſitet
loca diſtrictualia, ne delicta remaneant im-
punita, in eulog. fol. 99. & in ciuil. fol. 160.
quod tandem fuit prouiſum per Regiam
pragmaticam, de qua in eul. ciu. fol. 140.

4 Et ex prædictis conſtat, hanc iuriſdictio-
nem eſſe conceſſam priuatiuè, licet in du-
bio iuriſdictio in officium cenſetur cumu-
latiuè conceſſa, vt per multa probat *Felin.
poſt alios in cap. paſtoralis. de offic. ord. cuius me-
minit Alb. Bru. in conſ.* 74. *num.* 4. *Ann. in ſing.*
631. *& in allegat.* 52. *num.* 53. *Lodou. in tract.*

comm.

tomm. opin. concluſ. 20. *Roman. in conſil.* 393.
Gramm. in dict. vot. 28. *numer.* 6. *Roland. in*
conſil. 48. *num.* 25. *volum.* 2. *Aroſent. de feud. c.*
5. *concluſ.* 5. *in princ. & Gratia, diſcep. fore. cap.*
270. *num.* 13. vnde ipſe, & non alius eſt iuſti-
tiarius in diſtrictu, vt atteſtatur Rex Manf.
in dict. priuileg. fol. 92. per quæ verba cen-
ſetur iuriſdictio priuatiue conceſſa, *Gram.*
in deci. 30. *Capib. de auth. Baron. in prag.* 8. *in* 1.
part. num. 224. & ideo cum alias de facto fu-
iſſent alij conſtituti iuſtitiarij in diſtrictu
(reclamante Vrbe Meſſanæ) Rex Alfonſus
annullauit eorum commiſſiones, proſecu-
tiones, & alia acta, in eulog. fol. 93. à terg.
& in ciuil. fol. 153. à ter. & ita pluries (alijs
attentantibus in diſtrictu iuriſdictione vti)
ciuitas allegauit contra priuilegia, & ita
fuit declaratum, & omnia ad priſtinum re-
ducta in eulog. fol. 211. 212. & 213. Et ſic
in dubium reuocari non poteſt, Vrbem, il-
liuſque Magiſtratum habere merum &
mixtum imperium in diſtrictu.

Ex quo inferendo ad rem, conſtat etiam
illud habere in Caſalibus Venetici, vti in
diſtrictu poſitis. Nam quod illa ſint diſtri-
ctualia, patet ex tribus. Primo ex teſtibus
deponentibus ſuper 1. artic. fol. 139. cum
ſequ. & fol. 174. cum ſequ. qui deponunt,
dicta caſalia eſſe diſtrictualia Meſſanæ, il-
liuſque habitatores vocari, vt diſtrictuales
ab Vrbe Meſſanæ in belli occurrenti neceſ-
5 ſitate, iuxta priuilegium Regis Roger. fol.
86. deponunt teſtes, fol. 170. cum ſeq. quo-
rum depoſitio ſufficit; quia territorium, &
confines probantur per teſtes, *cap. cum cau-*
ſam, de probation. l. in ſumma. §. item Labeo. vbi
gloſ. & Bart. ff. de aqu. pluu. arcend. Bald. in conſ.
420. *num.* 1. *volum.* 1. *& in conſil.* 286. *volum.*
2. *Soci. in conſ.* 89. *colum.* 1. *volum.* 1. *quibus ac-*
cedit Maſcard. qui alios citat concl. 395. Secun-
do ex priuilegio imperatoris Caroli V. licet
ſubreptitiè obtento ſuper iuriſdictione ci-
uili dictorum caſalium à Franciſco Spata-
fora patre don Federici, de quo in eulog.
fol. 195. & in contra eulog. partis. fol. 255.
in quo aſſeruit d. de Spatafora pater tenere
dicta feuda ſeu caſalia in diſtrictu Meſſanæ,
vnde non poteſt ab aduerſario inficiari: tum
quia eodem vtitur priuilegio, ex reg. quod
6 ſemel. cum conc. de reg. iur. in 6. tum quia
ex confeſſione ſua reſultat probatio, quæ
eſt potentior omni ſpecie probationis. *l. fin.*
Cod. de fideicom. l. generaliter. Cod. de non numer.
pecu. Grau. in conſil. 61. *num.* 3. *& in conſil.* 171.
num. 4. *Gramm. in deciſ.* 36. *num.* 66. *Menoch. de*
recup. remed. 1. *num.* 188. *cum ſeqq. Maſcar. qu.*
7 7. *num.* 4. *in* 1. *volum.* Tum etiam, quia con-
uincitur ex aſſertione Principis, cui credi-
tur, ſi aſſerit, aliquid ſibi ab impetrante fu-
iſſe narratum; ex *Clem.* 1. *de prob. Fede. de Sen.*
in indiuiduo in conſil. 117. *quem refert, & ſequi-*
tur Maſcard. concluſ. 1228. *num.* 39. Tertio, &
vltimo, conſtat ex poſſeſſione, ſeu quaſi cau
ſata ab exercitio iſtius iuriſdictionis, habi-
to in dictis caſalibus, vt patet ex actis iuriſ-
dictionalibus celebratis in diſcurſu viſitæ
fol. 118. cum ſeq. etiam ad proſecutionem
d. de Spatafora, fol. 123. quod probat hæc
8 loca eſſe diſtrictualia, nam exercitium iu-
riſdictionis criminalis in loco, probat lo-
cum eſſe de territorio. *Bald. in l. data opera*
num. 43. *Cod. qui accuſ. non poſſ. quem ad hoc al-*
legat Brun. in conſ. 34. *num.* 16. *D. Apont. in con-*
ſil. 51. *num.* 4. *&* 30. Præſumitur enim locus
illius eſſe, ratione exercitij iuriſdictionis,
qui iuriſdictionem exercet, *Abb. in conſil.* 62.
num. 18. *volum.* 2. *Maſcard. in dict. concluſ.* 395.
num. 33.

Itaque poſito, quod iſta caſalia ſint di-
ſtrictualia, conſequens procedit, quod me-
rum & mixtum imperium ſpectat ad Magi-
ſtratum Meſſanæ, quod oſtenditur ex tri-
bus. Primo vigore priuilegiorum conce-
dentium, iuriſdictionem cum mero & mix-
to imperio in diſtrictu, ex qua conceſſione
probari illam iuriſdictionem inquit *Maſc.*
in concluſ. 1052. *in princ. ex glo. in dict. l.* 1. *cum*
concor. ff. de tutor. & cur. dat. ab his. Secundo
ex relatione don Ferdinandi Gonzaga o-
lim Siciliæ Proregis, facta ad inſtantiam
Franciſci Spatafora in eulog. fol. 226. qui
licet voluit fauere partes d. de Spatafora
reſpectu ciuilis iuriſdictionis petitæ ab Im-
per. Carol. 5. æternæ memoriæ, refert tamen
merum & mixtum imperium in d. caſali-
bus adminiſtrari per magiſtratum Meſſa-
næ, qua relatione vſus eſt d. de Spatafora, ad
obtinendum iuriſdictionem ciuilem (licet
ſurreptitiè) in eulog. fol. 195. & in contra
eulog. fol. 255. Vnde ad præſens illam non
poteſt inficiare, ex vulgar. Tertio & vltimo,
ex diſpoſitione iuris: nam dato, quod d. ca-
ſalia ſunt in diſtrictu (vt eſt notorium) ſe-
quitur, quod illa ſubijciuntur Meſſanæ, &
magiſtratui, habenti merum & mixtum
9 imperium in diſtrictu; quia iuriſdictio ineſt
toto territorio, ſicut nebula in tota palude,
Bald. in l. imperium, ff. de iuriſd. omn. iud. Angel.
in l. ſi fines. ff. de euict. Abb. in cap. ſi diligenti. in
2. *notab. & ibidem Felin. de præſcript. Pariſ. conſ.*
16. *num.* 21. *volum.* 4. *Curt. Iun. in conſ.* 41. *nu.*
9. *& in conſil.* 158. *num.* 24. *& in conſil.* 184.
num.

10 num.8.hinc eſt, quod villa poſita in comi-
tatu alicuius ciuitatis. præſumitur eſſe illi
ciuitati ſubiecta. l. nulli. et.ibi Bald. colum. 3.
de epiſcop.& cleric.cap.ad decimas. de reſtit.ſpol.
in 6.Bart.in l. 1. §. cum Vrbem. colum. 1.de offic.
præfect.Vrb. Alciat.de præſum.reg. 2.præſumpt.
20.num. 3. Menoch. late de præſumptio. libr. 3.
preſum.100.Quinimo locus illius iuriſdictio
nis eſſe præſumitur, cui magis adiacet, vt
notat Bald.in cap.cum olim.de reſcript. & ſequi-
tur Alex.in addit.ad Bart. in l.ſi conuenerit. §. ſi
nuda.ff.de pignorat.act.illudque tenet Hieron.de
Mont.in tract.ſi.rege.in. cap.83. quem refert, &
ſequitur Maſcard.in concluſ.946.num.26.vnde
ne diu inſiſtam in demonſtratione rei de-
monſtratæ, concludo merum & mixtum
imperium de quo tractatur, fore,& eſſe Vr-
bis Meſſanæ, illiuſque Straticoti & magi-
ſtratus, & non alterius, virtute priuilegio-
rum,& ideo, cum alias don Federicus fuiſ-
ſet conſtitutus Capitaneus armorum in Ve-
netico à ſua Exc. occaſione peſtis, volens
vti iuriſdictione, fuerunt omnia allegata
& declarata, tendere contra priuilegia, illa-
que fuerunt ad priſtinum reducta, in eulog.
fol.188.& 210. Ex quo Straticotus & non
alius eſt iuſtitiarius in diſtrictu, iuxta priu.
leg.Reg.Manfr.fol.92.& in ciuili 151.

Nec veritati prædictæ refragantur duo
motiua quæ fiunt ex aduerſo. Primo, quod
vna ſemel, quod fuit conceſſa ciuilis iuriſ-
154 dictio ab Imperatore, in anno 1543. in eu-
logio fol. 295. & in contra eulog. 255.ei-
dem de Spatafora, merum & mixtum im-
perium pertinuit ad magnam Curiam: vn-
de potuit recte illud emere. Secundo,
quod eo ipſo, quod ipſe obtinuit ſententias
magnæ Curiæ, & conſiſtorij in anno 1585.
& 1587. in contraeulog. fol. 27. & 29.per
quas fuit dictum iuriſdictionem ciuilem
ſpectare ad ipſum D. Federicum, & non ad
officiales Remettæ, & per conſequens fue-
runt à territorio dictæ terræ ſeparata caſa-
lia prædicta, illa exierunt à diſtrictu Meſſa-
næ, & fuerunt libera à iuriſdictione magi-
ſtratus dictæ Vrbis, quæ non poteſt ad præ-
ſens aliquid prætendere.

Nam quoad primum, dato pro nunc an-
tecedente pro vero, quod rite fuiſſet obtē-
ta iuriſdictio illa ciuilis, tamen falſa eſt cō-
ſequentia, quod per hoc merum, & mixtū
imperium fuit deuolutum ad Regiam Cu-
riam.ex duobus.

11 Primo, quia illa non eſt de intentione
Imperatoris, ex tribus. Primo, quia Prin-
ceps non intendit auferre ius alterius, nec
reſcribendo vult aliquem præiudicare, ſed
potius ius alterius eſſe ſaluum, ex l.2.§.me-
rito.& §.ſi quis à Principe.ff. ne quid in loc.publ.
& cap.ex tuarum.de author.& vſu.pal.late Fe-
lin.in cap.cauſam, quæ verſ. interpretatio. de re-
ſcript.Dec.in conſil. 11.num. 4.& in conſil.271.
& in conſ.606.n.17. Alc. de præſ. reg. 3. præſ.
11.Gozad.in conſil.9.num.24. Socin. Iun.conſ.
77.Volum.1.Menoch.de arbitr. iudic. quæſt. 9.
num 11.& in conſ.294.num. 20. volum. 3.&
D. Apont.in conſil.59.quod in ſpecie locum
habet in regno Siciliæ, in quo reſcripta qua-
liacunque ſint, interpretantur, ſaluo iure
tertij, ex capitulo Regis Martini, 29. & Al-
fonſi 436.Secundo, quia ante conceſſionem
iuriſdictionis ciuilis præceſſit conſultatio
don Ferdinandi Gonzaga, qui, vt ex ea pa-
tet fol. 226. conſuluit Imperatorem poſſe
iuriſdictionem ciuilem concedere Franci-
ſco Spatafora, ex quo nullum generatur
præiudicium Meſſanæ, nempe Regia Maie-
ſtas non derogat per dictam conceſſionem
priuilegijs meri & mixti imperij, & illius
poſſeſſionis, ac cauſarum appellationis di-
ctæ Vrbis: & ideo conceſſio ſubſecuta, præ-
ſumitur facta, iuxta conſultationem præce-
dentem, quia actus ſequens præſumitur fa-
12 ctus in exequutionem præcedentis tracta-
tus, ex l. 3.§.verum. ff. de manu.l.qui in aliena.
§.ſi is qui putabat.& ibi notant DD.ff.de acquir.
hered.l.pignori.§.fin.ff. de vſucapio. conueniunt
tradita per Alex.& Iaſ.in l. poſt dotem.ff.ſolut.
matrim.& in l.1.§.nuntiatio.ff.de op. nou.nunc.
quibus accedit Alciat.de præſum. reg. 2.præſum.
24.de quo fidem facit Imperator in priuil.
fol.195.& in contra eulog. fol. 255. qui aſ-
ſerit, illam concedere ad conſultationem
præfati Proregis, cuius Principis aſſertioni
ſtandum eſt, tanquā de facto proprio, iuxta
Clem.1.de prob. Tertio, & vltimo, quia pri-
uilegia Meſſanæ, quorum vigore illud me-
rum, & mixtum imperium competit vrbi,
& Magiſtratui, ſunt ex cauſa meritorum,
quia auro & ſanguine ciuium ſunt acquiſi-
ta, prout ipſa priuilegia teſtantur, quæ pro-
pter hoc tranſeunt in vim contractus. Bald.
in l.qui ſe patris.num.1.verſ. hoc ſcias. Cod. vn-
de lib. Cano.in cap.nouit.de iud.& in cap. 1. vbi
late dixi de prob. Alexand. in conſil. 216.num.
6.& 7.volum.2.Socin.in conſi.87.num.12. vo-
lum. 1.Gramm.in deciſ. 65. num. 25. quibus
non intendit Princeps præiudicare, ne à fi-
de data diſcedat, quod graue eſt Principi.
Aym. Crau. in conſil. 241. num.19.Volum 2.
Ceph.in conſil 545.num. 10. volum.4.Roland.
in conſ.1.num.32.volum. 2.nempe etſi vellet,
non

non poſſet, etiam de poteſtate, abſoluta,
abſque cauſa, *Bald. Vbi ſupra Iaſ. in conſ.65.*
num.2.volum.1. Calc.cons.51.col.pen. Roland.
in cons. 13.ſub. num. 20. & ſeq. & num.32. &
in conſ.26. num.35.vol.3. Cephal.in cons. 549.
num. 86. & ſeq. vol.4. & Rod.in tract. de abſo-
lut. Princ. poteſt. cap.6. num.193. Cum con-
cord. alias allegatis in hoc ſupremo Italiæ
Senatu, & tanto magis hoc locum habet,
reſpectu Meſſanę, in qua Regia Maieſtas ſi-
bi complacuit in recompenſationem ſerui-
tiorum, non vti abſoluta poteſtate, ſed le-
gibus ordinata, Roger.in priuil.fol.86, &
in ciu.fol. 140.

Secundo patet falſitas cõſequentiæ, quia
non eſt de iure neceſſaria, nam incompati-
14 tibile non eſt, quod dict. de Spatafora ſit
baro cum iuriſdictione ciuili caſalium Ve-
netici, & merum, & mixtum imperium in
eiſdem locis ſit Meſſanę, & illius Curię ſtra-
ticotialis, quod probat vnus ex conſulenti-
bus in hac cauſa, poſt *Afflict.in conſt.regn. Si*
dubitatio.cum concor.traditis à Capibla.in tract.
de antho.baro.prag,8.in 1. par.num.34. Qui te-
nent quod iuriſdictio in terra baronis po-
teſt eſſe penes alium, prout interminis no-
ſtris patet ex Priui. Regis Manfredi, qui vo
luit, quod Iuſticiarius in diſtrictu Meſſanæ
in omnibus terris, & locis tam demanij,
quam baronum, ſit Straticotus Meſſanæ:
quia non eſt inconueniens, quod Caſtrum
ſit penes vnum, & Iuriſdictio penes alium,
Inno.in cap.dilectus de cap.mona.Bald.in.cap.p.
§.e contrario num.4. & ibid Aluar. & Prepo.
num.2.Marti.laud.num.9. & Afflic.in p.not.de
inueſt.de re.ali.fac. Oldr.cons.121.num.9. Me-
noch.lib.3.preſ.97.num.5. Aroſen. de feud.cap.
5.concl.6.num.7.ſentit. Afflic.in cons.Regni, ſi
dubitatio num.2. Franc.decis.22. & Apont. in
cons.57.num.6. & magis in terminis non eſt
nouum in eodem loco, ciuilem eſſe penes
vnum & criminalem iuriſdictionem eſſe pe
nes alium, ex traditis per, *Luc. de Pen.in l.2.*
col.2.C.de exact. et trib.lib.12.Capi.in deciſ.27.
& Capibla. vbi ſupra num.262. follc.in prac.in
verb.audiantur accuſatores ſub nu.95. & Ioan.
de Arno.in ſoli loq.24. quinimo in eodem ca-
ſtro iuriſdictio poteſt eſſe penes duos in ſo-
lidum ex traditis per, *Bart. in l.fin.in fin.ff.de*
ver.diuiſ.Bald.in l.cetera.§.ſi duobus ff.de lega.1.
& alios, quos allegat idem Capic. vbi ſupra num.
9.Brun.cons.30. Rolan.in cons.16.vol.2. Natt.
cons.87. & Surd.in cons.47. nu.4. Ex quibus
patet falſitas conſequentiæ, quæ fit in hoc
primo motiuo.

Nolo tamen omittere, poſtquam occa-
ſio ſe offert, quòd in cauſæ cognitione, *vt*
aduerſarius contedit, *Ioan.de Platea in d.l.1.*
ex qua conceſſione audet pron præſumitur.
conſequentiam facere, ſtat ſub *verſ. Secundo*
de ea pendet lis inter ipſam vrbel *er. Eruens*
Federicum in tribunali Conſiſtorij *Scũns &*
Nam quis non videt, quòd priuilegium *re-*
conceſſionis pro eo non ſuffragatur, ex duo
15 bus. Primo ſtante ſubreptione manifeſta,
quæ in gratioſis vitiatur ipſo iure, *Felin. in*
cap.ad audientientiam.cl 2.nu.22.de reſcrip. Soci.
in cons.13.Vol.1. Cra. in conſ.68.num.2. Socin.
Iun.in cons.77. num.82. & ſeq. vol.1. Paris.in
conſ.31.num.22.vol.1. accedit Menoc.de arbit.
iudic. caſu 201. num.2. conueniunt tradita à me
in cap. ſuper literis. in 1.nota. de reſcri. Nempè
expoſuit Franciſcus Spatafora pater Don
Federici, hæc feuda, ſeu caſalia fuiſſe ob-
tenta à ſuis anteceſſoribus, ex priuilegijs;
quorum virtute ad eos ſpectabat iuriſdi-
ctio ciuilis, quem non curauerunt eius an-
teceſſores exercere, propter vaſallorum
paucitatem, quæ interim detinebatur oc-
cupata ab officialibus Remettæ, à quibus
per iudicialem ſententiam potuiſſet obti-
nere. Sed ad euitandum litium expenſas,
eam gratioſe petijt ab Imperatore, quam
(habita conſulatione præfati Don Ferdi-
nandi Gonſaga, qui voluit fouere partes d.
de Spatafora, ſtantibus, expreſſis) obtinuit,
Et certe ſi inſpicitur priuilegium Venetici,
Conradus Spatafora primus acquiſitor
aliud nõ obtinuit à Rege Alfonſo, emptio-
nis titulo, in anno 1446. niſi terras arato-
rias feudales Venetici: ex quo, licet in
actu venditionis appareat fuiſſe venditum
d. Feudum, ſeu territorium terrarum feuda
lium conſiſtens in terris aratorijs, vna taber
na, & quatuor capitibus villanorum, cum
omnibus & ſingulis iuribus burgenſibus;
habitatoribus, ac nemoribus: per quæ ver-
ba poſſit prætendi iuriſdictio ciuilis, ſi pri-
uilegia Meſſanæ non obſtarent (vt inferius
dicam) tamen d. verba fuerunt in mandato
Secretarij ſuæ Maieſtatis correcta. Itaquod
ſimpliciter terræ aratoriæ fuerunt venditæ,
vt legitur in priuilegio de quo in contra-
culog. fol.237. Hinc eſt, quod poſt mortem
Conradi, Federicus Spatafora filius obti-
nuit confirmationem à Rege Ioanne, anno
1457. & expreſſit poſſidere Veneticũ conſi-
ſtẽs in terris aratorijs, & vna taberna, abſq;
alia mẽtione vaſſallorum, ſciens pro certo,
quia factum erat de recenti. nihil aliud
eius patrem obtinuiſſe à Rege Alfonſo, ni-
ſi terras feudales, in eod. fo. Cum itaque

contra priuilegia, bene poterit declaratio contra priuilegia fieri de facto, & exequutio de facto ad priſtinum reduci, tum ex forma priuilegiorum. Alfonſ. & Nouiſſimi Phil. II. tum etiam de iure communi, quo attento, citatione non indigent, quæ de facto procedunt, *l. 1. §. 1. ff. de ſerui. gloſ. in l. 1. in verb. infirmabitur. ff. de feri. & in l. minor. in verb. ſcius. ff. de euic. Bald. in l. fi. Co. de edict. diu. & in conſil. 135. volum. 1. Bald. & Paul. de Caſtr. in l. ſi pacto. quo pœnam. Cod. de pact. Roma. in ſing. 777. Alexan. in conſil. 5. num. 4. volum. 2. Rebuf. in l. quod iuſſit num. 60. ff. de re iudi. & Luc. de pen. in l. viros. Cod. de diuerſ. offic. lib. 12.* Itaque ex omni capite de iure communi hæc declaratio contra priuilegia fieri poteſt abſque citatione, ſiue illa extra iudicialiter, ſiue iudicialiter conſideretur, vt ex præmiſſis patet, licet vere & eſſentialiter, vt dictum eſt, ſit actus extraiudicialis qui fit per modum conſilij ſuper eulogio extra iudicialiter formato ad ſolam ipſorum conſultorum informationem, iuxta prædicta, & hæc quoad primum caput.

Quò verò ad ſecundum caput principale dico breuiter, ſed reuerenter, quod literæ prædictæ ſunt contra priuilegia vrbis Meſſanæ, ex quo tendunt contra illius mores, & conſuetudinem, quæ in varijs principum priuilegijs confirmantur, patet ex priuilegio Lodou. fol. 26. Ioann. fol. 36. alterius Ferdin. fol. 39. & felicis memoriæ Carol. V. fol. 45. cui confirmationi accedit generalis confirmatio Regis Ioan, in cap. Reg. Siciliæ 62. Conſtat itaque ex antiquiſſima, ac immemorabili conſuetudine huiuſmodi declarationes fieri abſque partis, ſeu fiſci citatione, de qua immemorabili plures teſtes deponunt in eulogio fol. 166. & ideò quatenus literæ S.C.M. mandantes partem ſeu fiſcum citari in declaratione contra priuilegia ſunt contra talem vrbis conſuetudinem immemorabilem, dicuntur tendere contra illius priuilegia confirmantes talem conſuetudinem, nec non mandantes contra mores & conſuetudinem mandatum non fieri.
24 Tum quia ipſa priuilegia ſuperius citata ſunt expreſſa, tum etiam, quia de iure conſuetudo immemorabilis obtinet vim priuilegij *l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqu. quo textu. c. ſuper quibuſdam. §. præterea de verb. ſig. Bald. in conſ. 49. volum. 1. Alex. in conſil. 6. colum. 2. in princ. volum. 1. & in conſil. 35. colum. 2. volum. 2. & in conſil. 78. num. 3. & 11. volum. 6. Deci. in conſil. 586. num. 2. Balb. in tract. de praſcript. in 2. part. 5. part. prin. qu. 6. num. 2. Roland. in conſil. 66. nu. 4. volum. 2.* Hinc eſt, quod conſuetudo, & priuilegium æquiparantur *gloſ. in c. nouit in verb. conſuetudini de iud. & in c. cum contingat de foro comp. Alex. in conſ. 74. num. 8. volum. 4.* quinimò talis conſuetudo obtinet vim legis, vt ex recentioribus atteſtatur *Maſcard. in tract. de probat. in concluſ. 429. ſub num. 3. colum. 1.* qui hoc probat ex Vlpiano *in l. 1. §. fi.* ibi vetuſtatem legis obtinere, & ex Paulo *in l.* in ſumma, in illis verbis *vetuſtas, quæ ſemper pro lege habetur. ff. de aqu. pluu. arcend.* Pro qua immemorabili, ac vetuſtiſſima conſuetudine duo ſunt, quæ conſidero in fortioribus terminis ad illius confirmationem,

25 Primò, quod conſuetudo, vel ſtilus derogans ſolennitati citationis valet ſaltem in his, in quibus de graui non agitur præiudicio, qualis eſt declaratio contra priuilegia, vt ſupra oſtenſum eſt. *Alexan. in conſil. 65. ante num. 10. Volum. 1. & in conſ. 41. incip. habita ſuper contentis: columnn. fin. volum. 2. Hypp. de Marſil. in d. l. de Vnoquoque num. 83. ff. de re iud. Affli. in deciſ. 391. num. 5.* qui lo-
26 quitur in termino magis ſtricto, in caſu, in quo de iure eſt neceſſaria citatio, vt in teſtium receptione *l. ſi quando Cod. de teſtib. c. 2. vbi latè Doct. extra eod. tit. glo. 1. in l. ſi inſinuandi. Cod. eod. Bartol. in l. 2. Cod. de tem. appel. Lanfra. in c. quoniam contra in verb. teſtium depoſitiones extra de probat. Gram. in conſ. 27. col. 1. & conſ. 78. colum. 2. in ciuilib.* quæ tamen de ſtilo, & conſuetudine omitti poteſt, quapropter multo magis omittitur in caſu iſto in quo, & conſuetudo, & ius commune concurrunt in derogatione citationis, vt dictum eſt in primo cap. ita quod duo vincula magis ſtringunt *l. cum in adoptiuis. C. de adopt. §. ſed hodie inſti. eod. cum vulg.*

Secundò eo ipſo, quod vigore priuilegiorum vrbis Meſſanæ reſcripta, ſeu mandata Regia, ſeu Viceregia declarantur an ſint, vel ne contra priuilegia, nec illa aperiunt, an ipſa declaratio fieri debeat, præuia citatione, vel ne & vſus, ſeu conſuetudo immemorabilis ſe habet, quod illa fit abſque citatione, certe attendenda eſt hæc conſuetudo interpretatiua, quæ eſt optima legum interpres vulg. iuribus. *Affli. in deciſ.*
27 *178. num. 3.* ſubſequuta enim obſeruantia interpretatur priuilegia, & ſtatuta. *Cache. in deciſ. 136. Menoch. in conſ. 276. num. 19. volum. 3. Honde. in conſil. 92. num. 28. Volum. 1.* Vnde docent iura ea non eſſe mutanda, quæ certam interpretationem habuerunt

l. mi-

l. minime. ff. de legib. Deci. in conſil. 538. *num.* 3. omnis enim dubietas ex obſeruantia ſubſequuta tollitur *c. cum dilectus extra de conſuet. Fran. Becc. conſ.* 101. *num.* 49. *volum.* 1. & eſt tanti effectus hæc conſuetudo interpretatiua, quod ex vnico actu inducitur, nec oportet eſſe præſcriptam. *Aym. Crau. in conſ.* 201. *num.* 12. *Menoch. de arbi. Iudi. ca.* 83. *num.* 10. *Apont. in conſil.* 51. *nu.* 28. *&* 29. *Cano. in c.* 1. *de conſt. Alexan. in conſil.* 8. *num.* 7. *volum.* 6. *Soc. conſ.* 111. *num.* 5. *volum.* 1. *Dec. conſ.* 441. *num.* 13. *Natt. conſil.* 406. *num.* 26. *Camil. Bor. in conſil.* 3. *num.* 16. *Canc. lib.* 3. *reſol. c.* 19. *num.* 74. *ſont. de pac. nup. clau. p. num.* 33. *Barz. in deciſ.* 58. *num.* 6. & alij, quos ſciens prætereo.

Quo ad tertium, & vltimum caput principale vnico verbo arbitror literas, de quibus agitur eſſe contra expreſſa priuilegia vrbis, quæ per indirectum violantur, ſi præuia citatione, & cauſæ cognitione adhibita, in declaratione contra priuilegia procederetur, quandoquidem ex priuil. Regis Ioan. fol. 38. eſt præfixa inſtantia octo dierum ad faciendam hanc declarationem, quod eſſe in viridi obſeruantia conſtat ex teſtium depoſitione fol. cum ſeq. & ideo ſi ad præſens hæc declaratio vigore literarum S.C.M. deberet fieri cum cauſæ cognitione, & parte citata, abſque dubio impoſſibile eſſet infra inſtantiam præfixam illam fieri, & ſic oportet fateri per d. literas inſtantiã de neceſſitate prorogari, tanquam neceſſarium antecedens, ex traditis *in l.* 2. *per illum text. de iuriſ. omn. iud. c. & l. quidam. ff. de re iud. l. fi. Cod. vbi & apud quos c. cauſa de integ. reſti. &c. præterea cum ſimilis de offic. deleg.* quod eſt contra priuilegium præfatum, quod nec directè, nec per indirectum eſt violandum. *c. quanto & ibi Doct. extra de priuil.* Itaque ex prædictis indubitanter concludo literas, de quibus agitur tendere contra Regia priuilegia vrbis Meſſanæ, & per conſequens non eſſe de mente S. C. M. contra eius fideliſſimam Vrbem. Vrbem quidẽ benemeritam illas exequi, iuxta ſuppoſitum deſuper factum.

28 Qua veritate retenta, non obſtant ea, quæ ex aduerſo allegabantur, quæ ex prædictis non refragari ſatis apertè colligitur.

Primò non obſtat illud, quod ad oſtendendum ipſarum literarum iuſtitiam adducebatur, nam prædicta omnia ſunt de regula, & regulariter procedunt in iudicialibus, quæ debent præuia citatione expediri, alias actus eſt ipſo iure nullus, & ideo pro regula hoc poſuit *Hypp. in d. l. de vnoquoque ff. de re iud. Vant. in tract. de null. in tit. de null. ex defect. citat. in princ. Ant. Nicel. in tract. de concord. gloſ. in* 52. *gl. ante num.* 227. *verſ. faciamus, Venuſ. in prac. in* 6. *par. verſ. Et recte concipiatur citatio in princ. & Ant. Gabr. lib. com. opi. in tit. de citat. concl.* 1. *in princ.* Quæ tamen regula non vendicat ſibi locum in caſu de quo agitur, in quo, vt dictum eſt, extra iudicialiter proceditur per modum conſilij ſuper eulogio extra iudicialier formato ad ſolam ipſorum conſultorum informationem, vnde procedi poteſt abſque citatione, tum ex ratione prædicta, tum etiam ex alijs ſuperius adductis *in prin. cap. princ.* Quæ deſuper in iure conſiderata in tribus capitibus ſuperius expreſſis, oſtendunt caſum, de quo agitur, à regula declinare, & ideo non eſt ſtandum regulæ, quandò de iure in caſu occurrenti probatur contrariũ vt ſentit *Bald. in c.* 1. *extra de alien. iudic. mut. cau. fac.* qui voluit, quod habens regulam
26 pro ſe, dicitur habere intentionem fundatam, donec contrarium probetur, *gl. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Dec. in conſ.* 142. *ſub num.* 4. *Maſcard. qui horum meminit in tract. de prob. concl.* 75. *n.* 3. *vol.* 1.

30 Secundo non obſtat, quod non valet priuilegium tollens partis citationem, per ea quæ adducebantur, nam dato, quod illud eſſet ſimpliciter verum, tamen procedit in terminis regulæ prædictæ. Nempe vbi ſecundum regulam iuris procedendum eſt parte citata, vtique illa omitti non poteſt, etiam auctoritate priuilegij, ex quo procedit ratio prædicta, quia citatio eſt de iure naturali, nec à principe tolli poteſt, per ea, quæ allegabantur, quæ regularia ſunt, & multas patiuntur limitationes, vt patet ex traditis per *Anto. Gabr. vbi ſupr. num.* 13. *cum plurib. ſeqq.* Sed in caſu, de quo quæritur, regula ipſa non militat, nam, vt oſtenſum eſt, ſecundum terminos iuris communis, hæc declaratio contra priuilegia, fieri poteſt abſque partis citatione, quod ius commune facit priuilegium in vrbe Meſſanæ ex priuilegijs Rogerij & Manfr. deſuper citatis, & ideo ceſſat ratio generalis regulæ, vbi ſpecialis ratio militat in contrarium, quia generi per ſpeciem derogatur *c. generi de reg. iur. in* 6. *Bart. in l. quæſitum. §. fi. ff. fund. inſtr. And. in c.* 1. *num.* 5. *qui ſucceſ. tent. Affl. in deciſ.* 42. *num.* 2. *cum concord.*

Tertio, & vltimo non obſtat abſoluta S. C.M. voluntas ex vltimis verbis literarum recollecta, per quam videtur reuocare omnia priuilegia, ſi quæ habet ſuper hoc

Digitized by Google

Meſſana, quod facere poſſe, videtur conſtare ex ſuperius allegatis. Quod dupliciter tollitur.

31 Primo dato, ſed non conceſſo, quod S.C.M. per illa verba, *que tal es mi voluntad*, ſentiat de volũtate abſoluta, tamen illa, omni qua decet reuerentia loquendo, nihil poteſt operari in præiudicium priuilegiorum Meſſanæ ex duobus. Primo quia princeps in vrbe Meſſanæ non vtitur poteſtate abſoluta, ſed legibus ordinata, ex priuileg. Roger. fol. 21. Secundo quia priuilegia vrbis Meſſanæ, non ſunt ſimpliciter gratiæ, quæ poſſunt pro libito voluntatis reuocari, iuxta ſuperius allegata, licet de honeſtate princeps facere non debet, vt oſtendit *Roland. in conſil. 13. num. 52, volum. 3.* ſed illa ſunt ex cauſa meritorum, & propter ſeruitia præſtita obtenta, nec illa poteſt princeps reuocare, etiam de abſoluta poteſtate, vt tenet idem *Bald. in dict. l. qui ſe patris in d. verſ. hoc ſcias*, qui ait, qud licet in principe ſit ſpeciale, vt poſſit ſine cauſa eius priuilegium reuocare, hoc tamen locum non habet, ſi prætextu conceſſionis, princeps aliquam dationem, vel factum eſt lucratus, quia tunc illud reuocare non poteſt, quia tranſit in vim contractus, quod tenet *Iaſ. in conſ. 56. num. 2. volum. 1. Laur. Calc. in conſ. 51. colum. pen. Gozad. in dict. conſil. 5. num. 11. Roland. in dict. conſil. 66. colum. pen. volum. 2. & in d ct. conſ. 13. ſub num. 20. & ſeq. & num. 32. & in conſil. 26. num. 35. volum. 3. Foll. qui ita diſtinguit in pract. Cenſua. in verb. & ſummiſſionis cuique foro num. 37.* Cephal. qui aliorum congerit auctoritates *in conſ. 549. num. 86. & ſequ. volum. 4. Rodol. de abſol. princ. poteſt. cap. 6. num. 193. Moder. in repet. l. fi. cap. 9. num. 1. & 6. ff. de conſt. prin.* Talia enim priuilegia tranſeunt in vim contractus, vt ſupra dictum eſt, & propterea nec de plenitudine poteſtatis poteſt princeps eius contractum infringere. *Can. in dict. c. 1.* vbi latè dixi extra *de proba. Gramm. in deciſ. 65. num. 27. Soci. in conſil. 86. num. 14. & volum. 4. Ceph. qui atteſtatur de communi in dict. conſi. 549. num. 46. Peregr. in tract. de iure fiſc. lib. 1. tit. 2. num. 44. cum concord. traditis à Rodol. vbi ſup. num. 170.* Et hæc vera non ſolum in principe concedente, ſed etiam in ſucceſſore, vt probaui poſt alios *in dict. cap. 1.* & tenet *Burſ. in dict. conſil. 160. ſub num. 36. volum. 2. Foll. in dict. eius pract. cenſu. in loco præcit. Aym. Grau. in conſil. 241. ſub num. 17. Menoch. in conſil. 1. nu. 228. volum. 1. & in conſi, 264. num. 15. & 17. volum. 3. Surd. in deciſ. 326. Soci. Iun. in conſil. 60. num. 18. volum. 3. Bero in conſil. 65. num. 4. volum. 1. Roland. in conſil. 13. preci. num. 36. volum. 3. Rodol. vbi ſupr. num. 195. & D. Tap.*

23 qui alios citat *in dict. l. fi. cap. 9. num. 11.*

Secundo negando, quod S. C.M. in literis prædictis vtatur poteſtate abſoluta ex duobus. Primo quia vbi non conſtat, non præſumitur in dubio, quod princeps vti velit poteſtate abſoluta, ſed potius legibus ordinata, vt inquit *Innoc. in cap. innotuit ſub num. 5. de elect. & in cap. innouamus num. 1. in fi. de cenſib. Bald. in l. ſi teſtamentum num. 1. & ibi Paul. Caſtr. num. 2. Cod. de teſtam. milit. Alex. in l. Centurio num. 30. ff. de vulg. & pupi. ſubſt. Roland. in conſil. 86. num. 58. volum. 1. Rimi. ſeni. in conſil. 39. num. 10. Bero. in cap. quæ Eccleſiarum num. 135. de conſtit.* in tantum, quod vbi euidenter non conſtat, quod ea princeps vti velit, præſumitur circumuentus, vt teſtatur *Aym. Grau. in tract. de antiqui. tempo. in 1. par. ſeſſ. 1. num. 34. verſ. aduertendum tamen eſt. Menoch.* qui alios congerit *in tract. de præſumpt. lib. 2. præſum. 12. num. 1. accedit Rodol. in tract. de abſol. prin. poteſt. cap. 3. num. 1.* Vnde illa verba, *que tal es mi voluntad*, debent intelligi de voluntate ordinata, nõ abſoluta, pro qua re facit, qui talis præſumitur voluntas principis, qualis de iure eſſe debet. *Bald. in l. ex facto, ff. de vulg. & pupil. ſubſt. Roland. in conſ. 23, num. 48. & in conſ. 72. n. 74. & ſeq. vol. 3.* Secundo, quia contrarium ex eiſdem literis apertè colligitur, ex quibus conſtat C. M. domini noſtri ſecundum ius, & iuſtitiam ſcribere. Nempe ſupponens in proemio, quod in declaratione contra priuilegia ſubſtantiatur proceſſus, & fertur ſententia abſque citatione, & quod citatio eſt de iure naturali, nec tolli poteſt, ideò mandat illam fieri, præuia citatione, & propterea quatenus in fine S.C.M. inquit velle ſeruari; quia talis eſt eius voluntas, illa verba in fine poſita recipiunt interpretationem à præcedentibus, quæ ſummopere influunt ad declaratiouem ſequentium *l. ſi ſeruus plurium. §. fin.* & *l. qui filiabus. ff. de leg. 1. gloſ. & Bart. in l. quiſquis. ff. de l. 3. Roland. in conſil. 66. num. 44. Volu. 1.* & ſic talis eſt eius

33 voluntas, non abſolutè, ſed propter rationes præmiſſas, quæ ſunt in cauſa, vt talis ſit voluntas Regis, vnde cauſa potius verborum eſt inſpicienda, quam ipſa verba *glo. in l. ſine venditione. ff. com. prædi. Pariſ. in conſ. 78. num. 19. & in conſil. 85. num. 33. volum. 3. Socin. Iun. in conſil. 129. num. 34. volum. 3. Cran. in conſ. 32. num. 21. colum. 1. & Roland. in conſ. 81. nu. 21. vol. 4.* Conſtat enim ex proemio

ipſarum

34 ipſarum literarum de mente Regis ſic ſcribentis, quia illud mentem loquentis, & finem diſpoſitionis oſtendit *l. fi. & ibi Bart. ff. de hered, inſtit. l. cum hi in princ. & ibi Bart. ff. de tranſact. Alex.* qui alios congerit *in conſ. 7. nu. 3. volum. 1.* Accedunt *Crau. in conſ. 192. nu. 21. Port. in conſil. 36. num. 36. & Rolan. in conſil. 44. num. 9. volum. 4.* Itaque verba illa, *que tal es mi voluntad*, licet generalia reſtringuntur tamen ſecundum rationem præmiſſam in principio literarum eis anneſſam quia ratio reſtringit dictum generale ad
45 caſum, in quo ipſa ratio conuenit *l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. l. hac actio vbi not. Bart. ff. de calum. gloſ. in l. 1. §. hoc interdictum in verb. Niſi. ff. de font. Tind. in tract. de teſt. lib. 1. cap. 5. num. 8. Vrſil. in addit. ad Affli. in deciſ. 106. num. 6. Socin. Iun. in conſil. 167. num. 5. & 12. volum. 3. & Peregr. in tract. de fideicomm. artic. 12. num. 22.* & propterea quatenus ratio literarum non militat, nec conuenit declarationi contra priuilegia, de qua agitur, in qua, vt oſtenſum eſt, non fit proceſſus, neque fertur ſententia, ſed conſilium præſtatur ſuper Eulogio ad informationem conſultorum extraiudicialiter formato, quo caſu ex hac, & alijs rationibus adductis, citatio non requiritur, pariter non militat, nec conuenit mandatum S.C.M. ſuper eadem ratione firmatum. Ceſſat enim ratio & per conſequens ceſſat ius in ratione fundatum. *l. milites. Cod. de milit. teſtam. §. illis autem Inſti. eodem, & cap. cum ceſſante cum ſimil. extra de appel.* Vnde ex præmiſſis concludo literas prædictas non ſolum eſſe contra priuilegia vrbis Meſſanæ, ſed quod plus eſt, nõ conuenire rei, de qua agitur, & per conſequens non eſſe de M.S.C. illas exequi, & propterea recte fuit prouiſum, ac conſultum per Iudices Curiæ Straticotialis eſſe ſcribendum S.C.M. & quod interim omnia ad priſtinum reducantur. Cætera ſuppleat ſupremi Ordinis Italiæ eminens doctrina, cuius religioni, ac grauiſſimo iudicio hæc, & omnia mea ſubmitto. Dat. Madr. die 25. Ian. 1609.

Ita iuris eſſe ſentio,

Octauius Gloritius Iuriſconſultus Tropienſis.

Addimus præmiſſis in hac Itala impreſſione, quod D. Marius Giurba acutiſſimus Iuriſconſultus, ac cauſarum patronus oculatiſſimus, concurrens poſt hæc ſcripta in hanc ſententiã, fundamenta noſtra in præmiſſo iuris reſpõſo adducta, coaceruatis ex more alijs Doctor. auctoritatibus confirmat, in conſil. ſuo 39. num. 53. & infra vſq; ad fin. quod nunc ſtat vna cum alijs ſub prelo, dum typis Italicis hoc noſtrum Iuris reſponſum iterum traditur in hoc anno. 1623.

RESPONSVM TERTIVM

SVMMARIVM.

1 *Merum, & mixtum imperium ei competit, cui ab habente poteſtatem fuit conceſſum.*

Fons omnium iuriſdictionum eſt penes principem, ibid.

2 *Merum, & mixtum imperium, an veniat in conceſſione iuriſdictionis.*

3 *Poſſeſſio ſubſequens præſumitur ex titulo præambulo.*

Iuriſdictionis exercitium, declarat priuilegium, ibidem.

Idem de obſeruantia ſubſequuta, ibid.

4 *Iuriſdictio in officium, in dubio præſumitur cumulatiuè conceſſa.*

Quid ſi cum clauſula, tu ſolus, & nemo alius, ibidem.

5 *Territorium probatur per teſtes.*

6 *Confeſſio eſt potentior probatio omni probatione.*

7 *Principi creditur aſſerenti aliquid ſibi narratum ab impetrante.*

8 *Exercitium iuriſdictionis in loco, probat locum eſſe de territorio.*

9 *Iuriſdictio ineſt toto territorio, ſicut nebula in tota palude.*

10 *Villa poſita in comitatu alicuius ciuitatis præſumitur illi ciuitati ſubiecta.*

Locus illius iuriſdictionis eſſe præſumitur, cui magis adiacet, ibid.

11 *Princeps non intendit auferre ius alterius.*

12 *Actus præſumitur geſtus in executionem tractatus præcedentis.*

13 *Priuilegia ex cauſa meritorum, tranſeunt in vim contractus, nec reuocantur ſine cauſa, etiam de poteſtate abſoluta.*

Meſſana habet priuilegium, ne Rex vtatur in ea poteſtate abſoluta, ibid.

14 *Iuriſdictio in terra Baronis poteſt eſſe penes alium.*

Caſtrum poteſt eſſe penes vnum, & iuriſdictio penes alium, ibid.

Iuriſdictio in eodem loco poteſt eſſe penes duos inſolidum, & etiam ciuilis penes vnum, & criminalis penes alium, ibid.

15 *Subreptio in gratiis ſit, vitiat ipſo iure*

16 *Falſi expreſſio, quæ eſt cauſa gratiæ, vel illam facilitat, reddit gratiam ſubreptitiam.*

17 *Honor præ cæteris rebus diligitur, & vitæ præfertur.*

18 *Veriſimile quod eſt, attenditur.*

19 *Iuriſdictionis conceſſio intelligitur de ea, quæ eſt penes concedentem.*

Caſtrum ſi conceditur cum iuriſdictione, & illud ſubeſt iuriſdictioni alterius loci, quid tunc dicitur conceſſum, ibid.

20 *Villa poſita in territorio ciuitatis, & illius iuriſdictioni ſubiecta, an, & quando poſſit alteri concedi.*

21 *Sententia alteri non citato, non nocet, quia res eſt inter alios acta.*

Citandus eſt, qui prætendit principaliter intereſſe, ibidem.

22 *Sententia eſt ſtricti iuris.*

Diuiſio iuriſdictionis non importat diuiſionem territorii, quia eſt præiudicialis, & non præſumitur. ibid.

23 *Spoliatus eſt ante omnia reſtituendus, etiamſi opponatur primum ſpolium, ſed vide num. 38. & num. 39.*

24 *Poſſeſſio, & poſſeſſionis priuatio, ſunt neceſſaria interdicto recuperandi.*

25 *Quaſi poſſeſſio iuriſdictionis probatur per exercitium actorum iuriſdictionalium.*

36 *Acta publica faciunt rem notoriam.*

Banna probant iuriſdictionis adminiſtrationem, ibid.

Furcarum erectio probat iuriſdictionis exercitium ibidem.

27 *Quaſi poſſeſſio incorporalium non acquiritur niſi ſciente, & patiente eo, de cuius agitur præiudicio.*

28 *Quaſi poſſeſſio non acquiritur ex actis clandeſtinis.*

Poſſeſſio iunior præſumitur clandeſtina, & antiquior præualet, ibid.

29 *Poſſeſſio detinetur animo, illaque poteſt continuari, etiamſi naturalis ſit ab alio occupata.*

30 *Quaſi poſſeſſio iuriſdictionis amittitur, ex eo, quod volens illa vti, prohibetur.*

31 Ne-

31 *Negatiua coarctata ad certam ſcripturam eſt probabilis,*

32 *Poſſeſſio an per lapſum decennij amittatur.*
Quid de priuilegio, ibid,

33 *Decennij lapſus non eſt cauſa immediata amittendi poſſeſſionem, ſed obliuio.*
Obliuio non facile cadit in arduis, ibid.

34 *Animus ex factis, & verbis arguitur.*

35 *Quaſi poſſeſſio iuriſdictionis retinetur in omnibus locis iuriſdictionis, licet quis illam exercet in aliquo ex locis iuriſdictionis.*

36 *Meßana habet priuilegium, vt ſi quid exequitur contra eius priuilegia, ad priſtinũ reducatur.*

37 *Poßeſſio notoriè iniuſta, poteſt auferri abſque citatione.*

38 *In continenti aliquid fieri, quando dicitur.*

39 *Proprietatis titulus an obſtet ſpoliato, maximè ſi agẽs poſſeſſorio, deducit titulũ proprietatis.*

40. *Principis ſenatus in terminandis controuerſiis, non incedit per ambages iuris.*
Proprietatis, & poſſeſſionis merita, debent ſimul & ſemel diffiniri in ſenatu principis, ibid.

41 *Senatus ſupremus rerum Italiæ, vltra strictam iuris rationem ex tribus debet moueri in hac facti ſpecie, pro Vrbe Meſſana. Vaſſallũ venditi, quo iure offerendo pretiũ poſſunt ad Demanium admitti, ibid. remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

Merum, & mixtum imperium, quo iure alicui poteſt competere, etiam abdicatiue. & an illud poſſit eſſe penes vnum, & ſimplex iuriſdictio penes alium. Quibus medijs probatur tum territorium, tum etiam iuriſdictio in territorio. Et an, & quando Princeps poſſit ſeparare Caſtrum à Caſtro, vel concedere iuriſdictionem loci alicui ciuitati ſubiecti. Et an, & quando ſpoliatus iuriſdictione debet reintegrari. An, & quando per lapſum temporis poſſeſſio, ſeu quaſi iuriſdictionis amittatur.

EXVRGE Virgo mater, exurge inquam, & quod proprio Chirographo deuotiſſimæ Vrbi Meſſanæ promiſiſti, præſta patrocinium in cauſa, quæ hodie pendet in hoc ſupremo Italiæ Senatu inter Vrbem tuam ex vna, & don Federicum Spatafora ex altera ſuper mero, & mixto Imperio Caſalium Venetici, vendito à Regia Curia eidem D. Federico die 14. Auguſti 1603. contra priuilegia Meſſanæ, prout fuit declaratum cum omnibus inde ſequutis per Straticotiales iudices die 3. Nouembris 1605. In qua re licet ab alijs (non ſpernendæ auctoritatis) fuerit in iure allegatum, tamen, vt expectationi illius à me Vrbis amatiſſimæ, & legationi meæ ad hanc ſupremam Regalem Curiam, ſatisfaciam, hæc, quæ merita cauſæ attingunt, in medium afferam, ex quibus clare patebit Vrbem, ius, & iuſtitiam fouere, ne dum in proprietate, ſed etiam in quaſi poſſeſſione, ita quod partes Supremi Senatus ſunt in confirmando declaratoriam prædictam, & in conſeruando Vrbem, & illius magiſtratum in poſſeſſione, ſeu quaſi meri, & mixti imperij, in qua legitime reperiuntur.

Viſo itaque Eulogio & ſcripturis vtriuſque partis, vt iuxta morem ordinate procedam, duo Capita conſtituo. Primum erit, quod merum & miſtum Imperium, de quo tractatur, pertinet ad Vrbem, & Magiſtratum Meſſanæ, & ideo non potuit Regia Curia illud vẽdere, nec don Federicus emere contra priuilegia illius Vrbis, ex quo iuſtificabitur declaratoria iudicum Straticotialium, & patebit vrbem ipſam, & Magiſtratum in proprietate viuas rationes habere. Secundum caput erit, quod Meſſana illiuſque Magiſtratus legitime reperiuntur in poſſeſſione, ſeu quaſi d. meri & mixti imperij, & in ea per Supremum Italiæ Senatum debent conſeruari, ex qua re iuſtificabitur illa reductio ad priſtinum poſt declarationem contra priuilegia factam, & oſtendetur in meritis poſſeſſorij (in quo pars ex aduerſo, vt video, facit magnum feſtum) iura pro hac parte ſuffragari.

1 Deuenio ad primum Caput, in quo affirmatiuè dico merum, & mixtum imperium, de quo agitur, fuiſſe, & eſſe Vrbis Meſſanæ, & illius Magiſtratus. Mouet vnicum fundamentum. Nempe explorati iuris eſt, illius eſſe merum & mixtum imperium, cui ab habente poteſtatem concedendi, fuerit conceſſum, *gloſ. in l. 1. in verb. dare poteſt. ff. de tutor. & curator. dat ab his. & in §. agi in verb. iuriſdictione in fin. in authen. de defe. ciuit. Doct. communiter in l. 1. ff. de offic. eius.* ſed Meſſanæ, & illius Magiſtratui illud fuit conceſſum à varijs Principibus, qui poterant illud concedere, quia apud principem eſt fons

omnium

omnium iuriſdictionum, à quo fluunt, & refluunt, *Bald. in cap. 1. §. ad hæc num. 11. de pac. iur. firm. Curt. iun. in 95. 157. num. 12. Pariſ. in 95. p. n. 12. vol. 2. Bru. inter conſ. feu. in 95 54. num. 6. Pet. de Greg. de conc. feud. in 2. part. quæſt. 2. num. 13. & in 7. p. qu. 2. nu. 17. Gram. in deciſ. 46. num. 1. & vot. 28. num. 12. Capi. in deciſ. 9. num. 15. Vinc. de Fran. in deciſ. 517. nu. 2. Lana. in conſil. 52. num. 4. Apon. in deciſ. 2. num. 6. Camil. de Cur. in 1. par. diuerſ. Iur. feu. in verb. poteſt nu. 4. & Maſtri. de magi. libr. 5. c. 6. num. 140.* ergo illius Vrbis, ac Magiſtratus, eſt merum, & mixtum imperium, de quo tractatur.

Medium iſtius fundamenti eſt verum, & notorium, & pro hac veritate indaganda ſuppono, quod Meſſana ex antiquiſſimis priuilegijs auro, & ſanguine obtentis, habet certum diſtrictum, in quo ſunt diuerſæ terræ, Caſalia, oppida, & alia loca tam demanialia, quam baronalia, in quibus exercetur iuriſdictio cum mero, & mixto imperio per Regium Straticotum Meſſanæ. Iſtud patet per priuilegium R. Impe. Appio Claudio, & Quinto Fabio conſulibus anno 482. poſt Vrbem conditam, in quo conceditur poſſe Meſſanam poteſtate Romana vti, à Leontino vſque ad Pactas in eulog. fol. 82. à ter. & in eulog. ciu. 137. Cui rei confirmatio Imperatoris Archadij anno Domini 407. cũ lariori termino iuriſdictionis acceſſit in eul. fol. 86. & in ciu. fo. 138. ppq Rog. ann. 1129. in eul. f. 86. & in ciu. fol. 140. clarius conceſſit, vt Curia Straticotialis præſit omnibus ciuitatibus, terris, & locis à Leontino vſque ad pactas, & poſt eum Manfredus anno 1273. fol. 92. & in ciu. 151. atteſtatur Straticotum eſſe iuſtitiarium confinium Meſſanæ in omnibus terris, & locis, tam demanialibus, quam baronalibus. Pariter Rex Federicus 3. anno 1302. in priuilegio confirmato per Regem & Reginam, Martinum & Mariam anno 1396. fol. 90. & in ciu. fol. 152. voluit omnia loco diſtrictus Meſſanæ eſſe iuriſdiſtionis officij Straticoti iu perpetuum.

2 Ex quibus priuilegijs à Principe conceſſis merum, & mixtum imperium in locis diſtrictualibus pertinet ad magiſtratum Meſſanæ, & ſi in eis non ſit expreſſe facta mentio de eo, ſed tantum de iuriſdictione, ſi credimus *Dec. in l. imperium colum. 5. num. 26. & ibid. Purpu. num. 65. ff. de iurid. omn. iud. & in cap. licet cauſam colum. 1. de probat.* qui allegat *Old. in 95. 252.* quæ ſane opinio eſt magis communis, vt Iaſ. fatetur *in dict. l.* imperium, & teſtantur alij citati à *Roland. in conſil. 42. ſub num. 20. volumin. 2.* quam tenet *Abb. Fel. & Alci. in cap. quod ſedes, de offi. ordin. Bald. in l. fin. num. 6. & ibid. Iaſ. num. 9. ff. de conſtitut. princ. Pariſ. conſ. 8. colum. 1. & conſil. 9. num. 14. volum. 1. Conar. pract. quæ cap. 1. num. 10. verſ. primum,* & alij, quos citat Rolan. qui hanc ſententiam tuetur *in dict. conſ. 42. & in conſil. 48. num. 27. eod. volum. Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 2. num. 88.*

Sed omnis ceſſat difficultas, quæ poſſet ex intellectu priuilegiorum attentari ex duobus.

Primo, quia Straticotus ſemper exercuit merum, & mixtum imperium in diſtrictu, patet ex actis celebratis in viſita *fol. 118.*
3 *vſque ad folium 138.* quod factum cenſetur authoritate priuilegiorum, quia poſſeſſio ſubſequens præſumitur ex tit. præambulo *gloſ. & Doct. in l. quadam mulier ff. de retinend. ex l. 1. §. 1. ff. de except. re iudic. Soc. in 95. 15. colu. fin. volum. 4. Roland. in 95. 9. num. 39. volu. 3.* quod locum habet etiam in incorporalibus *l. ſi à te vbi Bal. ff. ſi ſer. ven. Alciat. de præſ. reg. 2. præſ. 23.* vnde ex tali exercitio inde ſequuto, priuilegia prædicta declarantur *frec. de ſubfeud. in 2. lib. auctor. 46. n. 11. Vinc. de Franc. in deciſ. 56. num. 6.* ſubſequuta enim obſeruantia declarat priuilegia *l. ſi prius. §. placuit. ff. de aqu. pluu. arcend. not. gloſſ. in c. 1. in verb. adepta in fi. quæ ſit in veſt. cui ſtandum eſſe notant omnes in cap. 1. vbi de hoc plene dixi, & ſcripſi de conſtit. accedit Roman. in 95. 89. num. 8. Franc. deciſ. 22. num. 5. D. Apon. in 95. 51. num 28. cum concord.*

Secundo, quia expreſſum eſt priuilegiũ Regis, & Reginæ Ludouici & Ioannæ in eulog. ciuil. fol. 145. & 147. in quo confirmantur priuilegia diſtrictus cum iuriſdictione mero & mixto imperio, & ſic ſumus in claris, nec opus eſt coniecturis, *l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. 3. l. continuus. §. cum ita, cum ſimil. ff. de verbor. oblig.* & ideo Rex Catholicus ad inſtantiam Vrbis mandauit Straticoto, vt ſaltem ſemel in anno viſitet loca diſtrictualia, ne delicta remaneant impunita, in eulog. fol. 99. & in ciuil. fol. 160. quod tandem fuit prouiſum per Regiam pragmaticam, de qua in eul. ciu. fol. 140.

4 Et ex prædictis conſtat, hanc iuriſdictionem eſſe conceſſam priuatiuè, licet in dubio iuriſdictio in officium cenſetur cumulatiuè conceſſa, vt permulta probat *Felin. poſt alios in cap. paſtoralis. de offic. ord. cuius meminit Alb. Bru. in conſ. 74. num. 4. Ann. in ſing. 631. & in allegat. 52. num. 53. Lodou. in tract.*

comm.

Digitized by Google

comm. opin. concluſ. 20. Roman. in conſil. 393.
Gramm. in dict. Vot. 28. numer. 6. Roland. in
conſil. 48. num. 25. volum. 2. Aroſent. de feud. c.
5. concluſ. 5. in princ. & Gratia. diſcep. fore. cap.
270. num. 13. vnde ipſe, & non alius eſt iuſti-
tiarius in diſtrictu, vt atteſtatur Rex Manf.
in dict, priuileg. fol. 92. per quæ verba cen-
ſetur iuriſdictio priuatiuę conceſſa, Gram.
in deci. 30. Capib. de auth. Baron. in prag. 8. in 1.
part. num. 224. & ideo cum alias de facto fu-
iſſent alij conſtituti iuſtitiarij in diſtrictu
(reclamante Vrbe Meſſanæ) Rex Alfonſus
annullauit eorum commiſſiones, proſecu-
tiones, & alia acta, in eulog. fol. 93. à terg.
& in ciuil. fol. 153. à ter. & ita pluries (alijs
attentantibus in diſtrictu iuriſdictione vti)
ciuitas allegauit contra priuilegia, & ita
fuit declaratum, & omnia ad priſtinum re-
ducta in eulog. fol. 211. 212. & 213. Et ſic
in dubium reuocari non poteſt, Vrbem, il-
liuſque Magiſtratum habere merum &
mixtum imperium in diſtrictu.

Ex quo inferendo ad rem, conſtat etiam
illud habere in Caſalibus Venetici, vti in
diſtrictu poſitis. Nam quod illa ſint diſtri-
ctualia, patet ex tribus. Primo ex teſtibus
deponentibus ſuper 1. artic. fol. 139. cum
ſequ. & fol. 174. cum ſequ. qui deponunt,
dicta caſalia eſſe diſtrictualia Meſſanæ, il-
liuſque habitatores vocari, vt diſtrictuales
ab Vrbe Meſſanæ in belli occurrenti neceſ-
5 ſitate, iuxta priuilegium Regis Roger. fol.
86. deponunt teſtes, fol. 170. cum ſeq. quo-
rum depoſitio ſufficit; quia territorium, &
confines probantur per teſtes, cap. cum cau-
ſam, de probation. l. in ſumma. §. item Labeo. vbi
gloſ. & Bart. ff. de aqu. pluu. arcend. Bald. in conſ.
420. num. 1. volum. 1. & in conſil. 286. volum.
2. Soci. in conſ. 89. colum. 1. volum. 1. quibus ac-
cedit Maſcard. qui alios citat concl. 395. Secun-
do ex priuilegio imperatoris Caroli V. licet
ſubreptitiè obtento ſuper iuriſdictione ci-
uili dictorum caſalium à Franciſco Spata-
fora patre don Federici, de quo in eulog.
fol. 195. & in contra eulog. partis. fol. 255.
in quo aſſeruit d. de Spatafora pater tenere
dicta feuda ſeu caſalia in diſtrictu Meſſanæ,
vnde non poteſt ab aduerſario inficiari: tum
quia eodem vtitur priuilegio, ex reg. quod
6 ſemel. cum conc. de reg. iur. in 6. tum quia
ex confeſſione ſua reſultat probatio, quæ
eſt potentior omni ſpeciẹ probationis. l. fin.
Cod. de fideicom. l. generaliter. Cod. de non numer.
pecu. Grau. in conſil. 61. num. 3. & in conſil. 171.
num. 4. Gramm. in deciſ. 36. num. 66. Menoch. de
recup. remed. 1. num. 188. cum ſeqq. Maſcar. qu.
7 7. num. 4. in 1. volum. Tum etiam, quia con-
uincitur ex aſſertione Principis, cui credi-
tur, ſi aſſerit, aliquid ſibi ab impetrante fu-
iſſe narratum; ex Clem. 1. de prob. Fede. de Sen.
in indiuiduo in conſil. 117. quem refert, & ſequi-
tur Maſcard. concluſ. 1228. num. 39. Tertio, &
vltimo, conſtat ex poſſeſſione, ſeu quaſi cau
ſata ab exercitio iſtius iuriſdictionis, habi-
to in dictis caſalibus, vt patet ex actis iuriſ-
dictionalibus celebratis in diſcurſu viſitæ
fol. 118. cum ſeq. etiam ad proſecutionem
d. de Spatafora, fol. 123. quod probat hæc
8 loca eſſe diſtrictualia, nam exercitium iu-
riſdictionis criminalis in loco, probat lo-
cum eſſe de territorio. Bald. in l. data opera.
num. 43. Cod. qui accuſ. non poſſ. quem ad hoc al-
legat Brun. in conſ. 34. num. 16. D. Apont. in con-
ſil. 51. num. 4. & 30. Præſumitur enim locus
illius eſſe, ratione exercitij iuriſdictionis,
qui iuriſdictionem exercet, Abb. in conſil. 62.
num. 18. volum. 2. Maſcard. in dict. concluſ. 395.
num. 33.

Itaque poſito, quod iſta caſalia ſint di-
ſtrictualia, conſequens procedit, quod me-
rum & mixtum imperium ſpectat ad Magi-
ſtratum Meſſanæ, quod oſtenditur ex tri-
bus. Primo vigore priuilegiorum conce-
dentium, iuriſdictionem cum mero & mix-
to imperio in diſtrictu, ex qua conceſſione
probari illam iuriſdictionem inquit Maſc.
in concluſ. 1052. in princ. ex glo. in dicta l. 1. cum
concor. ff. de tutor. & cur. dat. ab his. Secundo
ex relatione don Ferdinandi Gonzaga o-
lim Siciliæ Proregis, facta ad inſtantiam
Franciſci Spatafora in eulog. fol. 226. qui
licet voluit fauere partes d. de Spatafora
reſpectu ciuilis iuriſdictionis petitæ ab Im-
per. Carol. 5. æternæ memoriæ, refert tamen
merum & mixtum imperium in d. caſali-
bus adminiſtrari per magiſtratum Meſſa-
næ, qua relatione vſus eſt d. de Spatafora, ad
obtinendum iuriſdictionem ciuilem (licet
ſurreptitiè) in eulog. fol. 195. & in contra
eulog. fol. 255. Vnde ad præſens illam non
poteſt inficiare, ex vulgar. Tertio & vltimo,
ex diſpoſitione iuris: nam dato, quod d. ca-
ſalia ſunt in diſtrictu (vt eſt notorium) ſe-
quitur, quod illa ſubijciuntur Meſſanæ, &
magiſtratui, habenti merum & mixtum
9 imperium in diſtrictu; quia iuriſdictio ineſt
toto territorio, ſicut nebula in tota palude,
Bald. in l. imperium, ff. de iuriſd. omn. iud. Angel.
in l. ſi fines. ff. de euict. Abb. in cap. ſi diligenti. in
2. notab. & ibidem Felin. de præſcript. Pariſ. conſ.
16. num. 21. volum. 4. Curt. Iun. in conſ. 41. nu.
9. & in conſil. 158. num. 24. & in conſil. 184.
num.

Digitized by Google

10 *num.8.*hinc eſt, quod villa poſita in comi-
tatu alicuius ciuitatis, præſumitur eſſe illi
ciuitati ſubiecta. *l. nulli. et.ibi Bald. colum. 3.
de epiſcop.& cleric.cap.ad decimas. de reſtit.ſpol.
in 6.Bart.in l. 1. §. cum Vrbem. colum. 1.de offic.
præfect.Vrb.Alciat.de præſum.reg. 2.præſumpt.
20.num.3. Menoch. late de præſumptio. libr.3.
preſum.* 100. Quinimo locus illius iuriſdictio
nis eſſe præſumitur, cui magis adiacet, vt
notat *Bald.in cap.cum olim.de reſcript. & ſequi-
tur Alex.in addit.ad Bart. in l.ſi conuenerit. §. ſi
nuda.ff.de pignorat.act. illudque tenet Hieron.de
Mont.in tract.ſi.rege.in. cap.83. quem refert, &
ſequitur Maſcard.in concluſ.946.num.26.* vnde
ne diu inſiſtam in demonſtratione rei de-
monſtratæ, concludo merum & mixtum
imperium de quo tractatur, fore, & eſſe Vr-
bis Meſſanæ, illiuſque Straticoti & magi-
ſtratus, & non alterius, virtute priuilegio-
rum, & ideo, cum alias don Federicus fuiſ-
ſet conſtitutus Capitaneus armorum in Ve-
netico à ſua Exc. occaſione peſtis, volens
vti iuriſdictione, fuerunt omnia allegata
& declarata, tendere contra priuilegia, illa-
que fuerunt ad priſtinum reducta, in eulog.
fol. 188. & 210. Ex quo Straticotus & non
alius eſt iuſtitiarius in diſtrictu, iuxta priu.
leg.Reg.Manfr.fol.92. & in ciuili 151.

Nec veritati prædictæ refragantur duo
motiua quæ fiunt ex aduerſo. Primo, quod
vna ſemel, quod fuit conceſſa ciuilis iuriſ-
254 dictio ab Imperatore, in anno 1543. in eu-
logio fol. 295. & in contra eulog. 255. ei-
dem de Spatafora, merum & mixtum im-
perium pertinuit ad magnam Curiam: vn-
de potuit recte illud emere. Secundo,
quod eo ipſo, quod ipſe obtinuit ſententias
magnæ Curiæ, & conſiſtorij in anno 1585.
& 1587. in contraeulog. fol. 27. & 29. per
quas fuit dictum iuriſdictionem ciuilem
ſpectare ad ipſum D. Federicum, & non ad
officiales Remettæ, & per conſequens fue-
runt à territorio dictæ terræ ſeparata caſa-
lia prædicta, illa exierunt à diſtrictu Meſſa-
næ, & fuerunt libera à iuriſdictione magi-
ſtratus dictæ Vrbis, quæ non poteſt ad præ-
ſens aliquid prætendere.

Nam quoad primum, dato pro nunc an-
tecedente pro vero, quod rite fuiſſet obtē-
ta iuriſdictio illa ciuilis, tamen falſa eſt cō-
ſequentia, quod per hoc merum, & mixtū
imperium fuit deuolutum ad Regiam Cu-
riam. ex duobus.

11 Primo, quia illa non eſt de intentione
Imperatoris, ex tribus. Primo, quia Prin-
ceps non intendit auferre ius alterius, nec
reſcribendo vult aliquem præiudicare, ſed
potius ius alterius eſſe ſaluum, *ex l.2.§.me-
rito.& §.ſi quis à Trincipe.ff. ne quid in loc.publ.
& cap.ex tuarum.de author.& vſu.pal. late Fe-
lin.in cap.cauſam, quæ verſ. interpretatio. de re-
ſcript.Dec.in conſil. 11.num. 4.& in conſil.271.
& in conſ.606.n.17.Alc. de præſ. reg.3. præſ.
11.Gozad.in conſil.9.num.24. Socin. Iun.conſ.
77.volum. 1.Menoch.de arbitr. iudic. quæſt. 9.
num 11.& in conſ. 294.num. 20. volum. 3.&
D.Apont.in conſil.59.* quod in ſpecie locum
habet in regno Siciliæ, in quo reſcripta qua-
liacunque ſint, interpretantur, ſaluo iure
tertij, ex capitulo Regis Martini, 29. & Al-
fonſi 436. Secundo, quia ante conceſſionem
iuriſdictionis ciuilis præceſſit conſultatio
don Ferdinandi Gonzaga, qui, vt ex ea pa-
tet fol. 226. conſuluit Imperatorem poſſe
iuriſdictionem ciuilem concedere Franci-
ſco Spatafora, ex quo nullum generatur
præiudicium Meſſanæ, nempe Regia Maie-
ſtas non derogat per dictam conceſſionem
priuilegijs meri & mixti imperij, & illius
poſſeſſionis, ac cauſarum appellationis di-
ctæ Vrbis: & ideo conceſſio ſubſecuta, præ-
ſumitur facta, iuxta conſultationem præce-
dentem, quia actus ſequens præſumitur fa-
12 ctus in exequutionem præcedentis tracta-
tus, ex *l.3.§.verum. ff. de manu.l.qui in aliena.
§.ſi is qui putabat.& ibi notant DD.ff.de acquir.
hered.l.pignori.§.fin.ff. de vſucapio. conueniunt
tradita per Alex.& Iaſ.in l. poſt dotem.ff.ſolut.
matrim.& in l.1.§.nuntiatio.ff.de op. nou.nunc.
quibus accedit Alciat.de præſum.reg. 2.præſum.
24.* de quo fidem facit Imperaror in priuil.
fol. 195. & in contraeulog. fol. 255. qui aſ-
ſerit, illam concedere ad conſultationem
præfati Proregis, cuius Principis aſſertioni
ſtandum eſt, tanquā de facto proprio, iuxta
Clem.1.de prob. Tertio, & vltimo, quia pri-
uilegia Meſſanæ, quorum vigore iſtud me-
rum, & mixtum imperium competit vrbi,
& Magiſtratui, ſunt ex cauſa meritorum,
quia auro & ſanguine ciuium ſunt acquiſi-
ta, prout ipſa priuilegia teſtantur, quæ pro-
pter hoc tranſeunt in vim contractus. *Bald.
in l.qui ſe patris.num.1.verſ. hoc ſcias. Cod. vn-
de lib.Cano.in cap.nouit.de iud.& in cap. 1. vbi
late dixi de prob. Alexand. in conſil. 216.num.
6.& 7.volum.2.Socin.in conſi.87.num.12. vo-
lum.1.Gramm. in deciſ. 65. num. 25.* quibus
non intendit Princeps præiudicare, ne à fi-
de data diſcedat, quod graue eſt Principi.
*Aym. Crau. in conſil. 241. num.19.Volum. 2.
Ceph.in conſil 545. num. 10. volum.4.Roland.
in conſ.1.num.32.volum. 2.* nempe etſi vellet,
non

non poſſet, etiam de poteſtare, abſoluta, abſque cauſa, *Bald. vbi ſupra Iaſ. in conſ.65. num.2.volum.1. Calc.cons.51.col.pen. Roland. in cons. 13.ſub. num.20. & ſeq. & num.32. & in conſ.26. num.35.vol.3. Cephal.in cons. 549. num. 86. & ſeq. vol.4. & Rod.in tract. de abſolut. Princ. poteſt. cap.6.num.193.* Cum concord. alias allegatis in hoc ſupremo Italiæ Senatu, & tanto magis hoc locum habet, reſpectu Meſſanę, in qua Regia Maieſtas ſibi complacuit in recompenſationem ſeruitiorum, non vti abſoluta poteſtate, ſed legibus ordinata, Roget.in priuil.fol.86, & in ciu.fol. 140.

Secundo patet falſitas cõſequentiæ, quia non eſt de iure neceſſaria, nam incompati-
14 tibile non eſt, quod dict. de Spatafora ſit baro cum iuriſdictione ciuili caſalium Venetici, & merum, & mixtum imperium in eiſdem locis ſit Meſſanę, & illius Curię ſtraticotialis, quod probat vnus ex conſulentibus in hac cauſa, poſt *Afflict. in conſt. regn. Si dubitatio. cum concor. traditis à Capibla. in tract. de autho. baro. prag,8. in 1. par. num. 34.* Qui tenent quod iuriſdictio in terra baronis poteſt eſſe penes alium, prout in terminis noſtris patet ex Priui. Regis Manfredi, qui voluit, quod Iuſticiarius in diſtrictu Meſſanæ in omnibus terris, & locis tam demanij, quam baronum, ſit Straticotus Meſſanæ: quia non eſt inconueniens, quod Caſtrum ſit penes vnum, & Iuriſdictio penes alium, *Inno. in cap. dilectus de cap. mona. Bald. in. cap. p. §. e contrario num.4. & ibid Aluar. & Prepo. num.2. Marti. laud. num.9. & Afflic. in p. not. de inueſt. de re. ali. fac. Oldr. cons. 121. num.9. Menoch. lib.3. preſ.97. num.5. Aroſen. de feud. cap. 5. concl.6. num.7. ſentit. Afflic. in cons. Regni, ſi dubitatio num.2.* Franc. decis.22. *& Apont. in cons.57. num.6.* & magis in terminis non eſt nouum in eodem loco, ciuilem eſſe penes vnum & criminalem iuriſdictionem eſſe penes alium, ex traditis per, *Luc. de Pen. in l.2. col.2. C. de exact. et trib. lib.12. Capi. in deciſ.27. & Capibla. vbi ſupra num.262. Folle. in prac. in verb. audiantur accuſatores ſub nu.95. & Ioan. de Arno. in ſoli loq.24.* quinimo in eodem caſtro iuriſdictio poteſt eſſe penes duos in ſolidum ex traditis per, *Bart. in l. fin. in fin. ff. de rer. diuiſ. Bald. in l. cetera. §. ſi duobus ff. de lega.1. & alios, quos allegat idem Capic. vbi ſupra num. 9. Brun. cons. 30. Rolan. in cons. 16. vol.2. Natt. cons.87. & Surd. in cons.47. nu.4.* Ex quibus patet falſitas conſequentiæ, quæ ſit in hoc primo motiuo.

Nolo tamen omittere, poſtquam occaſio ſe offert, quòd iuriſdictio ciuilis, quam aduerſarius contedit, ſibi fuiſſe conceſſam, ex qua conceſſione audet pręmiſſam falſam conſequentiam facere, ſtat ſub capillo, & de ea pendet lis inter ipſam vrbem, & Don Federicum in tribunali Conſiſtorij Siciliæ. Nam quis non videt, quòd priuilegium conceſſionis pro eo non ſuffragatur, ex duo-
15 bus. Primo ſtante ſubreptione manifeſta, quæ in gratioſis vitiatur ipſo iure, *Felin. in cap. ad audientiam. el 2. nu.22. de reſcrip. Soci. in cons.13. Vol.1. Cra. in conſ.68. num.2. Socin. Iun. in cons.77. num.82. & ſeq. vol.1. Paris. in conſ.31. num.22. vol.1. accedit Menoc. de arbit. iudic. caſu 201. num.2. conueniunt tradita à me in cap. ſuper literis. in 1. nota. de reſcri.* Nempè expoſuit Franciſcus Spatafora pater Don Federici, hæc feuda, ſeu caſalia fuiſſe obtenta à ſuis anteceſſoribus, ex priuilegijs, quorum virtute ad eos ſpectabat iuriſdictio ciuilis, quem non curauerunt eius anteceſſores exercere, propter vaſallorum paucitatem, quæ interim detinebantur occupata ab officialibus Remettæ, à quibus per iudicialem ſententiam potuiſſet obtinere. Sed ad euitandum litium expenſas, eam gratioſe petijt ab Imperatore, quam (habita conſulatione præfati Don Ferdinandi Gonſaga, qui voluit fouere partes d. de Spatafora, ſtantibus, expreſſis) obtinuit. Et certe ſi inſpicitur priuilegium Venetici, Conradus Spatafora primus acquiſitor aliud nõ obtinuit à Rege Alfonſo, emptionis titulo, in anno 1446. niſi terras aratorias feudales Venetici: ex quo, licet in actu venditionis appareat fuiſſe venditum d. Feudum, ſeu territorium terrarum feudalium conſiſtens in terris aratorijs, vna taberna, & quatuor capitibus villanorum, cum omnibus & ſingulis iuribus burgenſibus, habitatoribus, ac nemoribus: per quæ verba poſſit prætendi iuriſdictio ciuilis, ſi priuilegia Meſſanæ non obſtarent (vt inferius dicam) tamen d. verba fuerunt in mandato Secretarij ſuæ Maieſtatis correcta. Itaquod ſimpliciter terræ aratoriæ fuerunt venditæ, vt legitur in priuilegio de quo in contraeulog. fol.237. Hinc eſt, quod poſt mortem Conradi, Federicus Spatafora filius obtinuit confirmationem à Rege Ioanne, anno 1457. & expreſſit poſſidere Veneticũ conſiſtẽs in terris aratorijs, & vna taberna, abſq; alia mẽtione vaſſallorum, ſciens pro certo, quia factum erat de recenti. nihil aliud eius patrem obtinuiſſe à Rege Alfonſo, niſi terras feudales, in eod. fo. Cum itaque

N hæc

hæc falſitatis expreſſio fuit cauſa conceſſio-
nis, vt ex proœmio d. priuilegij colligitur,
quod mentem loquentis, & finem cuius li-
bet diſpoſitionis oſtendit, ex allegatis per
Alexan. in cons. 7. num. 3. Vol. 1. certum eſt, il-
lam reddere gratiam ſubreptitiam, & per
16 conſequens ipſo iure nullam: nam vbi fal-
ſo aliquid exprimitur, quod eſt cauſa gra-
tiæ, aut ſaltem illam facilitat, gratia red-
ditur ſubreptitia, *c. poſtulaſti, extra de reſcrip.*
Iaſ. in l. 1. nu. 2. C. ſi cont. ius vel vtil. public. Deci.
in cons. 541. num. 20. Goza. in cons. 6. nu. 6. Me-
noc. vbi ſupra num. 2. Maſcar. in conclus. 846. in
p. Dec. in dict. cap. ſuper literis. Vbi dixi extra de
reſcrip. Accedit huic ſubrreptioni illa in-
uerſimilitudo, ſub qua impetrans illam ve-
lauit, nempe expreſſit ſuos anteceſſores, nō
curaſſe exercere iuriſdictionem ciuilem, ob
paucitatem vaſſallorum, quod an ſit veriſi-
mile, prudens iudex arbitretur, ſcio enim,
quod nemo præſumitur iactare ſuum, *l. cum*
de indebito. ff. de probation. l. qui vas. §. vetare. ff.
de furt. Vnde Ariſto. lib. 3. ethic. cap. 1. inquit:
Neminem ſuas fortunas ſponte eijcere, me-
minit, *Maſcar. in conclus. 554. num. 2.* Hinc eſt,
quod allegare iactum rei ſuæ, eſt quid inue-
riſimile, *cap. quia veriſimile. extra de præſum-*
ption. Becc. in cons. 101. num. 45. vol. 1. & ma-
xime ſi de iactu iuriſdictionis tractatur. in
qua conſiſtit honor qui pręcęteris rebus di-
17 ligitur: & vitæ præfertur, *l. iſti quidem. §. pe-*
nul. ff. quod met. cau. Soci. Iun. in cons. 34. nu. 40.
vol. p. Neuis. in ſylu. lib. p. num. 24. Menoch. de
arb. iudi. cas. 377. num. 19. & cas. 399. num. 7. &
18 ideo in deprehendenda huius rei ueritate,
quod eſt veriſimile, iudex debet conſidera-
re, *Aret. in cons. 9. col. 2. Crau. in cons. 61. nu. 9.*
Nec inueriſimili à Iudice eſt præſtanda fi-
des, *Ancha. cons. 257. Roland. alios citans in cōſ.*
11. num. 70. & ſeq. vol. 3.

Secundo non ſuffragatur priuilegium,
eſto qđ pręmiſſa ſub reptio ceſſaret, & prę-
fatus de Spatafora oſtenderet, per eius aſ-
ſerta priuilegia, habuiſſe hec feuda cum iu-
riſdictione ciuili, quia refragantur Priuile-
gia antiquiora Meſſanæ, in cuius diſtrictu,
& iuriſdictione ſunt ipſa feuda, in quorum
pręiudicium talis iuriſdictio concedi mini-
19 me potuiſſet. Nempe conceſſa iuriſdictio-
ne, illa cenſetur conceſſa, quæ eſt penes
concedentem tempore conceſſionis, *Apont.*
in conſ. 51. nu. 12. Et non illa, quæ prius fuit
conceſſa vrbi Meſſanę, Hinc eſt quod quan-
do conceditur Caſtrum cum Iuriſdictione,
ſi quidem Caſtrum ſubeſt iuriſdictioni al-
terius loci, tunc nulla venit iuriſdictio, *Al-*
nar. in cap. vnico. §. fin. quib. mod. feu. ami. Capi-
bl. alios citans de auct. Baro. in prima par prag.
20 *8. num. 32.* & ideo villa exiſtens in territorio
alicuius ciuitatis, illiuſq; iuriſdictioni ſub-
iecta, alteri concedi non poteſt, vt conſul-
uit, *Alex. in conſ. p. vol. 5. quem refert, & ſequi-*
tur Pet. de Grego. de Conces. feud. in p. par. quæſt.
6. Qui in ſpecie infert ad oppida ſita in di-
ſtrictu Meſſanæ, vt illa in preiudiciū magi-
ſtratus illius vrbis concedi non poſſint, &
licet non ignorē non nullos ſentire contra-
rium, vt per, *Bald. in c. p. num. 3. de nat. feudi*
Put. in decis. 39. num. 40. Natt. in cons. 640. nu.
18. & 19. Hyppol. Rimin. in l. imperium, num.
245. ff. de iuriſ. omn. iud. Burſa. in cons. 160. num.
88. vol. 2. Curt. Iun. in tract. de feud. in 2. par. q. 2.
fol. mihi 167. in par. impres. Couar. *prac. quæſt.*
cap. p. ſub nu. 10. in conclus. 10. Quod verius
eſſe atteſtatur, *Intr. de feud. cent. p. queſt. 68.* ex
eo, quod poteſt princeps ſeparare Caſtrum
à Caſtro, ſicut poteſt vnire, *Bal. in cons. 327.*
incip. pridie, col. 4. verſ. pro domino, vol. p. Crau. in
cons. 411. num. 20. Soci. cons. 7. col. p. vol. 3. Ias.
cons. p. in 2. dubio, Vol. p. & in cons. 10. col. 3.
vol. 3. Soci. Iun. in cons. 91. num. 4. vol. 2. Meno-
ch. alios congerens in cons. 264. num. 63. vnde
poteſt eximere Caſtrum, à iuriſdictione ci-
uitatis, & alteri concedere, ad tradita per,
Honde. in conſ. 13. preſertim. num. 14. vol. p. Ta-
men vbi Ciuitas, cui Caſtrum ſub eſt, inni-
titur priori conceſſioni factæ a principe, vt
in hac facti ſpecie, tunc verius eſt qđ impre-
iudicium illius ciuitatis, alteri cōcedi non
poteſt, iuxta priorem ſententiam, vt expreſ
ſe voluit idem, *Bald. in d. cap. p.* & maxime ſi
illa prior conceſſio procedat ex priuilegijs
in uim contractus, *Moro. in cons. 46. & Meno.*
in d. cons. 264. nu. 64. quod ſentit manifeſte Pet.
de Grego. in d. queſt. 6. dum ait quod oppida,
in diſtrictu Meſſanę non poſſunt concedi in
preiudicium magiſtratus, maximè obſtan-
tibus priuilegijs illius Ciuitatis; Patet ergo
ex prędictis quo titulo Don Federicus poſ-
ſidet dictam Iuriſdictionem ciuilem, ſed
quia res alibi pendet, ſatis ſit hæc inſinuaſ-
ſe ad excluſionem illius conſequentiæ, &
hæc quo ad primum.

Quo vero ad ſecundum motiuum, dico
pariter, illud adeo leue eſſe, quod alia re-
ſponſione non indiget: ſed ne ſub ſilentio
tranſeat, dupliciter reſpōdeo. Primo, quod
21 ſententiæ, quibus lętatur pars ex aduerſo,
fuerunt obtentæ contra Rimettam, & ideo
non poſſunt præiudicium inferre vrbi Meſ
ſanæ, illuſque magiſtratui, tanquam res in-
ter alios acta, *l. 1. C. res inter alios acta, Capic.*
in de-

in decis. 107. *Vincen. de Franc. in deciſ.* 523. *nu.* 13. cum vulg. & maxime in hoc, quod pars prætendit, quod vigore illarum ſententiarum, caſalia iſta exierunt de diſtrictu Meſſanæ, & remanſerunt libera à iuriſdictione magiſtratus, quod principaliter reſpicit intereſſe illius vrbis, & per conſequens debebat Meſſana principaliter citari, & audiri, *idem, Franc. deciſion.* 523. *num.* 16. Quinimo, dato quod non ageretur de eo, quod principaliter tangit Meſſanam, adhuc tñ debebat citari ad effectum inferendi præiudicium, iuxta doctrinam, *Alex, a qua omnes viuunt, in l. de vnoquoque. in vltim. limit. ff. de re iud. in qua inclinaſſe ſacrum Conſ. refert. Capic. vbi ſupra num.* 9. Illamque admittit, *Franc. in loc. præcit.* ſuper quo non curo inſiſtere, quia nihil ad rem, vt ſtatim dicam in ſecunda reſponſione. Secundo reſpondeo, quod ex aſſertis ſententijs, non poteſt reſultare effectus prætenſus, quod dicta caſalia fuerint effecta extra diſtrictum Meſſanæ, & libera à iuriſdictione magiſtratus d. vrbis, dato in fortioribus terminis, quod illud iudicium fuiſſet agitatum cum vrbe Meſſanæ. Nam dictæ ſententiæ loquuntur reſpectu iuriſdictionis ciuilis, vt ex eorum lectura patet in contraeulog. partis, fol. 27. & 29. Et declarauit Tribunal Conc. in quadã interlocutoria, de qua in ſcripturis nouiter preſentatis: & ideo non debent extendi ad diuiſionẽ diſtrictus, & operari ex emptionẽ à mero & mixto imperio, quod differt à ciuili iuriſdictione, *ex Bar. & alios in l. imperium. vbi eſt materia ſua ff. de iuriſdict. omn. iud.* Tum,

22 qa ſentẽtia eſt ſtricti iuris, & debet intelligi in terminis, de quibus loquitur, *l.* 1. *C. ſi plu. Vni. ſent. Deci. in conſi.* 43. *col.* 2. *Franc. in deciſ.* 172. *num.* 8. *Menoch. cons.* 495. *num.* 42. vnde tantum diſponit quantum loquitur, *Deci. in l. ius. noſtrum. num.* 11. *ff. de reg. iur. Menoch. in cons.* 80. *num.* 39. *& in cons.* 611. *num.* 15. Tum etiam, quia diuiſio iuriſdictionis ciuilis, de qua ſententiæ loquuntur, reſpectu officialium Rimettæ, non importat diuiſionem territorij, *ex l.* 1. *& ibid. Ange. C. de metro. Beri lib.* 11. *glo. in Clem. ne Romani. in verb. diœceſis. de elect. Brun. poſt alios, quos allegat in conſi.* 34. *ſub. num.* 5. *Didac. Pract. qq. cap.* 37. *verſ. Primus quidem caſus: quod ſupponit Franc. in decis.* 22. *& clarius poſuit in decis.* 316. *nu.* 4. *& D. Apont. in cons.* 51. *num.* 7. Diuiſio enim territorij eſt præiudicialis, *Capic. in ſua inueſt. feud. in verb. feudorum diuiſio. Apon. in d. conſ.* 51. *num.* 12. *& in cons.* 57. *num.* 54. Hinc eſt, quod ſegregationes locorum non fiunt caſu, ſed cauſatiue, & cum maxima cauſæ cognitione, *vt notant DD.* & in ſpecie *Ioan. de Platea in d. l.* 1. Vnde mutatio confinium non præſumitur. *Felin. in cap. cum cauſam, col. pen. verſ. Secundo ſcias. in fin. de proba. quem refert Alber. Brunus in loco præcitato, & Paul. de Castr. in l. Caius & Seius. in §. Titius. ff. de legat.* 2. *per illum tex.* tenet, quod diuiſio eius, quod ante erat vnitum, non cenſetur facta, niſi interueniat actus facti notabilis, *D. Apont. in cons.* 63. *nu.* 39. *&* 40. Qua de re neſcio, quo iure prætenditur hæc diuiſio diſtrictus, virtute illarum ſentẽtiarum, niſi licitè poſſit ex diuerſis inferri, contra *text. in l. Papinianus. cum vulg. ff. de* minor, & ideo audacter concludendum eſſe arbitror, in hoc primo capite principali; quod merum & mixtum imperium in d. Caſalibus, vti de diſtrictu, ſpectat ad vrbem Meſſanæ, illiuſque Straticotum, vigore priuilegiorum: & ideo legitime fuit declaratum, venditionem, de qua agitur, eſſe contra priuilegia, reſpectu Meſſanæ, & illius Magiſtratus: & ex his conſtat, Vrbem, & magiſtratum Meſſanæ, in meritis proprietatis, ius, & iuſtitiam fouere.

Deuenio ad ſecundum caput principale, reſpiciens merita poſſeſſionis, in quo videtur prima fronte, qđ legitime prętenditur ex aduerſo, reintegratio poſſeſſionis, ſeu quaſi, meri, & mixti imperij, de quo tractatur, ex quo videtur ꝙ pars probet, poſſeſſionẽ fuiſſe ab anno 1594. ab eo tpe, in quo ipſa obtinuit poſſeſſionẽ iuriſdictionis ciuilis, apud Regiam Curiam, ex ſcripturis pręſentatis in eius contraeulog. fol. 103. vſque ad fol. 213. & fol. 227. & 229. in qua poſſeſſione poſt emptionem de qua in eulog. fol. 44. de menſe Auguſti. 1603. videtur, quod aduerſarius continuauit exercendo iuriſdictionem criminalem, & ideo non potuit, vigore declarationis contra priuilegij, & per actum reductionis ad priſtinum, de facto eius poſſeſſione ſpoliari, vnde in primis debet reintegrari, ex vulg. regul. quæ patet

23 lippis & tonſoribus, quod ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, *ex l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem Iul. de vi publ. ex l.* 1. *§.* 1. *ff. de vi, & vi armat. ex cap. reintegranda.* 3. *quæſt.* 1. *l. ſi de vi ff. de iudi. l. ſi maritus C. de dona. int. vir. & vxo. & l. p. c. ſi per vim vel ali. mod. cum ſimil.* quæ vendicat ſibi locum, etiam in prædone, *cap. in literis. in fin. de reſt. ſpol. l. colonus. & l. cum fundum ff. de vi, & vi armat. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune nu.* 47. *verſ. Secundo amplia. ff. de acqu. poſſeſ. Menoch.* 2. *reſponſ.*

cauſ.fina.in 3. artic. in pri. quod ponitur poſt tracta.de recupera.poſſeſ.de qua reg.latiſſime, Anton.Gabr.in ſuis conclu.tit.de reſt.ſpol. concluſ.1. Quinimo procedit, etiam ſi ſpoliatus per prius ſpoliauit, nempe agens ex ſecundo ſpolio eſt reſtituendus: nec obſtat ei primum, ex trad.per Menoch.d.tract.recup. poſſeſ. remed.1.num.336. Nam expeditum eſt in iure quod ſpoliatus eſt ante omnia reſtituendus, Soci.in cons.12.num.15.vol.p.& integraliter, & ſine diminutione, cap.grauis, & cap.piſanis, de reſti.ſpoli. ad tex. in d.l.p.§. quod autem, & ibi glos.in verb. cauſa, de vi, & vi arm. Paris.cons.105.nu.7.& 8.Vol.3. Itaquod debet reſtitui vſque ad mininum quadrantem, tam quoad poſſeſſionem rei, quam quoad fructus, danna, & intereſſe, c.eiectis, cap.cum eccleſi ſtica & cap.ſi epiſcopus, 3.quæſt.2.Bald. in cap. conquerente num.1. de reſt.ſpolia. Ias. in conſi.162. col. 2.in fin. vol.1. & in l. ſancimus, verſ.4.extende, C.de iudi.Cur. iun.in cons.41.in fin.Rola.in cons.53. num.25.vol.1. Rot.diuerſ. decis.334.par.2.Ant. Gab.de reſti.ſpol. conclus. 1.num.11.& 19. Bero.in d.cap.grauis.num. 2. Menoch. in cons. 758.in fin. Crau.in cons. 140. nu.3.Tuſc.lit.S.conclus.381.nu.7.Surd.in conſ. 166.num.1.lib.2. Peregr.in conſ. 132.num.1. & 2.Vol.5.quod eſt ſtatutū in Reg.Siciliæ in cap. Rit.135.& in cap.Regis ferd.54.Meminit Giurb. qui ita refert deciſum in decis. 39. Maſtri. in decis.198.num.1.& 2.& in decis. 270.nu.7.& & 10.& decis.272.num.1.& 2.& Mari. Mut. ſuper comme.d.cap.Rit.135.num.58.& ſeq. & num.73.

Sed tamen re ipſa diligentiſſime conſiderata in contrarium eſt iuris veritas, quod imo per terminos iuris aduerſarius eſt omnino repellendus, & ex aduerſo Meſſana, illiuſque magiſtratus debet conſeruari in poſſeſſione, ſeu quaſi, in qua legitime repериūtur. Et vt veritas clariori doctrina appareat in hoc capite, duo diſtinguo membra principalia. Primum erit, quod aduerſarius non debet reintegrari, ex quo non fuit ſpoliatus, quia vere nunquam poſſedit; ſed potius ciuitas, illuſque magiſtratus per actum reductionis ad priſtinum continuauit poſſeſſionem, quam ſemper detinuit. Secundum erit membrum, quod dato, ſed non conceſſo, quod fuiſſet ſpoliatus, vt ex aduerſo prætenditur, non per hoc debet reintegrari, & ſic ex omni capite pars aduerſa ſuccumbit.

24 Deuenio ad primum membrum, in quo dico, quod aduerſarius non debet reintegrari, ex quo ei deficit extremum, quod requiritur ex parte actoris in interdicto recuperandi, quod eſt ipſa poſſeſſio, & illius poſſeſſionis priuatio, Abb. in cap. cum ad ſedem, num.28.de reſtitu.ſpol. Alexan.in conſil.6.nu. 5.volum.3.& in cons.89.num.8. vol.5. Paris. in conſi.98.num.23.volu.2.cum concor.traditis per Menoch.in d.2. reſp. cauſ.fin.in 2.art. num. 10. Maſcard.in conclus. 1327. Decia. cons. 23. num.98.vol.1.& Pet.de greg.de iudi. cau.feud. quæſt.17.num.27. Quandoquidem ſemper poſſeſſio, ſeu quaſi meri & mixti imperij, de quo tractatur, ſtetit penes Regiam ſtraticotialem Curiam Meſſanæ, nec illi actus iuriſdictionales M. R. C. & ſucceſſiue Don. Federici, in quibus ipſe ſe fundat, probant poſſeſſionem, ſed vti clandeſtini, turbationem important.

Et pro indaganda hac veritate conſidero, quod Meſſana, & illius magiſtratus, ad quos ſpectat merum & mixtum imperium, de quo agitur, vt probaui in primo capite princ. docent de eius antiquiſſima poſſeſſione, per exercitium actorum, quæ ſunt de gradibus illius iuriſdictionis, de quibus per
25 Bart.in d.l. Imperium.vbi eſt materia ordinaria, ff.de iuriſd.omn.iud. quod exercitium probat illius quaſi poſſeſſionem, Innoc.in capit. dilectus.de capell.monac.Specu.in titu.de inqui.§.1. num.18.Socin.in cons.187.vol.2.Alba in conſi. 64.num.9.& 16.Brun.in conſi.34.num.15.quibus accedit Maſcard.in conclus. 1052.num.15. De quo exercitio conſtat per tot acta iuriſdictionalia in diſcurſu viſitæ, ſucceſſiuis temporibus celebrata, in eulog.fol.118.cū ſequen. & in ſcripturis nouiter præſentatis, ēt ad inſtātia Franciſci Spatafora patris D. Federici, qui proſequebatur homines Venetici coram ſtraticoto in eulog. fol. 123.
26 Quæ acta probant exercitiū iuriſdictionis, & faciunt rem notoriam, Innoc.in c. ex inſinuatione.de appell. Alex.in cons.62.num.24. vol.7.Roland.in conſ.41. num.30. vol.1. Becc. in conſ.40.num.3.vol.1.Surd.in conſ.154.num. 25.& in cons. 118.num. 8. vol.2. late Fari. in pract.crim.q.21.num.14. Præterea conſtat de exercitio per tot banna emanata in diſcurſu viſitæ, de quibus in eulogi. fol.125.132. & 133.à ter. quæ proclamata probant adminiſtrationem iuriſdictionis, Rui. in cons. 2.num.4.vol.4.Nac.in conſi.672.vol.4.quibus & alijs accedit Maſcard.in conclus.946.nu.2. Pariterq; conſtat per appoſitionē Curulæ, in anno 1591. de quo in eulogi. fol.118.a ter, q eſt ſignum meri imperij, & probatur exercitium iſtius iuriſdictionis, prout de erectione furcarū, inquit Oldr.in conſ.161.&

tenet.

tenet Bald.in l.procuratorem.C.mand.& in l. arboribus.§.de illo.ff. de vſufr.& in cap.1. quæ ſit inueſt. quibus pariter accedit idem Maſcar. in d. conclus.946.num.10.

Ex qua re reſultat, quod exiſtente in poſ
ſeſſione Regia Straticotiali Curia Meſſanę,
non poterat M.R.C.& ſucceſſiuè d.Federi-
cus per illa acta pretenſa acquirere quaſipoſ
ſeſſionem,quæ prętenditur,inſcio magiſtra-
27 tu Meſſanæ, ex quo quaſipoſſeſſio incorpo-
ralium non acquiritur,niſi ſciente & patien
te eo,de cuius agitur pręiudicio,*Bart.in l.1.
in fin.ff.de aqu.pluu.arcen. Bald.in l.2.num.12.
C.de ſeru.& aqu..Abb.in cap.cum eccleſia Sutrina.num.25.& ibidem Rip. num.64. de cauſ.poſ.
& prop.Rolan.in conſi.9. num. 43.vol.3. Socin.
in conſi.187.Vol.2.Eru.in conſ.20.ſub.num.21.
Pariſ.in cons.112.num.46.& in cons.114.nu.
20. Vol. 1.cum concordan. per Menoch. de arbitr.iud.cas. 161,num.4.* qui teſtatur de com-
muni, & ibidem *num.3.* infert in indiuiduo,
quod quaſipoſſeſſio iuriſdictionis non quæ-
ritur, niſi data ſcientia domini,poſt *Aretin,
in conſ.42.num.4.Capic.in terminis in decis.57.*
In qua S.C.iudicauit pro conuento in iudi-
cio poſſeſſorio iuriſdictionis, licet actor
probaſſet exercitium illius, ſed non funda-
uit exercuiſſe ſciente eo, cuius intereſt, *Menoch.cons.147.num.55.vol.2.* Quæ ſcientia
non præſumitur, *ex l.verius.ff.de prob.cum concord.traditis in comm. cap. ſuper literis.in glo. in
verb.ignorantia.de reſcrip.* pariter quę nec pa-
cientia,quia non præſumitur quod quis ve-
lit ſuum negligere, ex vulg. quinimò con-
ſtat contrarium ex illis literis præſentatis
per don Federicum, in contraeulog.fo.25.
in quibus Iurati ſcribunt ſuæ Exc. in anno
1603.quod non porrigat aures in venditio-
ne meri & mixti imperij Venetici, ex quo
illud eſt contra priuilegia, & in præiudi-
cium regij Straticoti,ex quo datur, intelli-
gi,an data ſcientia paſſi eſſent Iurati & Ma-
giſtratus ab alijs merum & mixtum impe-
rium ibid. adminiſtrari.

Qua propter illi actus prætenſi iuriſdi-
28 ctionis M.R.C.in quibus ſe fundat aduerſa-
rius, vti clandeſtini, non poſſeſſionem, ſed
turbationem important, *Afflic.in decis.167.*
nam conſtito de ipſius vrbis,& magiſtratus
poſſeſſione, vtique poſſeſſio iunior dicitur
clandeſtina & vitioſa, *cap.licet cauſam, vbi
DD.de proba. Gozad.in cons.86. num.7. Pariſ.
cons.126.Vol.4.quibus & alijs accedit Roland.
cons.46.nu.40.vol.2.& cons.72.nu.2.eod.vol.
& cons.9.num.12.vol.3.idem Roland.in conſi.
41.num.13.eod vol.* Et ideò in poſſeſſorio iu-
dicio debet obtinere Meſſana,quę docet de
antiquiori poſſeſſione, ex traditis à *Roland.
in dict.conſi.9.in 3.conclus.num.29. late Menoch.de reti.poſſ.remed. 3. numer.725.* qui iſtud
intelligit, etiam ſi iunior poſſeſſio fuerit cū
titulo, dummodo titulus fuerit acquiſitus
poſt antiquiorem poſſeſſionem alterius, vt
in caſu iſto, per plura, quæ ipſe *allegat ibid.
num.36,*

Ex quibus infero, quòd potuit Meſſana,
illiuſque magiſtratus eius poſſeſſionem,
29 quam quis animo detinet, etiam per lon-
gum tempus, *l.licet cum ibi notat.ff. de acquir.
poſ.l.furtum.§.fundi.ff.de vſucap.& l.ſi de eo,§.
ſi forte.ff.de acq.poſſ.* continuare, nedum au-
toritate iudicum ſtraticotialium regiorum
delegatorum, prout fecit,ſed etiam popria
autoritate, in fortioribus terminis, vbi na-
turalis per alium fuiſſet occupata, *l.clam
poſſidere.§.qui ad nundinas, cum ibi not. Vbi Iaſ.
num.23.& in l.ſeq.ff. de acquir. poſſeſ. Abb. in
cons.78.num.5.Paris.in cons.24.num.19.Vol.
1.Bart.in l.1.§. interdictum. ff.vti poſ.& in l.1.
C.vnde vi..Alexand.in conſi.6.num.13.Vol.3.
Menoch.in d.reſp.cauſ.fin.in 2.artic.num.29.* Et
ſic non video ex prædictis, quo colore po-
teſt aduerſarius prætendere reintegrationē
poſſeſſionis, quam non habuit, deficiente
extremo ex parte ſua, vt dictum eſt,& ideo
debet ciuitas conſeruari, prout in terminis
fuit deciſum in S.C. referente, *Capic.in d.deciſio.57.*

Nec huic membro refragantur illa duo,
quæ ex aduerſo afferuntur,ad oſtēdendum,
quòd Meſſana amiſſit, vna cum eius magi-
ſtratu poſſeſſionem meri & mixti imperij,
quæ tempore emptionis per eum factæ,de-
tinebatur per M. R. C. & ſucceſſiue per ip-
ſum de Spatafora.

30 Primo afferuntur literæ Viceregiæ de an-
no 1588. 1596. & 1602. in contra eulog.
fol. 55. & ſeq. in quibus Vicerex mandat
Straticoto,quod non accedat ad viſitandū
Veneticum, volens propter hoc oſtendere
poſſeſſionem amiſſam, authoritate, *Bald. licet pars eum non alleget in l.imperium. num. 11.
ff.de iuriſd.omn.iud.* qui ait,quòd poſſeſſio iu-
riſdictionis amittitur, ex quo volens vti
prohibetur.

Sed iſtud non obſtare poſſeſſioni vrbis &
magiſtratus, oſtenditur de facili, nempe
non apparet, literas prædictas fuiſſe intima-
tas Straticoto, quæ tanquam notorie con-
tra priuilegia vtiq; fuiſſent allegatæ, ſi no-
tificatæ fuiſſent, ſed hoc fuit artificium ad-
uerſarij, qui non contentus de occupatio-

Digitized by Google

ne iuriſdictionis ciuilis, cogitauit omni modo meliori, ſe ingerere in mero, & mixto imperio, & ideo ad effectum præiudicandi vrbi & magiſtratui de tempore in tempus obtinebat dictas literas, & apud ſe domi detinebat, cogitans, temporæ ſuo illas producere: hinc eſt quod primæ literę ſunt de anno 1588. & tamen Straticotus acceſſit in anno 1592. ad viſitandum Veneticum, ex actis in eulog. fol. 118. & in ſcripturis nouiter præſentatis, ex quo non conſtat de tali prohibitione, quæ debet probari per aduerſarium, quia facta non præſumuntur niſi probentur, ex vulg. & negatiua ex parte vrbis, & magiſtrarus probatur, eo ipſo quod non conſtat contrarium, *Cano. in cap. quoniam contra. vbi latè dixi & ſcripſi extra de prob. & in cap. bone. il 1. vbi Abb. num. 14. de elect. Bald. in cons. 79. vol. 2. & in l. actor. C. de prob.* Quinimo, ad conuincendum artificium partis aduerſæ, producitur fides. Archiuarij Curiæ Straticotialis, atteſtantis, quod perquiſitis libris, in quibus ſolent regiſtrari literæ & mandata Viceregia, ab anno 1592. vſque ad hodiernum diem, non reperiuntur literę, per quas prohibetur Cu-
31 ria ſtraticotialis accedere ad viſiramdum Veneticum: ex qua fide coarctata ad certam ſcripturam, probatur negatiua, *ex l. Titia textores. vbi Bart. ff. de lega. 1. Bart. in l. fin. C. de reb. credi. Deci. in cons. 424. nu. 19. & in cons. 483. num. 4. & cons. 551. num. 8. Alexand. in cons. 220. vol. 6. Roland. in cons. 41. vol. 1. & in cons. 48. vol. 4.*

32 Secundo affertur lapſus temporis, per cuius lapſum prætenditur ex aduerſo, quod fuerit amiſsa poſſeſsio, eo ipſo, quod Straticotus per decennium non viſitauit caſalia Venerici, quaſi velit, quod licet animo detineatur poſſeſſio per longum tempus, vt dictum eſt: tamen data negligentia decennij, amittitur, *glos. in d. l. furtum. §. fundi. ff. de vſucap. late Bart. in l. ſi de eo. §. ſi forte. ff. de acquir. poſ. Alex. in cons. 6. num. 13. vol. 3. Afflic. in decis. 40. nu. 16. Menoch. de arbitr. iud. cas. 24. cum concor.* Quinimo videtur amiſſum priuilegium per lapſum decennij, *ex l. 1. ff. de nundi.*

Sed iſtud pariter tollitur, nam ſi reſpectu priuilegij loquimur, vtique illud non amittitur ex lapſu decennij, ex duobus. Primo, quia hac priuilegia Meſsanæ ſunt ex cauſa onerosa, & tranſeunt in contractum, vt dictum eſt, & non vendicat ſibi locum, *tex. in d. l. 1.* Nec tale priuilegium amittitur per nō vſum, ex allegatis à *Caro. Tap. in l. fin. ff. de conſt. prin. in 2. par. c. 1. nu. 8. Hier. Gabr. in conſ. 151. num. 11. vol. 2. Petr. Surd. in cons. 419. nu. 30. cum conc. trad. per vnum ex dominis conſulentibus in hac cauſa.* Secundo, quia tractatur de priuilegio cōceſso ciuitati, in quo pariter non procedit *tex. in d. l. 1.* & per lapſum decennij non amittitur, *Ioan. And. in cap. cum acceſſiſſent num. 21. & ibidem Felin. nu. 27. de conſt. Balb. in tract. de præſcr. in 4. par. 4. par. prin. in 4. limit* quod licet videatur dubitabile ex traditis per *Bart. in d. l. 1.* & *Deci. in d. c. cum acceſſiſſent. nu. 73.* Tamen reſpectu Meſſanæ hoc eſt indubitatum, quæ gaudet particulari priuilegio Regis Alfonſi in ſcripturis nouiter præſentatis, quo canetur, quod per lapſum cuiuſcunque temporis talia priuilegia non amittantur: & ſic ſumus in caſu legis, & non cadit difficultas, *vulg. l. ancillæ. C. de furt.*

Si quidem reſpectu poſseſſionis tractatur, illa per lapſum decennij non amittitur,
33 pariter ex duobus. Primò, quia lapſus decennij propter ſe, non eſt cauſa immediata amittendi poſseſſionem, ſed eſt ipſa obliuio, quę pręſumitur ex lapſu temporis, *Alex. in cons. 33. num. 4. vol. 6. Socin. in cons. 38. num. 17. vol. 1. Gozadi. in cons. 9. num. 35.* Hinc eſt, quod ſecundum veriorem opinionem non eſt tempus determinarū, ſed plus & minus ſufficit pro qualitate facti, & perſonarum, ſecundum iudicantis arbitrium, & ita poteſt præſumi negligentia & obliuio, *Alex. in d. l. ſi de eo. §. ſi forte. num. 5. ff. de acquir. poſſ. & in d. conſ. 6. num. 14. vol. 3. Afflic. in d. decis. 40. num. 16. Menoch. in d. cas. 24. quod eſſe commune atteſtatur, Socin. conſ. 2. col. 3. in fin. volum. 3. Socin. Iun. in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 231. ff. de acqu. pos. & alij quos allegat Menoch. vbi ſupra cas. 26. & poſt eum Maſcard. conclus. 1122. num. 10.* Vnde rectè dici poteſt, quod tempus eſt modus inducendi obliuionem, & obliuio eſt modus inducendi diſpoſitionem animi, ex qua reſulrat modus perdendi poſseſſionem, vt declarat, *Maſcard. vbi ſupra num. 9.* qui ait, quod iuris præſumptione per lapſum temporis amitritur poſseſſio, vt declarat, *Din. & aly pereum allegati in cap. ſine poſſeſſione poſt num. 33. de reg. iur. in. 6.* Ex quo infero, efficaciter, quod hæc diſpoſitio tanquam fundata in iuris præſumptione, recipit probarionem iu contrarium, *Canon. communiter in c. 2.* vbi late dixi & ſcripſi, de probat. Et ſic eo ipſo, qđ oſtenditur, quod ceſsat obliuio, ex lapſu temporis præſumpta, ceſsat pariter effectus amiſſionis, *capi. cum ceſſante. cum vulg. de appel.* Quod in facto oſtenditur, tum ex litiſpendentia ſuper ci-

uili

Digitized by Google

uili iuriſdictione, ex qua datur intelligi, quod ſi Meſsana non obliuiſcitur iuriſdionis ciuilis, multò minus obliuiſcitur meri & mixti imperij, illiuſque quaſipoſſeſſionis maioris importantię: pro qua re facit, quod in arduis non ſic de facili cadit obliuio, *Ias. in l. ſi res obligata. num. 39. ff. de leg. 1. Menoch. conſ. 264. num. 13. Vol. 3. & in d. caſ. 26. num. 5. Capic. decis. 69. num. 15. & alij per Maſcar. citati in d. conclus. 1122. num. 21.* Tum etiam ex literis Iuratorum, præſentatis in contra eulog. partis fol. 21. qui habita notitia, quod tractabatur venditio meri, & mixti imperij, ſcripſerunt Viceregi, ne ſuper hoc porrigat aures, quia erat in præiudicium officij ſtraticoti: ex qua re potius diligentia, quam obli-
34 uio colligitur. Talia enim ſunt verba & facta, ex quibus animus hominis arguitur, *Gram. decis. 37. num. 6. Roland. cons. 61. num. 9. vol. 2. Maſcar. conclus. 95. nu. 3. & 5.* Quapropter præſumptio illa temporis tollitur ab iſtis tanquam fortioribus, *l. diuus. ff. de reſt. in integ. cap. literas de præſump. cum concord. trad. in cap. ſuper literis. num. 295. de reſcrip.*

35 Secundo, lapſus decennij non refragatur poſseſsioni, quia Ciuitas, & Magiſtratus habet iuriſdictionem in diſtrictu, in quo ſunt diuerſa loca, & ideo ad effectum retinendi poſſeſſionem in omnibus locis, ſufficit exercere, ſaltem in vno loco ipſius diſtrictus, vt voluit, *Bald. in l. ſi is qui vſufructum. ff. quem ſeru. amit.* Qui tenet, quod vtens iuriſdictione in parte, retinet quaſipoſſeſſionem totius, quod magis indiuidualiter voluit ante eũ *Innoc. in c. dilectus. de capel. mona. col. 2. glo. in verb. poſſeſſorium.* vbi ait, quod ſi quis habet iuriſdictionẽ in aliquibus locis, quanto tempore ſtet, quòd in aliquo illorũ locorum non vtatur iuriſdictione, contra eum non præſcribitur, quia ſemper poſſidet ex quo exercens iuriſdictionem in vno loco, retinet poſſeſſionem in omnibus locis, nec præſcriptio temporis, cuius non eſt memoria, currit, à quibus non diſsentit, *Signo. in cons. 70. col. 7. verſ. venio ad quartum quorum meminit Fran. Balb. in tract. de præſcr. in 2. quæſt. 2. par. nu. 26.* cuius illa poteſt eſse ratio, quia iuriſdictio tanquam quid incorporale non recipit diuiſionem, *l. ſeruus. §. incorporalem. ff. de acq. rer. domi.* Et ideo regula eſt, quod non amittitur niſi inſolidum, *Bald. in l. 2. nu. 64. ff. de ſeru. & aqu. Specu. tit. de præſc. in 4. par. col. pen. verſ. ſed pone miles.* Qua de re cum ex forma priuilegij Regis Catho. & regiæ prag. annuatim Straticot⁹ viſitat loca diſtrictualia, modo hæc, & modo illa, prout negotia ipſa expoſtulant, certum eſt retinuiſse poſſeſſionem in alijs locis non viſitatis, quemadmodum ex fide nouiter præſentata cõſtat, ab anno 1592. Straticotum non viſitaſse Remettam, forte ob negotiorum defectum, ſicut probabiliter potuit magiſtratus iudicare de Venetico, ſtante clandeſtino artificio aduerſarij, qui poſt habitam poſseſſionem iuriſdictionis ciuilis, nihil tranſmiſſit, vt debebat, ad Curiam Straticotialem, nec propterea dicimus, Straticotum amiſsiſse poſseſſionem in Remeta, & in alijs locis non viſitatis, quam retinet viſitando aliqua ex locis diſtrictualibus, iuxta prædicta, quibus conueniunt tradita per, *Bart. in l. arboribus. §. de illo. per illum tex. ff. de vſufr. & l. ſi vnus. ff. de ſer. ruſt. præ. & Maſc. cõclus. 1053. nu. 20.* Qua de re concludo in hoc primo capite, quod non competit reintegratio poſseſsionis aduerſario, quia verè deficit ei extremum poſseſsionis prędictę, quę, ſemper ſtetit penes vrbem & magiſtratum & ideo debet ſuccumbi, iuxta tradita per *Capic. in d. decis. 57.*

Deuenio ad ſecundum membrũ, in quo concluſiue dico, quod pars non debet audiri in prætenſa reintegratione poſseſsionis, dato quod poſsediſset & fuiſset ſpoliatus: & hoc ex duobus capitibus, videlicet ex forma priuilegiorum, & ex diſpoſitione iuris communis.

Primo, non eſt reintegrandus ex forma priuilegiorũ, quia legitimè potuit auferri illa prætenſa poſseſsio, nempe de facto ſe ingeſsit don Federicus in exercitio d. iuriſdictionis, contra ſeriem priuilegiorum, quibus attentis, vt demonſtratum eſt, merum & mixtum imperium eſt magiſtratus ipſius vrbis, vnde auctoritate priuilegiorũ potuit de facto expelli, & omnia per eum
36 attentata ad priſtinum reduci, & hoc autoritate priuilegij Regis Alfonſi conceſſi Meſsanæ anno 1445. in eulog. fol. 105. in cit. fol. 196. & in contraeulog. partis foli. 462. in quo (ſupplicante ciuitate, quod ſi delegati ſeu commiſsarij, tam S.C.M. quam Viceregis, aut alterius, non præſentata eorum commiſſione Straticoto, & iudicibus d. ciuitatis, eas exequantur contra regia priuilegia d. ciuitatis: talis executio de facto attentata, reducatur de facto ad priſtinum per ſtraticotum & iudices) plus concedit vrbi, & generaliter mandat, quod de cætero executio eorum, quæ contra priuilegia d. ciuitatis, & maxime eorum, quæ volunt, vt fieri debeat præſentatio Straticoto & Iudicibus

bus in effectum deducta erunt, reuocentur. & ad priſtinum reducantur: ex cuius tenore paret, quod poteſt Meſſana per eius Straticotum & iudices reducere ad priſtinum, non ſolum executa per delegatos & commiſſarios, non præſentata eorum commiſſione, iuxta formam priuilegij per prius conceſſi ab eod. Rege Alfonſo. de quo in eulog. fol. 107.& in ciu.fol. 195. Sed generaliter omnis executio facta contra priuilegia, poteſt ad priſtinum reduci, & hæc eſt antiquiſſima illius vrbis, obſeruantia, quod eo ipſo, quod aliquid exequitur contra regia priuilegia, illa executio allegatur contra priuilegia, & præcedente iudicum declaratoria, ad priſtinum per Straticotũ, & Iudices reducitur: patet ex actis in eulog. fol.211.212.& 213. quæ facultas reducendi ad priſtinum poſt declaratoriam contra priuilegia, tam ante, quam poſt introductionem eulog. in hoc ſupremo Italiæ Senatu confirmatur in nouiſſimo priuilegio Philippi II. æter. memor. in anno 1591. vt eſt notorium ſupremo ſenatui, in quo res ipſa pendet. Vnde in propoſito, cum fuiſſet declaratum, quod emptio meri & mixti imperij, & attentata cum omnibus inde ſequutis, ſunt contra priuilegia, quo ad vrbem & magiſtratum, legitime potuit fieri illa reductio ad priſtinũ, & per conſequens d. Federicus expelli ab eius prætenſa poſſeſſione, quia quæ de facto fiunt, de facto retractantur, ex vulg.

Nec ſunt exorbitantia hæc priuilegia, quatenus ſuppono, quod ex eorum autoritate reducendo ad priſtinum, poteſt auferri poſſeſſio, abſque citatione, contra regulas vulgares, nempe ius commune conueurrit, ex duobus. Primo, quia data declaratoria delegatorum iudicum, pro qua eſt iuris præſumptio. *l. Herenius. §. Caya. ff. de euict. c. in preſentia. de renun. glos. in c. quoniam contra. vbi late dixi de probat.* conſtat, quod executio illa contra priuilegia, & per conſequens
37 poſſeſſio eſt notorie iniuſta, quæ poteſt abſque citatione auferri. *Abb. in c. quia clerici. nu. 4. de iur. patr.* vbi voluit, quod ſi clericus notorie tenet eccleſiam iniuſte, non eſt neceſſe quod Epiſcopus illum citet, ſed de facto poteſt ipſum ſpoliare, late *Gozad. cons. 9. num. 26. Bald. cons. 17. col. fin. Vol.* 5. Qui loquens, de inferiore à Principe inquit, quod ſi ei conſtat, aliquem ius non habere, poteſt ſine citatione illum priuare, quod multo magis locum habet in Principe, *Coll. Bono. in 4. reſp. cau. fin. num.* 41. cuius perſonam in facto repræſentant iudices Regij delegati. *cap. ſane. cum vulg. extra de offi. delega.* & quod non requiratur citatio in expellendo talem poſſeſſorem, *Deci. in cons. 191. col. 3. Rebuf. in l. quod iuſſit. num. 61. ff. de re iud. Marſi. in ſing. 195. Bru. in cons. 22. num. 2. Anto. Gab. in tit. de cit. conclus. 1. num. 76. vide eundem in tit. de reſt. ſpol. conclus. 1. num. 8. cum ſeq. Menoch. de recup. poſ. rem. 8. num. 12.* Secundo, quia reducendo ad priſtinum, vigore priuilegiorum, Meſſana, illuſque magiſtratus non dicitur ſpoliare, ſed potius recuperate poſſeſſionem iam occupatam, quod fieri poteſt, nedum regia autoritate, vt factum eſt, ſed etiam propria, & ceſſat interdictum, itaquod agen-
38 ti ex ſecundo ſpolio, obſtat primum. *l. 3. §. cum qui. ff. de vi & vi arm.* Et licet verum ſit hoc procedere, ſi in continenti fiat, *Iaſ. in l. clam. poſſidere. §. qui ad nundinas. num. 25. ff. de acq. poſ. Deci. in cons. 460. nu. 17. Gozad. in cons. 1. num. 19. Crau. in cons. 4. num. 8. & Capic. deciſ. 69. num. 25.* tamen in continenti id fieri dicitur quam primum ratione qualitatis rei, & perſonarum, quis potuit, *Abb. in c. fin. num. 11. de ord. cogn. Rub. in d. §. nihil commune. num.* 158. quod vno ore ſic à noſtris intelligi atteſtatur *Menoch. qui alios citat in tract. de recup. poſ. rem. 1. num. 338. & ſeq.* ſic enim fecit ciuitas, & magiſtratus Meſſanę, quia quamprimum habuit notitiam de emptione meri & mixti imperij, & de vſu iuriſdictionis (licet clandeſtine, vt dictum eſt) ſtatim conuocauit iuris peritos, quos licuit conuocare, prout de cõuocatione amicorum loquitur *glos. in l. cum fundum. in verb. poſtea. ff. de vi & vi arma. Menoch. vbi ſupra*, & habita eorum conſultatione allegauit contra priuilegia, quia declaratoria obtenta, fuit factus actus reductionis ad priſtinum, & ſic eius poſſeſſionem quamprimum potuit, recuperauit, iuxta prædicta.

Secundo principaliter non eſt reintegrandus ex diſpoſitione iuris communis, ex tri-
39 bus. Primo, quia obſtat aduerſario titulus proprietatis, de quo late, dixi in primo *cap. princip.* quo caſu ſpoliatus (dato ſed nõ conceſſo, quod talis dici poſſit Don Federicus) non reſtituitur, iuxta communem *in d. §. nihil commune. vbi Alex. in* 10. *limit. Lap. in alleg. 74. circa med. Crau. in cons. 302. num. 6. Deci. in cons. 303. num. 24. Menoch. qui alios citat de recup. poſ. remed. 1. num. 194. alios. addit Surd. in cons. 166. num.* 26. Satis enim de proprietate vrbis & Magiſtratus conſtat per priuilegia, quę faciunt euidentiſſimam probationem, *Felin. in cap. licet cauſam. in 11. no-*

ta. de

ta.de prob.DD.in cap.inter vos.de re iud.& in c. auditis.de reſt.ſpol. Vnde non reſtituitur ſpoliatus contra eum, qui oſtendit titulum per priuilegium, *Capic.in decis.77.num.5.*

Secundo non debet reintegrari, ex quo deduxit poſſeſſorium, habens cauſam proprietatis annexam. quo caſu obſtat exceptio tit. vt vnico verbo atteſtatur vnus ex conſulentibus in hac cauſa, ex *doct.Rip.in d. §.nihil commune.nu.70.verſ.Tertio fallit,* quod patet, ex quo deduxit tit. emptionis a Regia Curia, vna cum prætenſa poſſeſſione, quo caſu agenti ad reſtitutionem poſſeſſionis obſtat exceptio proprietatis, *Anto.Gab. in tit.de reſt.ſpol.num.* 57.*qui num.*58.*conclus.* 1.ſubdit, quod tunc conſtito de proprietate impeditur reſtitutio, *ex cap.cum dilectus. de cauſ.poſ.& prop.* Nec valet replicare, quod titulus proprietatis deducitur ad colorandam poſſeſſionem, nam illud eſt verum in poſſeſſorio retinendæ, in quo vnuſquiſque prætendit poſſidere, & titulus iuuat, maxime in pari cauſa, ſed in interdicto recuperãdę, quale eſt illud, de quo tractatur, titulus proprietatis, ſi deducitur, venit cumulatiuè cum poſſeſsionis petitione, & ideo vtrumquè eſt terminandum, *ex cap.1.de cauſ.poſ.& pro. Ut in terminis declarat Alber. Brun. in cons.* 21.*num.9.* quam ſententiam vti veriorem amplectitur, *Menoch.de recup. pos.reme.p.nu.* 180.*cum ſeq.*

40 Tertio, & vltimo non venit reintegrãdus, quia cauſa vertitur in ſupr. Senatu Principis, qui in terminandis controuerſijs non incedit per ambages iuris, ſed rei veritatem amplectitur, vt docuit *Bald.in c.1.§.1.num. 3.de no.for.fidel.Col.Ticin.in 1.reſp.cauſ.fin.nu. 12.Menoch.in 2.reſp.in ead.caus.in 2.artic. nu. 6.* Hinc eſt, quod Princeps iudicat ſecundũ conſcientiam, quomodocunque ei aliquid conſtet, *Bar.in l.vnic.in fin.C.vt quæ des.aduoc. Ias.in §.ſed iſte.num.135.Inſt.de actio. Alc. in cap.1.num.89.de offi.ord. Dida. var.reſo. lib.1. cap.1.nu.7.* Et ideo in ſupremo Senatu Principis cauſa poſſeſsionis & petitotij debet ſimul, & ſemel diffiniri, vt euitetur circuitus, *Deci.in cons.449.num.21.Rube.in cons.4. num. 12.Crau.in cons.299.co.pe.verſ. Quarto reſpondeo Alcia.in reſp.256.num.17.* qui indiuidualiter tenet, dominij exceptionem eſſe diffiniendam, ſi cauſa coram Cæſare tractatur, *Menoch.qui horum meminit in dict.2.art. num. 32.et in artic.3.nu.6.idem Menoch.in cons.2.nu. 184.vol.1.* vnde cum ex prædictis conſtat do titulo proprietatis vrbis, & magiſtratus, eſt repellendus aduerſarius, & cõſeruandus eſt Straticotus Meſſanę in legitima poſſeſſione, in qua reperitur, ita quod tutius eſt, ꝙ factũ eſt confirmari, quam nouo iudicio illud idẽ conſequi vt litium euitetur infinitas, *Roma. in conſ.158.num.3.Caua.in decis.28.ſub num. 48.de contract.* Concludo itaque ex prædictis omnibus traditis in hoc ſecundo *c.prin.* quod aduerſarius non debet audiri in prætenſa reintegratione. Tum, quia vere & realiter non poſſedit: & per conſequens non fuit ſpoliatus, vt in primo membro dictum eſt. Tum etiam, quia dato, & non conceſſo, quod fuiſſet ſpoliatus, tamen recte & legitime potuit vigore priuilegiorum priuari: & quando omnia deficerent, obſtante titulo proprietatis, non eſt audiendus in poſſeſſorio, & tanto magis, quia titulus ab eo deducitur, & quia res ipſa agitur in auditorio Principis, vt apertiſsime conſtat ex prædictis.

41 Quibus omnibus ex ſtricta iuris ratione deductis, tria quæſo accedant, quę moueant ſupremum Italiæ Senatum pro Vrbe.

Primo, conſiderentur partes inter quas vertitur controuerſia, nempe ex vna extat ciuitas, quæ ſub aliena cura regitur, ad inſtar minoris, cui æquiparatur. *l.rempublicã. C.de reipu.lib.10.* Ex alia vero eſt D. Federicus Spatafora, ciuis Meſſanæ ex nobilioribus, & potẽtoribus d. ciuitatis, cum maiori parte nobilium, ſanguine aut affinitate coniunctus, qui quolibet anno in ſede Iuratorum, ſaltem vnum aut duos habet conſanguineos. qui ſi poſſent notoriam vrbis ſimulare iuſtitiam, certe oculos clauderent: ſed quia notoria ſunt iura vrbis, ideo nemo eſt etiam ex cõiunctis, qui patiatur, quod proprium eſt Meſſanæ & Magiſtratus occupari. Teſtis de hoc ſit Anibal Spatafora eius conſanguineus, qui tempore actus contra priuilegia, erat vnus ex Iuratis, & tamẽ vti optimus ciuis, potius voluit patriæ prouidere in demnitati, quam paſsione ſanguinis moueri, iuxta *tex.in l.veluti. ff. de iuſt. & iur.*

Secundo conſideretur, quod caſalia Venetici, vna cum alijs locis diſtrictus fuerunt conceſſa Meſſanæ, vt valeat cum eorum hominibus reſiſtere impetu inimicorum, prout contigit in illis antiquis temporibus Romani Imperij à quo prius diſtrictum obtinuit. Hinc eſt, quod Rex Rogerius in eius priuilegio fol. 86.mandauit, quòd omnia loca diſtrictualia debeant obedire Meſſanę, & ſe exhibere cum armis per mare, & per terram ad omnem illius requiſitionem Vnde

de

de ſemper conſueuit Meſſana homines caſalium Venetici vocare, tempore neceſsitatis belli, vt teſtes deponunt fol. 170. cum ſeq. Qua de re aduertatur, quæſo, an tale ſit ſeruitium S.C.M. hæc loca diſmembrari à diſtrictu Meſſanæ, quæ quotidie geſtat in manibus arma contra communes inimicos Infideles, qui vix exeunt ab eorum portu, quod ſe ipſos cum eorũ claſſe ante faciem Meſſanæ repræſentant. Nempe illa expoſita eſt ante ianuas Orientis; propter quod, die, noctuq; inuigilat Meſſana cum maxima pecuniarum expenſione explorare facta inimicorum, vt inde eorum habita notitia, valeat ſe parare cum diſtrictualibus, ne aliquid mali inſperate eueniat vrbi, quæ, vt euidentia loci oſtendit, clauis eſt Italiæ, & admodum intereſt regiæ coronæ illam conſeruari, pro qua parata ſunt Meſſanentium corda, ex eorum innata fidelitate, ad inſtar maiorum vitam cum ſanguine fundere.

Tertio & vltimo aduertatur, quod pro intereſſe pretij ſeu. duo mille hæc Vrbi Meſſanæ infertur moleſtia, Vrbi inquam tam benemeritæ S.C.M. quæ ab anno 1537. vſque ad hodiernum diem, ſummam vnius millionis cum dimidio ſoluit pro ſeruitio regio, vt ex quadam notula præſentata in eulog. nouiter in hoc ſupremo ſenatu introducto, videri poteſt, & quæ eſt parata quotidie maiora facere, prout debet, & fidelitas eius expoſtulat: & nihil ominus offertur ex parte Venetici illa ſumma ſcutorum duorum mille ad finem, vt reſtituantur eidem D. Federico, abſque damno regij patrimonij, ne alias à matre Meſſana, ſeu à ſuo capite, contra omnem iuris rationem ſeparetur, in qua re non curo inſiſtere, quo iure debet admitti, ad tradita per *Frecciam in tract. de ſub. feu. lib. 2. autho. 2. ſub numer. 26. Came. in repet. capit. imperialem §. præterea ducatus, in fin. de probi. feu. alie. per fede. Vinc. de fran. decis. 17. Camil. de Curt. late in prima par. diuerſ. vir. feud. in verb. licet, num. 39. cum ſeq. remiſſiuè Philip. paſca. de virib. pat. potes. cap. 1. num. 128. in prima par.* Scio enim, quod aliquando ita fuit iudicatum, vt conſtat *ex trad. per Vinc. de Franc. in decis. 17. arg. §. dominus, Inſti. de Noxal. l. 2. C. de patr. qui. fil. diſtra. & l. 2. circa. fin. ff. ſi lib. inge. eſſe dica. ad tradita per Ioffr. in d. cap. imperialem, §. nec dominus Ann. in alleg. 27. & in Conſti. Conſtitutionem diuæ memoriæ, num. 261. Camil. de Cur. in d. verb. licet, num. 54. Capit. de auth. baro. prag. 8. in 2. par. num. 28. & Ioann. Andr. de Gior. in alleg. 7. in princ.* hoc tamen dico, vt dignetur in vim donatiui regia Maie. domini noſtri, vt Princeps iuſtiſſimus dictas pecunias oblatas acceptare, ad effectum prædictũ, & ſtantibus manifeſtis iuribus, ac aperta iuſtitia Meſſanæ, & Magiſtratus, conſeruentur hæc loca in diſtrictu & iuriſdictione Straticoti, prout ab antiquo fuerunt, quia in hoc iuris rigor, et æquitas conueniunt, ex ſuperius traditis. Cæterum, ſiquid deficit, ſuppleat ſumma huius Senatus autoritas & doctrina, cui hæc ſubmitto. Madrid. die 6. Iunij. 1609.

Ita iuris eſſe ſentio,

Octauius Gloritius Iuriſconſultus Tropienſis.

RESPONSVM QVARTVM

SVMMARIVM.

1 *Meſſana habet priuilegium, ne fiat mandatum, quod ſit contra illius priuilegia, mores, ſeu conſuetudines, & ſi emanat, non exequitur, donec fuerit regulatum.*

2 *Meſſana habet, ex nouiſſimo priuilegio Philippi 2. quod ſi aliquid eſt declaratum eſſe contra illius priuilegia, quod ſeruetur declaratio, quouſq; aliter non ſit à Rege prouiſum.*

3 *Relatione pendente, nihil eſt innouandum.*
Attentata, relatione pẽdente, ſunt reuocãda, ibid.

4 *Res iudicata mittitur in executionem.*

5 *Rei iudicatæ exceptio eſt peremptoria.*

6 *Forma debet ſeruari ad vnguem, & preciſè, nec ſufficit implementum per æquipollens.*

7 *Sententia vti ſtricti iuris, ſi eſt lata in vna cauſa, non patitur rei iudicatæ exceptionem in alia.*
Rei iudicatæ exceptio locum habet, vbi concurrit. identitas rei, perſonarum, & cauſæ, ibid. vide num. 15.

8 *Sẽtẽtia notorie in iuſta, an ſit ipſo iure nulla.*

9 *Diſpoſitio ceſſat, quando ſuppoſitum in diſpoſitione, non eſt verum.*

10 *Cauſa limitata, limitatum producit effectum.*

11 *Generalitas tantum operatur, quantum ſingulorum expreſſio.*

12 *Sententia debet eſſe conformis petitioni, ad quam dicitur habere neceſſariam relationem.*

13 *Finis ex modo agendi, & excipiendi colligitur.*

14 *Sententia recipit declarationem ab actis, quæ ſunt vehiculum ad ſententiam, & ex eis ſumitur ſententiæ intellectus, vide num. 21.*

16 *Rei iudicatæ exceptio competit, quando finis eſt idem, licet modus varietur, quia in hac exceptione rei ſubſtantia attenditur.*

17 *Auctoritas reformandi declarationem contra priuilegia Meſſanę vrbis, ſpectat ad Regem, Vnde ab inferioribus reformari non poteſt.*

18 *Declaratio contra priuilegia, præſumitur iuſta.*
Sententia præſumitur iuſta, etiam ſi ex actis appareat error, ſeu iniquitas, ibid. & num. ſeq.

19 *Sententia, per quam conuentus condemnatur, licet ex actis appareat ſolutio debiti, habet præſumptionem pro ſe, & ideo eſt valida.*
Idem ſi eſt e contra ab ſolutus, & ex actis apparet eum eſſe debitorem, ibid.

20 *Probationes non ſunt de ſubſtantia Iudicij, ſed de iuſtitia.*

21 *Acta debent attendi, quo ad declarationem ſententiæ.*

22 *Iniquitas patens ex actis, quando reddit ſententiam ipſo iure nullam.*
Sententia eſt ipſo iure nulla, quando in ea eſt expreſſus error iuris, vel facti, ibid.

23 *Straticoti Meſſanæ electio ſpectat ad Regem, nec Prorex poteſt in aliquo caſu Straticotum eligere, & num. ſeq.*
Notorium non indiget probatione, ibid.
Argumentum a ſufficienti partium enumeratione, vel à communiter accidentibus, valet, ibid.

24 *Magiſtratus conſtituendi facultas eſt de regalibus, & ſpectat ad Principem.*
Prorex eligit in Regno officiales inferiores, Supremi uero ordinis creantur à Rege, ad nominationem Proregis, ibid.

25 *Vacare non dicitur res, quæ ſaltem habet poſſeſſorem probabilem.*

26 *Conſuetudo immemorabilis obtinet vim Priuilegij.*
Meſſanæ in vrbe, mores, & conſuetudines, vim obtinent Priuilegij, ibid.

27 *Argumentũ ab abſurdo euitando, eſt validum.*
Straticoti officium Meſſanæ, eſt biennale, quo elapſo, Straticotus eſt perſona priuata ex priuilegio Cæſaris, ibid.

28 *Straticotus Meſſanæ non poteſt eſſe ciuis, neq; ciuium coniunctus ex priuilegio.*
Ciuis in patria regulariter, non poteſt eſſe officialis ibid.
Amor, & odium animum plerumque euertunt, ibid.

29 *Priuilegio, an & quando cenſetur renunciatum per actum contrarium, & num. 32.*

30 *Priuilegio ſuo renunciare nemo præſumitur.*
Renunciatio eſt ſpecies donationis, ibid.

31 *Donatio non præſumitur, & omnis coniectura eſt potius ſumenda, quam donationis.*

Priui-

32 *Priuilegium per actum contrarium non amittitur, quando præcedit proteſtatio.*
Idem, ſi ignoranter quis contrauenit, num. 33.
Idem ſi de priuilegio ciuitatis conceſſo quæritur. num. 34.
Idem, ſi ſit cauſa obediendi ſuperiori, num. 35.
Idem, de Priuilegio habente tractum ſucceſſiuum, num. 36.
37 *Straticotus, & alij officiales Meſſanæ debent eſſe grati, & non infeſti, aut ſuſpecti populo, ex priuilegio.*
38 *Iudex ſuſpectus poteſt recuſari.*
39 *Coniunctus inimici mei, dicitur meus inimicus.*
Amicus inimici mei, preſumitur meus inimicus, ibid.

ARGVMENTVM

An Excellentia domini Pro Regis poſſit vacante officio Straticoti vrbis Meſſanæ eligere Straticotum. Et an & quando obſtet exceptio rei iudicatæ, Et an & quando ſententia dicatur nulla, ſi illius iniquitas patet ex actis, Et an, & quando dicatur renunciatum priuilegio per actum in contrarium.

IN nomine tuo Virgo Mater, laxaborete, pro deuotiſſima Vrbe tua Meſſanæ in eo, de quo quæritur; An electio facta per Illuſtriſſimum, & Reuerẽdiſſimũ D. S.R.E. Card. de Oria pro ſua Cath. Maieſtate in hoc Siciliæ Regno Locumtenentem General. de officio Straticoti d. Vrbis, in perſonam Don Cæſaris Gaetano Marchionis Sortini, ſit, vel ne contra Priuilegia iſtius benemeritæ Vrbis, prout mandante Senatu fuit allegagatum, & per conſequens Iuxta Priuilegiorum tenorem non exequenda.

In qua re eiuſdem Virginis poſtulato patrocinio; viſo Eulogio mihi exhibito, antequam rẽ ipſam aggrediar, vnum ſupponere, pro temporis conditione, neceſſarium eſſe exiſtimaui, quod alias in ſupræmo Italiæ Senatu, apud Cath. Maieſtatẽ aſſiſtens in re grauiori, ſuppoſui, & in ſcriptis in manibus illius ſupræmi Ordinis probaui.

Suppono igitur, quod in actu allegationis contra Priuilegia, cõueniunt in ſimul mens ſuæ Cath. Maieſtatis, & Senatus Meſſanenſis, quod ex fine, ad quem tendit actus allegationis, arguitur, in quo æqualiter vtraquè mens conuenit, ex quo reſultat inter ſe conuenire, eo ipſo, quod vni tertio conueniunt, ex vulgaribus; Patet enim quod actus allegationis contra Priuilegia, ad cõſeruationem Priuilegiorum Meſſanæ tendit: Quibus mens ſuæ Cath. Maieſtatis nullatenus præiudicare intendit: quinimo illa ſeruari velle, omni iure credendum eſt; & propterea ſequitur, qđ eo ipſo, quod Senatus Meſſ. nę allegat aliquod mandatum, reſcriptum, vel quid ſimile Regium, vel Viceregium tendere contra Priuilegia iſtius Vrbis, implicitè intendit illud non eſſe exequendum, quia non eſt de mente Principis, vt exequatur in priuilegiorum præiudicium, quibus præiudicare non intendit, quæ mens, licet in cunctis obtineat Principatum, vulgatis iuribus; Potiſſimum tamen in reſcriptis attenditur, *Gloſ. in cap. mandatum ex. de reſcript. Glos. in cap. ſi propter tua, in verbo intentionis eod. tit. in 6. Iaſ. in l. iuris gentium §. prætor ait, col. pen. ff. de pact. Soc. in cons. 59. num. 4. vol. 1. Bec. in cons. 74. num. 28. accedit Pet. Surd. in decis. 268. num. 26.*

Veritas huius rei patet, ex his, quæ deduxi *ſup. in 2. reſponſo num. 7. cum alijs ſeq.* ex quibus inferendo ad hanc facti ſpeciem, cum in facto, de quo quæritur agitur de actu allegationis contra Priuilegia certè, vtraquè mens, & Regis, & Senatus conueniunt in ſimul, pro conſeruatione Priuilegiorum Vrbis, & per conſequens concurrit, & mens Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. Cardinalis, qui tamq̃ illius Maieſtatis miniſter ſupræmus in Regno, ac Princeps grauiſſimus, ac S.R.E. Cardinalis optimè meritus, aliud non intendit, niſi quod ſua Cath. Maieſtas, & ideo, quatenus ex infraſcriptis oſtendetur, Senatum in hac re, Ius, & Iuſtitiam fouere, de mente ſuæ Maieſtatis eſt, & ipſius Dominationis Illuſtriſſimæ, vt Domini Iudices Straticotiales regij ad hoc delegati, liberè (vt alias Rex Ferdinadus Cath. per ſuas Regias literas mandauit) in fauorem Vrbis iſtud declarent.

Hoc ſuppoſito, rem ipſam aggredior, in qua indubitanter arbitror electionem præmiſſã fore, & eſſe cõtra Priuilegia Vrbis, & propterea iure optimo Senatus Meſſanę (ad quem ex debito officij Priuilegiorum tutela ſpectauit, & ſpectat) mandauit Domino Vincentio de Angelica Vrbis Syndico ordinatio, dictam electionem cum omnibus inde ſe-

de ſe-

Digitized by Google

de ſequutjs contra Priuilegia allegare, pro-
ut omni, qua decet reuerentia, fuit exequu-
tum, & ita per Dominos dictę Curiæ Strati
cotialis, Iudices, infra terminum dierum
octo, per verbum affirmatiuum eſt declarā-
dum, iuxta Priuilegium Regis Ioannis, ad
quod tenentur, ſub pęna florenorum mille,
iuxta Alfonſi Priuilegium, in Eulogio prę-
ſentatum.
Et pro hac veritate conſidero, quod ex tri
bus, electio iſta Marchionis Sortini eſt con-
1 tra Priuilegia Vrbis, & per conſequens illa
non eſt exequenda, iuxta Priuilegia Roge-
rij, & Manfredij, in quibus ab vtroq; Rege
eſt prouiſum, vt numq; fiat mandatum, vel
ſcriptura, quæ ſit contra ius, ſtatuta, con-
ſtitutiones, mores, conſuetudinem, & Pri-
uilegia Ciuitatis, & ſi fieri contingat, nulli
exequutioni demandetur, donec per Iuſti-
tiam moderetur.
Primum caput principale colligitur ex
Priuilegio nouiſſimo Philippi Secundi, in
quo extat Priuilegiorum omnium genera-
lis confirmatio, magna Auri quantitate ob-
2 tenta, in quo, inter alia, concedit, quod
eo ipſo, quo aliquid eſt declaratum, eſſe
contra Priuilegia, ſtetur declarationi Iudi-
cum, quouſque illa non fuerit à ſua Catho-
lica Maieſtate reuocata, vel reformata. In
propoſito electio iſta, de qua quæritur, ten-
dit apertè contra tenorem dicti Priuilegij;
Nam in facto ſupponitur, declaratum alias
fuiſſe, electionem factam de Straticoto à
Prorege, eſſe contra Priuilegia Vrbis, qui-
bus attētis, prouiſio iſtius officij ſpectat ad
ſuam Catholicam Maieſtatem, prout ex
Eulogio iam deciſo in anno 1599. & ad Re
galem ſupremam Curiam tranſmiſſo, aper-
tè patet; dum caſus euenit in perſonam
Don Ioannis del Carretto Comitis Racal-
muti, alias electi in Straticotum per Excel
lentiam Ducis Machedæ, tunc Proregis in
hoc Siciliæ Regno, qua declatione adhuc
pendente in ſupremo Italiæ Senatu, nullo
iure potuit fieri electio iſta, in perſonam di-
cti Marchionis Sortini, contra tenorem di-
cti Priuilegij, mandantis ſeruandam eſſe de-
clarationem Iudicum, vſque ad aliam ſuæ
3 Maieſtatis reſpōſionem; prout alias de iure,
pendente relatione facta Principi, ad huc
reſponſione non habita, nihil eſt innouan-
dum *ex l. fin. ubi materia ſua, C. de relat.* Vnde
attentata, relatione pendēte, eſſe reuocan-
da; Probat, *Lancil. de atten. relat. pen. cap.* 8.
Maſtril. in deciſionibus conci. decis. 51 *.num.* 9. *&*
10. ſic enim ſuadet ratio honoris Principis
conſeruandi, ad quem negotium reperitur
tranſmiſſum, vt inquit *Salic. in l.* 1. *ſub. num.*
5. *C. de relat. argumēto tex. in l. fin. C. quādo prou.*
non eſt neceſſe, l. continet, §. 1 *ff. quod met. caus.*
l. cum muneris, ff. de mun. & hon. l. 1. *C. ſi qua cum*
præd. pot. & cap. vt debitus cum ſimilibus, de
appell.
Quinimo, ſtante premiſſa declaratione,
electioni dicti Marchionis obſtat exceptio
rei iudicatæ, quoſque aliter non fuerit re-
ſponſum à ſua Cathol. Maieſtate, nam ſi ex
forma dicti Priuilegij, debet ſeruari decla-
ratio Iudicum Straticotialium, & quod ab
eis fuerit exequutum, & ad priſtinum redu-
ctum; conſtat declarationem illam obti-
4 nere vim rei iudicatę, quæ pariter in exequu
tionem mittitur, *cap. cum inter, & ibi DD. de*
re Iud. l. 4. *§. ſi ex conuent. ff. eod. tit. Paris. in conſ.*
116 *. nu.* 4 *. vol.* 4 *. Crat. in conſ.* 54 *. Vol.* 1 *. Rebuf.*
de ſent. exequut. art. 7 *. Glos.* 9 *. nu.* 1 *. Hieron. Ma-*
5 *gon. in decis.* 48 *. num.* 1 *. & in decis.* 62 *. num.* 3 *. in*
luc. Ex quo reſultat, quod exceptio rei iu-
dicatæ impedit præmiſſam electionem, quia
illa eſt peremptoria, & impedit contrarium
vlterius attentari, *cap.* 1 *. de lit. conteſt. in* 6.
Bart. in l. 1 *. num.* 6 *. de ordin. iudic. Bald. in l.* 2 *. ff.*
de iur. iur. Paul. de Caſt. in cons. 247 *. col.* 3 *. vol.*
1 *. Aym. Crau. in cons.* 204 *. nu.* 7 *. vol.* 2 *. Moder.*
in pract. Sacri Reg. conſ. N cap. in 4 *. parte in glos.*
in verbo iudicatæ. Et tanto magis ſtante Pri-
uilegio prędicto, in quo expreſsè eſt pręſcrip
ta forma circa executionem declarationis
6 contra Priuilegij quæ debet ad vngnem ſer-
uari, *Bald. in l.* 2 *. C. quomo. & quan. iud. Glos. in*
Clem. 1 *. de vit. & honeſt. cler. Glos. & Bald. in c.*
1 *. in ver. Vocationem de Milit. Vaſſ. qui contum.*
fuer. in vſi. feud. Bart. in l. 1 *. §. ait prætor, ff. ne*
quid in flum. pub. Alex. in cons. 42 *. num.* 16 *. vol.*
1 *. & in conſ.* 137 *. num.* 15 *. & ſeq. vol.* 5 *. & in*
cons. 138 *. num.* 9 *. vol.* 7 *. Dec. in cons.* 531 *. num.*
2. Oportet itaq; formam in dicto nouiſſimo
Priuilegio præſcriptam adimpleri præcisè,
ita vt non ſufficiat implementum per æqui-
pollens, vt notat, *Bald. in l. ſi inſtitutorem in*
fin. ff. ſi cert. pet. & alibi, vt per Dec. in cons. 466.
nu. 19 *. cum concord. tradd. à nobis in comment.*
cap. ſuper literis in 2 *. not. num.* 64 *. extra de reſcrip.*
Cum itaque ex forma dicti Priuilegij nouiſ
ſimi, quod ſemel declaratum eſt tendere
contra Priuilegia, eſt ſeruandum, vſque ad
aliam Regis reſponſionem, certum eſt, elec-
tionem iſtam eſſe contra formam dicti Pri-
uilegij, ſtante quod alias fuit declaratum
electionem factam à Vicerege, de Strati-
coto, fore, & eſſe contra Priuilegia, vt di-
ctum eſt.

Audio tamen, quod aduerſus hoc primum caput. Duo afferuntur motiua, ex quibus prætenditur, quod dicta declaratio facta tempore Comitis Racalmuti, non afficit caſum, de quo hodie quæritur, & per conſequẽs Priuilegium nouiſſimum non refragatur electioni Marchionis Sortini.

Primum eſt, quod præfata declaratio fuit in alio caſu. Nam tunc agebatur de electione Straticoti ad Biennium, in caſu quo vacabat offitium per lapſum biennij, quæ electio tunc fuit allegata tendere contra Priuilegia, & ita fuit declaratum, at in facto de quo tractatur, electio fit in caſu quo vacat offitium per obitum Marchionis Montis Maioris, qui morte præuentus non potuit biennium adimplere, & electio fit pro tempore, quo ſupererat defuncto, quo caſu ad Viceregem ſpectat prouiſio, ſicut ſeruatur in Iudicibus Magnæ Curiæ, Conſiſtorij, & Straticotialibus, quorum offitia ſi per obitum vacare contigerit, Prorex prouidet pro reſiduo temporis, ex quo videtur de illo caſu ad præſentem ex diuerſis inferri contra regulam, quæ ſumitur *ex l. Papinianus, ff. de min. ex l. naturaliter §. nihil com. cum. ſimul, ff. de acquir. poſſ.* vnde declaratio illa facta in vno caſu, non debet
7 extendi ad alium caſum. Nempè ſtricti iuris eſt, ad inſtar ſententiæ, quæ non extenditur, *l. 1. C. ſi plur. vnica ſententia. Dec. in conſi. 73. col. 2. Vinc. de Franch. in decis. 172. num. 8.* & propterea tamquam lata ſuper alia cauſa, ceſſat rei iudicatæ exceptio, *ex l. ſi mater. § denique, verſ. ſi quis, vbi notatur, ff. except. rei iud. l. cum quæritur. cum duab. ſequent. ff. eod. tit.* quæ ita demum locum ſibi vendicat data idemptitate rei perſonarum, & cauſæ *cap. fin. vbi glos. & Docto. de ex. cap. in 6. Abb. in conſi. 50. num. 20. Vol. 1. Dec. in conſi. 96. col. 1. in fin. Port. Imol. in cons. 6. num. 47. Rot. diuers. in decis. 100. num. 3. in 4. par. Honde. in cons. 30. num. 50. vol. 1. Ann. in cons. 2. vol. 2. Menoch. in cons. 828. num. 2. Surd. cons. 114. num. 21. & cons. 312. num. 1.*

Secundum, quod illa declaratio contra Priuilegij apparet iniuſta ſub prætextu, quod oſtenditur ad Viceregem ſpectare prouiſionem Straticoti, prout fuiſſe ſeruatum in perſonam Comitis Condoiannis ex aduerſo prætenditur, ex quo datur intelligi, quod in meritis Ciuitas non fouet ius, & iuſtitiam, & per conſequens illa interloquutoria vti notoriè iniuſta, eſt ip-
8 ſo iure nulla. *ex. tradd. à Canon. in cap. inter cætera, vbi Felin. extra de re indic. & in cap. quoniam contra, vbi latè ſcripſi, de prob. quibus addimus Ruin. cons. 128. nu. 22. vol. 5. Roland. cons. 76. nu. 28. vol. 1. Gabr. in tit. de ſententia concluſ. 10. Barb. cons. 1. lib. 2. Ias. conſil. 21. nu. 2. vol. 1. Crau. cons. 104. num. 10. Menoch. qui poſt Couar. quę citat, inquit talem ſententiam non eſſe quendam in cons. 495. nu. 13. & ſeq. conuenientt & alijs quos congerit. D. Giurb. in decis. 69. in prin.* & vti talis nihil operatur ad effectum impediendi electionem, de qua agitur, abſquè meritorum diſcuſſione, *ex tradd. per Vanc. in tract. de nullit. in tit. de nullit, ex defectu iuriſd. num. 26.* Nam non entis, nullæ ſunt partes *l. eius, qui in prouintia, ff. ſi cert. pet. l. ſi chorum, ff. de leg. 3. & l. duobus, § colonus cum ſimil. ff. de iur. iur.*

Quibus motiuis de ſuper factis ex inferius tradendis reſpondetur.

Quo ad primum pro reſponſione conſidero illud fundari in eo, quod ſupponitur, declarationem illam tempore Comitis Racalmuti factam in diuerſo caſu, eo pretextu, quod ille comes fuit electus à Viceregc per biennium, non in caſu obitus
9 ſed tale ſuppoſitum in facto & in iure, non verificatur, & per conſequens motiuum de ſuper factum, in quo illud ſupponitur locum in hac re habere non poteſt, iuxta notata in *l. Mancipia, vbi Iacob. Brut. & fulg. C. de ſeru. fugit, Roma. traddit in ſing. 486. & refert. Dec. in d. cap. vt debitus ſub num. mihi 12. extra de Appell.*

Quod tale ſuppoſitum non ſit verum in facto, conſtat ex petitione, & actis productis in Eulogio Comitis Racalmuti, ex quibus apparet, quod licet, electio dicti Comitis erat ad biennium in caſu vacanciæ per lapſum temporis: tamen Senatus non limitauit actum allegationis, cuiuſquè petitionem in illo caſu, vt inde declaratoria deſuper lata haberet relationem ad eundem caſum in petitione deductũ. Tunc
10 enim motiuum forte procederet, quia limitata illa petitio, limitatum declarationis ſubſequntæ produceret effectum, *ex l. in agris, ff. de aquir. rer. Dom. l. cum tale, § falſam, ff. de condict. & demonſt. l. age cum ſimilib. C. de tranſ. Ioannes Crot. in l. omnes populi, num. 217. ff. de iuſt. & iur. Roland. in conſil. 71. num. 33. vol. 2. & in cons. 58. num. 3. vol. 3. & Felin. in cap. cum ordem extra de reſcrip.* conſtat itaquè quod tunc Senatus habita notitia prouiſionis factæ in perſonam dicti Comitis de offitio Straticoti per Excellentiam Ducis Machedæ tunc Proregis, allegare fecit prædictam prouiſionem tendere, contra Regia

Priui-

Digitized by Google

Priuilegia, non eo prætextu, quod illa vti facta ad biennium, vacante officio per lapſum temporis, erat contra Priuilegia, ſed generaliter in petitione propoſuit Prouiſionem illam eſſe contra Priuilegia Vrbis, ex quo electio Straticoti abſolutè ſpectat ad Regem, cum expreſſa mentione, quod deficiente Straticoto, vel ob acceſſum ad viſitam diſtrictus, vel ob lapſum temporis, vel pro quacumq; alia cauſa defecerit, Iudex Straticotialis Hebdomadarius eſt Locumtenens, vſq; ad nouam prouiſionem faciendam à Rege, quod clarius Senatus deduxit in actis; nempè ex Teſtium depoſitionibus; in indiuiduo colligitur, quod deficiente Straticoto, ſiue per lapſum temporis, ſiue per obitum, Iudex eſt Locumtenens, vſq; ad aliam prouiſionem Regis; ex quo datur intelligi, quod Senatus, eo tempore allegauit generaliter electionem de Staticoto, à Vicerege factam, eſſe contra Priuilegia in quocumq; caſu (vacante officio) voluerit Prorex eligere, vt expræmiſſis, petitione, & actis colligitur; Vnde conſtat ſuppoſitum in motiuo, in facto non eſſe verum, quod declaratio illa ſubſequuta fuit facta in diuerſo caſu, ex quo omnes caſus, in quibus Prorex manus apponit in electione Straticoti, eo tempore fuerint deducti.

Ex quo reſultat, quod pariter, nec in iure ſuppoſitum illud verificatur. Nam ſubſequuta declaratoria, per quam fuit dictum generaliter, & ſimpliciter, dictam prouiſionem fuiſſe, & eſſe contra Priuilegia, non reſtringitur ed eum tantum caſum, vbi electio fit ad biennium, vacante officio, per lapſum temporis, ſed ſub eius generalitate comprehenduntur omnes caſus, in quo Prorex eligit, iuxta petitionem, & acta, Acſi omnes in interloquuto-
11 ria fuiſſent expræſſi; Nempe generalitas tantum operatur, quantum, ſingulorum expreſſio, *l. ſi duo, ff. de admin. tut. Soccin. & D D. in l. 1. ff. de vulg. & pupillar. Crau. in conſil. 294. col. 2. verſ. ſed magis*, *Ceph. in conſil. 150. num. 11. vol. 1. quorum meminit Roland. in conſ. 2. num. 9. & 10. vol. 4.* ex quo datur intelligi, quod præſens caſus ſub generalitate dictæ interloquutoriæ comprehenditur, & ideo debet illa ſeruari iuxta tenorem dicti nouiſſimi Priuilegij.

Duo ſunt, quæ mouent pro hac intelligentia. Primo, quia eo ipſo, quod in petitione dicti contra Priuilegij, Senatus allegauit prouiſionem illam generaliter contra eius priuilegia tendere, ex quò abſolutè in quocumque caſu, electio ſpectat ad Regem (vacante offitio) interim, quod Iudex eſt Locumtenens, vtiq; declaratoria abſolutè, & generaliter de ſuper facta, interpetratur eo modo, & forma, vt in petitione fuit deductum, & ſic abſolutè cenſetur declaratum, electionem Viceregis de Straticoto, in quocumquè caſu, eſſe contra Priuilegia, iuxta petitionem, cui ſententia
12 debet eſſe conformis, *ex l. vt fundus, ff. comm. diuid. l. fin. C. de fideicomiſſ. liber. c. inter. dilectos, vbi Gloſ. in verſ. petitiones extra de fideicomiſſ. liber. c. licet Ely. vbi latè Felin. de ſimo. Iaſ. in l. vnum col. pen. in fin. & ibidem Dec. num. 17. ff. ſi cert. pet. Alex. in conſ. 172. antè num. 10. vol. 6. Aym. Crau. in conſi. 210. num. 8. Boer. in deciſ. 42. num. 18. Afflic. in deciſ. 364. cum concord. tradd. in d. com. c. ſuper literis, num. 181. extra de reſcript.* Hinc eſt, quod talis eſt ſententia, qualis eſt petitio, ad quam, ſententia habet neceſſariam relationem, *Bart. in l. 1. & ibi D D. com. C. de erro. Cal. Corn. in conſi. 10. nu. 15. vol. 2. faci. Gloſ. ſing. in c. dudum, in verſ. prohibemus, & ibi latè Ant. de Butr. de decim. quam ad hoc citat Felin. in d. c. licet Ely. nu. 18. idemq; Felin. in c. aduerſario tuo, ſub num. 4. de except.* conſtat, enim quod ſententia, & petitio ſunt actus correſpectiui inter ſe, & de
13 vno aliud fit relatio. *Menoch. de præſ. lib. 6. præſ. 12. nume. 6.* vnde modus agendi, ſeu excipiendi inſpicitur, vt inde finis colligatur; *Gloſ. magna in fin. in c. hoc quippe 3. quæſt. 6.* quam ſingularem atteſtatur, *Bald. in l. Papinianus colu. pen. C. de. ſent. & in l. nec quicquam §. vbi decretum de off. procon. & alibi, vt traddit Felin. in cap. 1. num. 17. vers. vltima concluſio de except.* Secundo mouent acta dicti Eulogij, vid. depoſitiones teſtium, qui ſunt de actis *c. quoniam contra, & ibi notant D D. extra de prob.* Ex quibus colligitur illud idem, quod Senatus in petitione propoſuit, vid. in omni caſu electionem Straticoti ad Regem ſpectare, ita quod (vacante offitio etiam per obitum) Iudex ſuccedit, & eſt Locumtenens, vſquè ad aliam prouiſionem
14 Regis; ex quò reſultat, quod interloquutoria ſimpliciter de ſuper lata, per quam fuit dictum, illam prouiſionem eſſe contra Priuilegia, recipit declarationem ab actis, & refertur ad cauſam quæ ex actis colligitur. *ex Gloſ. in l. ſi quis ad exhibendum, vbi Bart. & D D. ff. de excep. rei iudica. Corn. in d. conſ. 10. vol. 2. Bald. in l. Iulianus col. 4. ff. de cond. in deb. in verſ.* prædicta vero, vbi tenet quod ſemper ſententia refertur ad cauſam, quæ col-

ligitur ex actis, vnde acta ſunt vehiculum
ad ſententiam, & ex ipſis cognoſcitur cau-
ſa, quando in ea non exprimitur, *Bald. in
cap. cum ſuper in fin. de caus. poſſ. & propriet, &
in l. fin. verſ. & ſecundum hoc, C. de ſuſp. tut. Con-
ueniunt, & alia tradita à Felin. in d. cap. aduer-
ſario tuo, ſub num. 4. de except. tangit idem Felin.
in d. cap. licet Ely. d. num. 18. in princ. de ſimo.*
in tantum quod vbi dubitatur de viribus
ſententiæ, vel de eius intellectu, recurritur
ad acta, & de ea iudicatur ſicut ex actis ap-
paret, vt reaſſumit, *Felin. ex prædictis in d. c.
inter cæteras, col. 1. verſ. 2. obſtat de re iud.* Cum
itaque ex petitione, & actis apparet, om-
nem caſum fuiſſe deductum, & per conſe-
quens declarationem ſubſequutam ad om-
nem caſum referri; conſtat primum moti-
uum ceſſare, in quo ſupponitur, illam de-
clarationem in alio caſu fuiſſe factam, cu-
ius contrarium in facto, & in iure paret ex
prædictis, vnde ſequitur, quod obſtat res
deciſa, & per conſequens nouiſſimum Priui-
15 legium. Ceſſat enim, quod in primo mo-
tiuo de illatione à diuerſis allegabatur, &
de extenſione ſentetiæ de caſu ad caſum,
nempè nequè diuerſitas, neque extenſio in
hac re conſideratur, vt ex prædictis patet.
Quinimo de eadem cauſa agitur, quæ tunc
temporis agebatur: in vtraque enim quæ-
ritur de Viceregia poteſtate in electione
Straticoti, inter eaſdem perſonas, ſaltem
repræſentatiuè *iux. notata in d. l. & an eadem,
ff. de except. rei Iud. Angel. in d. l. cum queritur ff.
eod. tit. A Pont. in cons. 49. num. 4. & cons. 62.
nu. 36. Surd. in cons. 312. nu. 26. Lana. in cons.
34. num. 15. & in cons. 65. nu. 5. Cornaz. in de-
cis. 70. num. 8. & alij, quos citat Giurba in decis.
20. num. 1.* Vnde dato, quod in hac electio-
16 ne Marchionis Sortini variatur modus,
quia tamen finis eſt idem, exceptio rei iu-
dicatæ competit, *ex Bart. in l. pr. C. de ord. iud.
per illum tex. in l. duobus cum ibi notatis, ff. de
except. rei iud. idem Bart. in l. qui Romæ, §. duo fra
tres in 5. oppon. vbi Alex. nu. 7. ff. de verb. oblig.
Ant. de Brut. & Abb. in d. cap. aduerſario tuo,
num. 13. & ibid. Felin. num. 11. de except. Alex.
in cons. 61. col. 2. verſ. idem cenſetur, vol. 2. Ca-
non. in cap. cum dilectus, & in cap. fin. de ord. co-
gnit.* Satis eſt enim, quod in dic. Eulogio
Comitis Racalmuti de Viceregia poteſta-
te, circa electionem Straticoti generaliter
fuit cognitum, vt ex prædictis, petitione,
& actis patet, vt inde ſuper ea præſumatur
pronunciatum, *ex l. de qua re, ff. de iud. & per
conſequens, vt obſtet exceptio rei iud. vt inquit
Bald. in l. 2. C. de except.* in qua exceptione,
rei ſubſtantia attenditur, ſecundum *Bart. in
d. l. & an eadem, de except. rei iudic.* & ſucceſſi-
uè electioni, de qua quæritur, indiuiduale
Priuilegium nouiſſimum refragetur, de quò
dictum eſt.

17 Quibus accedit ad confirmationem,
conſideratio quædam, nempè, ſi ad præſens
dicta declaratoria ſimpliciter, & generali-
ter lata, quam probauimus ex prædictis
omnem caſum declaraſſe tendere, & eſſe
contra Priuilegia, reſtringeretur ad caſum
vbi electio fit ad biennium, in caſu, in quo
vacat officium per lapſum temporis, vtiq;
reformaretur dicta interloquutoria ab in-
ferioribus, contra expræſſam diſpoſitionem
dicti nouiſſimi Priuilegij, in quo ſua Cath.
Maieſtas reſeruat ſibi hanc facultatem, vt
patet ex illis verbis. Per la quale riſpoſta
ſi confirmerà, reuocarà, ò reformarà l'inter
locutoria di detti Giudici Straticotiali, &
propterea omnino expectanda eſt reſpon-
ſio ſuæ Cath. Maieſtatis, nec interim ab
alio poteſt reformari, quod deciſum eſt, vt
in iſto, vel in illo caſu locum habeat decla-
ratoria. Hæc enim facultas reformandi
ad ſuam Cath. Maieſtatem ſpectat, alias
verba illa in Priuilegio poſita nihil opera-
rentur contra notata in *l. 1. quod met. caus.
in l. 1. ad municip. in l. ſi quando de leg. 1. Bald.
qui loquitur de minimo verbo in rub. C. de con-
trah. empt. quæſt. 9.* ita quod, nec ſyllaba cen
ſetur appoſita ſine virtute operandi, *Dec.
cons. 626. num. 7. cum concord.* Cum itaq; ex
verbis dicti priuilegij, ad Regem ſpectat
reformatio, ab eis non eſt recedendum *l.
non aliter, ff. de leg. 3. l. 2. §. is, qui nauem, ff. de
exercit. Roland. in cons. 61. num. 30. Vol. 3. Ti-
raquel. in l. ſi vmquam in verb. libertis, C. de re-
uoc. don. Pet. Surd. in trac. de Alim. tit. 2. nu. 10,*
nempè illa oſtendunt mentem Principis
talem eſſe, qualem probant verba ipſa,
quæ quid actum ſit, demonſtrant, *Bald. in
l. lecta ſi cert. pet. & in l. ſed reprobari per illum
tex. ff. de excuſat. tut. vel cura.*

Quo vero ad ſecundum motiuum, in
quo redarguitur interloquutoria prædicta
de iniuſtitia, eo prætextu, quod Vicerex
poteſt eligere Straticotum, prout alias præ-
tenditur eligiſſe, propter quod datur in-
telligi, quod Senatus nõ fouet ius, & iuſti-
tiam, & per conſeq. dicta interloquuto-
ria, vti notoriè iniqua eſt ipſo iure nulla,
nec de ea aliqua iuris ratio debet haberi,
vt inde Priuilegium nouiſſimum refrage-
tur electioni, de qua agitur; vnde merita
ipſa ſunt diſcutienda. An Vicerex poſſit,

vel

Digitized by Google

vel ne Straticotum eligere, & an electio ſit
contra Priuilegia?
18 Pro ſolutione conſidero, quod eo ipſo,
quod interloqnutotia iudicum lata ſuper
contra Priuilegio, vigore dicti nouiſſimi
Priuilegij, meretur exequutionem ad inſtar
rei Iudicatæ, vt ſupra dictum eſt, ſequitur
ex hoc, quod illa habet pro ſe preſumptio-
nem iuris, ita quod pro eius iuſtitia præ-
ſumitur, quouſq; à ſua Cath. Maieſtate
illa reuocata, vel reformata fuerit, *c.cum
inter, & ibidem Abb.num.7.& Canon. com.de
re Iud.l.Herennius §.1.ff.de euict.cap.in præſen-
tia, vbi Hoſtien. Imol. & Abb. num.11.de re-
nunct.Canon.in cap.quoniam contra, vbi latiſſi-
me poſt alios ſcripſi vbi Felin.atteſtatur de com.
extra de prob.Alex.conſi.22. vol.2.* ex recen-
tioribus hanc proſequitur *Menoch. in tract.
de præſ.lib.2.præſ.67.* quinimo etiam ſi ex Eu
logio temporis Comitis Racalmuti tranſ-
miſſo ad Iudices Straticotiales appareret
iniquitas dictæ declarationis, vel quia Se-
natus non fundauit intentionem ſuam, vel
quia appareret ad Viceregem hanc eligen-
di facultatem ſpectare, ad hùc tamen ſtan-
dum eſt dictæ interloqnutoriæ, abſque alia
meritorum diſcuſſione: quia de iure valida
eſt; Nam pro ſententia præſumitur licet er
ror pateat ex actis, & tenent *Glos. & Bart.
in l.1.C.de err. cal.Bart.Bald. Imo. & Rom. in
l.ex diuerſo, §.fin.ff.ſolut. mat. Bald.in l.prola-
tam, C.de ſent. Ang.in l.Imperator, ff. quæ ſent.
ſint appell. & eſt communis opinio,* de qua at-
teſtatur, *Felin.in d.cap.quoniam cotra, nu. 28.
de prob.pro qua re ſummopere facit, quod vo-
luit, Imol.in d.cap.quoniam contra, cuius memi-
nit, Felin.in d.cap.inter cæteras num.1.de re iud.*
19 qui ait, quod ſi ex actis apparet de inſtru-
mento ſolutionis, & tamen conuentus
condemnatur, valet ſententia, & pro ea
preſumitur. Nempè poſſibile eſt, quod
Iudex inſtrumento non adhibuit fidem,
vnde imputatur ſuccumbenti, ſi non ap-
pellat, ſic etiam ſi ex depoſitione teſtium
appareat conuentum eſſe debitorem, & ta-
men fuit abſolutus, non propterea ſenten-
tia eſt ipſo iure nulla. Nam poſibile eſt,
quod Iudex in cuius arbitrio teſtium cre-
dulitas eſt repoſita, eis non adhibuit ſidem
propter trepidationem, vel quid ſimile
ex l.3.ff. de teſt. vel poſſibile eſt credere,
quod debitor probauit ſolutionem per cō-
feſſionem aduerſarij, vel per teſtes, qui ta-
men in actis non fuerunt reducti, vt anima-
20 duertit *Bald.in l.1.C.de manumiſſ.vind.* Nam
probationes non ſunt de ſubſtantia Iudi-
tij, ſed de iuſtitia, *Bart. in l.prolatam in fin.
C.de ſent.Bald.in l.2.col.2.C.de edend.Alex.qui
concord. alleg.in conſil.105.volum.5. Dec.in c.
eccleſiæ S.M.num.mihi.23.de conſt.* qua de re,
licet ſi verum (vt ſupra dictum eſt) quod
21 acta debent attendi, ſi dubitatur de intel-
lectu ſententiæ, *ex Glos.in d.l.ſi quis ad exhi-
bendum cum concord.ſuperius alleg.ff.de except.
rei iud.* Tamen, quo ad validitatem ſenten
tiæ non fit relatio ad acta, ita vt per talem
relationem inualidetur, ſecundum *Imol.in
d.l.ex diuerſo, §.fin.ff.ſolut.mat.quod refert, &
ſequitur, Felin.in d.c.aduerſario tuo, num.4.verſ.
2.aduerte de excep.* ex quibus audacter infero
ad rem, de qua agitur, quod nullo iure
prætendi poteſt nullitas dictæ interloqun-
toriç ad effectum ingrediendi merita etiam
ſi de iniuſtitia dictæ interloqnutoriæ ex a-
ctis conſtaret, vt ex prædictis patet.
22 Pro cuius rei clariori doctrina, aduer-
tendum eſt, quod ita demum iniquitas pa-
tens ex actis, reddit ſententiam nullam
*extradd. à Canon.in d.cap.quoniam contra, & in
d. capi. intercæteras*, de quibus in motiuo,
quando in ſententia ſit expræſsè relatio
ad acta. Nam ſicut ſi error iuris, vel facti
eſſet in ſententia expræſſus; ſententia ipſo
iure non valet, *ex cap.1.de re iud.l.ſi expræſ-
ſim, ff.de appell.l.2.C.quando prou.non eſt ne-
ces.l.1, §.1.ff.quæ ſent.ſint appell.* quia tunc ex
corpore ſententiæ ipſe error percipitur, *Bar.
in cap.cum Bertoldus, de re vidi.ſub.num. 22.
Mars.ſing.473.nu.21. Ias.cons.34.lib.3. Nat.
cons.525.num.36.& 38. vol.3. Oſaſ.decis.1.
nu.49. Menoch.cons.110.nu.66. optime Sforſ.
Odd. cons.20.nu.55.Grati. diſcep.for.cap.103.
num. 21. & alij quos. citat. Gurb. in decis. 69.
num.23.* ſic, & pariter quando ſententia ſe
refert ad acta, ex quibus patet error, quo
caſu habetur, ac ſi in ſententia eſſet expreſ
ſus, *l.& pretor, §.fin.de re iud.l.pen.C.de ſent.
quæ ſint cert.quant.* & ideo pariter ſententia
eſt ipſo iure nulla, vt tenet *Abb.in d.c.quo-
niam contra, & ibidem com.Canon.Ant.de Brut.
in cap.ab excommunicato, col.4. verſ.quandoq;
fertur ſententia de reſcript.& in cap.cum Bertol.
conſ.5.verſ. quintus caſus de re iud.Imol.in l.qui
Romæ, §.duo fratres, ff.de verb.oblig. Bald. &
Salic.in d. l.prolatam, C. de ſent.cum concord.
tradd.à nobis poſt Felin. & Dec. in d.c. quoniam
contra, & à Felin.in d.c.inter cæteras, num.2.
de re iud.ab Alex.in d.l.ex diuerſo, §.fin.ff.ſolut.
mat. Quibus accedit Afflic.in decis. 47.num. 3.
Vanc. de null.ex def.proceſ.num. 129. quorum
meminit Menoc.vbi iſtud declarat lib.2.de præ-
ſump.57.num.52.accedit Sforz.Odd.in d. conſ.*

20.cæterum dato, quod ex actis, vel aliundè appareret ad præſens de errore dictæ interloquutoriæ, non tamen eius iniquitas dici poteſt notoria ad effectum, vt dicatur nulla, vt indè ingredi poſſit merita negotij tunc deducta, quæ in ſupræmo pendent Italiæ ſenatu, cuius reſponſio expectanda eſt, & interim illa declaratoria eſt ſeruanda, ex forma, & tenore dicti nouiſſimi Priuilegij, vnde cum ad præſens attentatur, mediante hac electione, contra deciſionem illam, meritò ei refragatur Priuilegium nouiſſimum, ita quod ex hoc tantum capite, abſquè alia meritorum diſcuſſione. Electio iſta debet omnino declarari contra Priuilegia.

23 Nolo tamen omittere (licet præuia proteſtatione, quod non intendo propter hoc ingredi merita) quod ſi de facultate Proregis ad præſens diſcuteretur. An poſſit Straticotum eligere, vel electioni refragentur Priuilegia Vrbis, vtiquè appareret interloquutoriam præmiſſam ſecundum ius, & iuſtitiam proceſſiſſe, ita quod ſunt diuinationes affirmare, quod ex Eulogio dicti Comitis, vel aliunde appareat de iniquitate dictæ declarationis; vnde nimirum ſi introducto Eulogio in ſupremo Italiæ Senatu, ab anno 1599. vſque ad præſens, contrarium illius deciſionis non fuit reſponſum à ſua Cath. Maieſtate, quinimo per actum facti Rex declarauit electionem ad ſe ſpectare, prout de facto elegit Principem Squillaci, vt eſt notorium, & vti tale allegatur, nec alia indiget probatione, *ex Gloſ. ſing. in Clem. appellanti de appell. Bart. in l. 1. col. fin. de except. Alex. in l. eum qui, §. qui ita, num. 6. de verb. oblig. Marſ. in conſ. 34. nu. 1. vol. 1. cum concord. tradd. in cap. ſuper litteris. num. 358. de reſcrip.* Sed ad tollendum omne dubium, & vt omnino tollatur occaſio tentandi, an Prorex poſſit, vel ne, eligere Straticotum (præuia proteſtatione præmiſſa) abſquè dubio arbitror ad Regem, non autem ad Proregem, hanc facultatem ſpectare, quod veriſſimum eſſe oſtendo. Arguendo à ſufficienti partium enumeratione, quod argumentum validum eſſe in iure, probat, Tex. *in l. Patre furioſo, & ibi DD. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. obligationum, ferè, ff. de actio. & oblig. Alex. in cons. 53. num. 8. vol. 4. Pariſ. in conſ. 67. num. 18. vol. 4. Socc. Iun. conſ. 79. num. 49. vol. 1. & in conſ. 14. num. 2. vol. 2. Roland. in conſ. 3. num. 24. vol. 4.* Itaq; altero de tribus modis de facto poſſet Prorex procedere ad electionem, & quidem ſemper Priuilegia Vrbis refragantur. Primo ſi voluerit eligere Straticotum ad biennium, prout communiter eliguntur à ſua Cath. Maieſtate, & tunc talis electio eſt contra Priuilegia Meſſanæ, ex quibus patet, hanc electionem Regiæ Maieſtati reſeruatam. patet ex Priuilegio Alfonſi, in quo ſua Maieſtas promittit prouidere Vrbi de Straticoto, quo poterit, & debeat contētari; Iſtud idem ſupponit Ferdinandus Catholicus, dum voluit Straticotum eſſe annalem, niſi ex cauſa, ſua Maieſtas prouideret ad biennium, quod expræſsè ex Priuilegio Cæſareo colligitur, dum ſuper duobus expoſitis in ſupplicatione porrecta Cæſari, idem reſpondit, quod Vicerex de Syndicatore prouideat, & S. Maieſtas prouidebit de Straticoto grato, innuens prouiſionem illam ad ſe ſpectare, quod quidem experientia (quæ eſt rerum magiſtra *cap. quam ſit elect. in 6.*) quotidie docet, atq; confirmat, Nempè ab immemorabili tempore, videmus tales prouiſiones à ſua Catholica Maieſtate emanare, & interim, vacante officio, Iudicem Straticotialem eſſe Locumtenentem, qui præſentibus Viceregibus, pro tempore exiſtentibus, conſueuit adminiſtrare officium per biennium, & vltra continuum, vt patet ex actis in Eulogio præſentatis, ex quo ſumitur argumentum à communiter accidentibus, illam electionem non ad Viceregem, ſed ad Regem ſpectare, quod eſſe validum in iure probat *tex. in l. neque natales C. de prob. l. certi condictio, §. ſi nummos, vbi Bart. ff. ſi cert. pet. Gloſ. Card. Imol. & Abb. in cap. 1. de cleric. non reſiden. Socc. Iun. in conſ. 1. nu. 1. vol. 3. Aym. Crau. conſ. 40. col. 1. Marſ. in ſing. 2. & Roland. in conſ. 4. num. 24. vol. 4. cum concord.* Quinimo ſi ad ſuam Maieſtatem Catholicam ſpectat electio Iudicum Straticotialium inferioris ordinis, multo magis ſpectat ad eamdem Maieſtatem, Straticoti electio, Officialis inſignis, ita quod non licet Viceregi manus apponere, ex regula cui negatur, quod eſt minus, multo magis cenſetur negatum, quod eſt maius, vt notatur in *cap. qui licet de Reg. Iur. in 6. DD. in l. qui indignus, ff. de Senatoribus, Ruin. in conſ. 163. nu. 14. Vol. 2. Socc. Iun. in conſ. 131. num. 5. vol. 1. & in conſ. 28. num. 2. vol. 2. &*

24 *Roland. conſ. 5. num. 15. vol. 4.* Accedit præmiſſis, iuris communis diſpoſitio ad Priuilegiorum confirmationem, quò attento, facultas conſtituendi Magiſtratus, pro iuſtitia adminiſtrāda, ſpectat ad Principem, vti de Regalibus, *cap. 1. quæ ſint Regalia; facit l.*

1. in princ. ff. ad l. Iuliam ad amb. Docto. in l. 1. ff. de iuris. omn. iudi. Canon. in cap. cum acceſſiſſent de conſt. Conar. pract. quaeſt. cap. 1. num. 9. Grama. in decis. 46. Roſent. de feud. cap. 5. conclus. 4. num. 8. Reſtau. de imper. quaeſt. 110. cas. 117 Anenda. de exeq. mand. cap. 1. nu. 1. & ſeq. Caſſa. in Catha. glor. mund. in 5. part. cons. 24. late Maſtril. de magis. in 1. lib. c. 1. & præſertim in Regno de officio Straticoto prouidere per ſuam Maieſtatem, aperte ſenſit *Martinus in cap. 44. in fin.* nempè omnis iuriſdictio in perſonam Principis reſidet. *Bald. in cap. 1.* quis dicatur Dux, & apud eum eſt omnium iuriſdictionum fons, à quo fluunt, & refluunt, idem *Bald. in capit. 1. §. adhæc col. 4. de pac. iuram. firman. cuius meminit Affl. in d. cap. 1. nu. 7. quæ ſint Regalia? Accedit Curſ. Iun. in cons. 157. num. 12. Paris. in cons. 1. num. 13. vol. 2. Brun. inter. cons. Feu. in cons. 54. num. 6. & Pet. de Greg. de conceſſ. feud. in 2. parte quaeſt. 2. nu. 13. & in 7. parte quaeſt. 2. num. 17.* & licet prorex ſolet Magiſtratus creare inferiores, *Capi. in decis. 136. Cabad. in decis. 2. in 2. par.* prout ad præſens in hoc Siciliæ regno ſeruatur, eos tamen, qui ſunt ſupremi ordinis Rex tantum eligit precedente nominatione pro regis ad tradita per *Io. Fran. de Ponte in tract. de potes. proreg. in tit. de elect. offi. §. 5. Maſtril. de magis. lib. 5. cap. 6. num. 190.* Et licet ex aduerſo forte appareat aliqua prouiſio de Straticoto facta à Viceregè, inſpiciatur quæſo, quia ad petitionem Vrbis illa proceſſit, vel ſaltem fuit illa admiſſa, cum præſeruatione Priuilegiorum, adiecta clauſula conſueta, qua vtitur Senatus, quæ conſeruat Priuilegium; ita quod per actum contrarium non videatur factum præiuditium *ex Bart. in l. 1. O. de his qui ſponte mun. ſub eum concord.* de quibus inferius; Secundo, ſi voluerit Prorex eligere Straticotum in caſu mortis pro illo tempore, quod ſuperat defuncto, & tunc pariter talis electio, eſt contra Priuilegia, quibus attentis, Straticotus olim erat annalis, hodie vero biennalis debet conſtitui, vt patet ex Priuilegio Ferdinandi Catholici, & Cæſareæ Maieſtatis, ex quo datur intelligi, quod vti ſubrogatus defuncto, ad minus tempus, non conſtituitur, contra tenorem dictorum Priuilegiorum, quorum finis licet eſſe videatur, vt Straticotus non poſſit vltra biennium conſtitui, non quod ad minus tempus creari non poſſit, tamen vſus interpretatiuus ſic dicta Priuilegia declarauit vt nec per minus tempus etiam in caſu mortis, poſſit Straticotus creari, conſtat ex prouiſione facta per ſuam Catholicam Maieſtatem in anno 1588. in perſonam Marchionis Hyraci, in cuius prouiſione aſſerit Regia Maieſtas officium vacare per obitum Don Philippi Borgia, ſentiens ex hoc, quod etiam in caſu mortis facultas ad eum deuoluitur ad effectum eligendi ad biennium, iuxta Priuilegia Vrbis, & interim officium vacare, alias ſi prò reſiduo Vicerex prouidere potuiſſet, vtiquè non fieret prouiſio vacantis per obitum, quia non diceretur vacare officium, eo ipſo, quod alter à Vicerege repetitur ſubrogatus; argumento *capi. cum noſtris cum ſimilibus de conceſſ. preben.* per quem non dicitur quid vacare, quod ſaltem probabilem habet poſſeſſorem, faciunt quæ habentur. in *Rub. & Nig. C. de bonis vacant. & in §. res fiſci Inſtit. de vſucap. Ioann. Bolog. in cons. 2. num. 24.* quo ſubditus, quod illud non venit ſub diſpoſitione loquente de re vacante, quod quidem pariter conſtat ſeruatum in facto, de quo agitur, ſi credendum eſt literis ex diuerſis partibus transmiſſis in quibus fertur ſuam Catholicam Maieſtatem, habita notitia obitus Marchionis Montis maioris prouidiſſe officium Straticoti in perſonam Don Giorgij de Mandoſſa, non obſtante quod adhuc ſuperſunt plures menſes de biennio præfati Marchionis defuncti, quod tandem confirmatur ex literis eiuſdem Don Giorgij ab eo miſſis ad Senatum, & ad Iudices Straticotiales Ciuitatis Meſſanæ, in quibus atteſtatur habere prouiſionem ſuæ Maieſtatis de officio Straticoti nunc vacante, ex qua prouiſione apertè datur intelligi, quod etiam in caſu mortis debet Straticotus à Rege creari ad biennium, vt conſuetum eſt, nec expectatur lapſus temporis, quòd ſuperat defuncto, vt interim ſubrogetur à Prorege pro reſiduo, & ſic ad minus tempus contra formam Priuilegiorum, quæ ita interpetratiua conſuetudo declarauit, cui ſtandum eſſe nulli dubium eſt, etiam ſi abſquè alia temporis præſcriptione, per vnicum actum ita fuit ſeruatum, *Aym. Crau. in cons. 201. num. 12. Menoch. de arbit. iud. cap. 83. num. 10. Apon. in conſi. 51. num. 28. & 29.* omnis enim dubietas ex ſubſequuta obſeruantia tollitur, *cap. cum. dilectus extra de conſuet.* Tertio, & vltimo, ſi voluerit Prorex eligere Straticotum prò interim quocumquè modo vacat officium, quouſquè illud fuerit à ſua Catholica Maieſtate prouiſum, & tunc pariter electio eſt contra Priuilegia, tam quia refragantur illa, quæ

dictant

dictant Straticotum creari ad biennium iuxtam prædicta, tum etiam, & illa, quæ immediatè admittunt Iudices Straticotiales eſſe Locumtenẽtes quouſq; à ſua maieſtate fuerit de Straticoto prouiſum, prout de conſuetudine antiquiſſima Vrbis hoc euenit, de qua, tum per teſtes, tum etiam per literas poteſtatis Proregum, & præſertim Comitis Aluæ de liſta in Eulogio conſtat, quæ conſuetudo immemorabilis vim Priuilegij obtinet, *l. hoc iure §. ductus aquæ, ff. de aq. quot. eſtiu. cap. ſuper quibuſdam §. præterea de verborum ſignification. Alexand. in conſil. 6. col. 2. in princ. vol. 1. & in conſil. 35. colu. 2. vol. 2. Dec. in cons. 586. num. 6. Roland. in conſ. 66. nu. 4. uol. 2. & Bald. in tract. de præſcrip. in 2. parte quintæ partis princ. q. 6. nu. 6. Oſaſ. in cons. 66. num. 38. Rolan. in cons. 59. num. 17. volu. 4. Menoch. in cons. 90. num. 65. in ſeq. Decian. trac. Crimi. lib. 4. cap. 9. ſub num. 14. Intrig. de feud. cent. p. quæſt. 39. num. 49. Maſcar. de probat conclus. 1215. numer. 48. Caned. quæſt. Can. quæſt. 45. num. 33. & Pau. Emil. in tract. de excep. p. par. ex cap. 1. num. 30. tit. p.* & tanto magis in Vrbe Meſſanæ hoc vendicat ſibi locum, in qua, mores, & conſuetudines vti Priuilegia auarijs Regibus ſunt confirmata, vt patet ex Priuilegio Ludouici, Ferdinandi, Ioannis, & Cæſareæ Maieſtatis, ex quo ſequitur, quod electio, quæ fit à Vicerege, ſiue pro interim, vacante officio in omni caſu, vt in hoc tertio modo, ſiue pro reſiduo temporis, vacante offitio per obitum, vt in v. modo dictum eſt, ſemper reſultat contra Priuilegia. Nam per talem electionem tollitur Locumtenentia Iudicis Straticotialis, qui ſuccedit vacante offitio, tum ex Priuilegio, tum etiam ex conſuetudine obtinente vim priuilegij vſq; ad aliam prouiſionem ſuæ Cathol. Maieſtatis, vnde talis electio in caſibus præmiſſis, vti facta contra mores, & conſuetudinem Vrbis eſt contra Priuilegia, & per conſequens non exequenda, iuxta Priuilegium Martini, Manfredi ſuperius relatum. Patet igitur ex prædictis abſq; alia diſcuſione, ne videar merita iſtius punti, longiori calamo, attingere, quod quacumq; via intendit Prorex in electione Straticoti manus apponere, ſemper vrgent Priuilegia in contrarium, quibus refragantibus nihil ex mente ſuę Cath. Maieſtatis in eorũ præiudicium poteſt attentari iuxta prædicta.

27 Accedit præmiſſis conſideratio, quæ ſumitur arguendo, ab aſſurdo euitando, quod argumentum, vti ſumptum à ratione naturali, vt inquit *Bald. in l. conuenticulam, C. de Epit. & Cler. validum eſſe, probant iura in l. nam abſurdum, de bon. liber. cap. cum ſit de iud. capit. quemadmodum de iur. iur. Aym. Crau. in cons. 130. & Peregr. in cons. 89. num. 28. Vol. 1.* Itaq; poſito quod Vicerex eligit vacante officio per obitum pro tempore quò ſuperat defuncto, vt in caſu de quo agitur, vel pro interim in quocumq; caſu, vſque ad nouam Prouiſionem ſuæ Maieſtatis, qua electione facta euenit eundem electum à Vicerege, eſſe prouiſum à ſua Cath. Maieſtate prout verbo fertur in facto ab aliquibus, qui fouent partes Marchionis Sortini, qui publicè dicunt, eundem pro certo fuiſſe electum à ſua Catholica Maieſtate, certe indubium reuocaretur, pro quanto tempore, iſte erit Straticotus? cum ex Priuilegio Cæſaris vltra biennium, nemo poteſt eſſe Straticotus, quò elapſo, eſt perſona priuata, & certè ſi dicimus (ne illud obſtet Priuilegium) quod talis exercet per biennium continuatis temporibus, tũ prouiſionis Viceregiæ, tum etiam ſubſequutæ ſuæ Maieſtatis, tunc reſultat inconueniens, quod prouiſio facta à Rege ad biennium, ſuum non ſortitur effectum, & clauſula illa ad biennium in prouiſione poſita, eſſet ſine virtute operandi adiecta, quod eſt abſurdum, *ex l. ſi quando cum concordantibus, de quibus ſupra, ff. de leg. primo,* ſi vero dicimus ad euitandum hoc inconueniens, quod talis exercet offitium per biennium iuxta Regiam prouiſionẽ, aliud reſultat abſurdum, nempè daretur caſus, quod quis exerceret officium Straticoti vltra biennium, quò elapſo non eſſet perſona priuata, obſtante Cæſaris priuilegio, quod in viridi eſt obſeruantia, vt ex teſtibus, & literis poteſtatis in Eulogio tranſmiſſis patet, vnde, vt hæc ceſſent abſurda nec non, & ſtantibus præmiſſis, concludo nihil de hac re ad Viceregem ſpectare, ſed eueniente caſu vacationis, Iudex Straticotialis (vt moris eſt) ſuccedit vſq; ad aliam ſuæ Cath. Maieſtatis prouiſionem; Sed vt ſuperius oſtenſum eſt, hæc merita pendent in ſupræmo Italiæ Senatu, ſtante declaratione contra Priuilegij lata contra Comitem Recalmuti, quæ omnino ſeruanda eſt ex forma nouiſſimi Priuilegij, ita, quod electio iſta Marchionis Sortini, ſtantibus declaratione, & Priuilegio prædictis, in contrarium refragantibus (vt oſtenſum eſt) nullo modo poteſt exequi abſq; præiuditio Priuilegiorum, & incurſu pœnę in præ-

præfato nouiſſimo Priuilegio impoſitæ.
Qua de re, ex hoc ſolum capite debet om-
nino declarari, abſque alia meritorum di-
ſcuſſione, electionem præmiſſam fore, &
eſſe cōtra priuilegia Vrbis, iuxta illius Syn-
dici petitionem (mandante Senatu) por-
rectam.
Secundum caput principale contra Pri-
uilegij, reſultat ex perſona dicti Don Cæ-
28 ſaris Gaetano Marchionis Sortini; cuius
electioni refragatur Priuilegium Regis Al-
fonſi, in quo ad ſupplicationem Vrbis, fuit
obtentum, vt Straticotus nō ſit Ciuis, neq;
coniunctus in aliquo gradu parentelæ cum
Ciuibus Meſſanæ; Quod iure communi
conuenire videtur, quo attento Ciuis in
propria patria regulariter aſſidere non pōt,
ex l. hi. qui, & ibi Gloſ. ff. ex quibus cauſ. maio.
l. in conſiliariis, & ibi Glos. C. de Aſſeſſ. l. fin.
C. de crim. ſacril. l. 3. & ibi glos. ff. de offi. aſſeſ. &
nullus apparitor. C. de diuc. offi. & appar. lib. 12.
Menoch. de Arbit. Iud. cas. 253. num. 9. Albe.
Brun. in cons. 12. Vince. de Fran. in decis. 98. &
ibid. Amend. in addi. num. 1. & 2. Pet. de Greg.
Tholoſ. lib. 47. ſyntag. iur. cap. 10. num. 13. Mut.
in conſu. Panor. cap. 68. num. 8. Gugli. de bened.
in cap. Raynuncius, in verb. & Uxorem nomine
Adelaſiam, num. 1050. cum ſeq. de teſta. Boual.
lib. 1. polit. cap. 12. num. 23. Anto. Sol. ſuper. con-
ſu. Sabaud. tit. de Caſtel. §. preterea, nu. 1. Auend.
de exeq. mand. reg. cap. 3. Maſtril. de magis lib. 2.
cap. 7. Theſ. in decis. 268. num. 1. Rouit. ſuper.
prag. 1. ſub. tit. de offic. & Ioan. ſegu. in direct. iud.
cap. 9. num. 4. in p. par. & hoc per rationem in
Priuilegio expræſſam, nam conſanguineo-
rum affectu ſtatera Iuſtitiæ turbatur, quod
ſenſit Bart. in l. fin. de. off. aſſeſſ. & clarius decla-
rat Purpur. in rub. de offit. aſſeſſ. num. 11. qui te-
net, quod quis reſpectu conſanguineorum
exiſtentium in loco, efficitur de mala ad-
miniſtratione ſuſpectus, ex quo amor, &
odium animum plerumquè euertunt, cap.
cum æterni de re iud. in 6. glos. in verb. conſtitu-
tionibus in d. l. lui. qui & in d. l. fin. C. de ſacril. Af
flic. in conſt. magiſtri Camerarij. num. 9. Alci. de
præs. reg. p. præſ. 37. num. 4. Mut. in d. cap. 68. &
alii, quos prętereo ſed in facto conſtar, Mar
chionem Sortini eſſe coniunctum in conſa-
guinitate, & affinitate cum diuerſis Ciui-
bus Maſſanę infra gradus legitimos, ſiue
illi ſecundum Canones ad impediendum
matrimonium computentur, iux. tex. in cap.
non debet de conſang. & affin. ſiue ſecundum ius
ciuile, ad effectum ſucceſſionis, fit computatio,
iuxta tex. in §. fin. inſtit. de ſucceſſ. cogn. Ideo ſe-
quitur, quod refragante Priuilegio præmiſ
ſo, dicta electio non eſt admittenda, & ex
hoc capite poteſt, & debet declarari, fuiſ
ſe & eſſe contra Priuilegia.
Nec refragatur huic capiti motiuum ex
aduerſo, dum dicitur, quod multi fuerunt
Straticoti ſanguine, aut affinitate cum Ci-
29 uibus coniuncti, ex quò infertur, quod per
actum contrarium, licet vnicum, Priuile-
gio cenſetur renuntiatum. Bart. in l. fin. num.
6. de conſtit. Princ. ex l. 2. C. de iur. dom. impetr. l.
commiſſoriè C. de pact. inter. empt. & vend. cap.
cum acceſſiſſent de conſtit. D D. in l. falſo, vbi Cyn.
num. 3. C. de diuerſis reſcrip. Bald. in cap. plerum-
què num. 19. de reſcript. D D. in cap. ſi de terra de
Priuileg. Alex. in cons. 33. num. 2. vol. 5. Mars.
in rubr. de fideiuſſ. num. 335. Menoch. de prǫs. lib.
6. præſumptione 41. num. 3. Reg. Iap. in commen-
tario d. l. fin. in 2. parte, cap. 2. num. 2.
30 Cui motiuo breuiter multis modis reſ-
pondetur ſupponendo prius, quod in du-
bio non præſumitur, quod quis velit ſuo
renuntiare Priuilegio, Butr. in cap. accedenti-
bus col. 2. de Priuileg. Felin. in cap. cum acceſſiſ-
ſent num. 29. de conſtit. & Dec. in conſil. 308.
nu. 8. Surd. in quæſt. 419. num. 34. Vol. 3. Nam
renuntiatio aliud non eſt, niſi quædam do-
nationis ſpecies, l. ſi quis delegauerit, vbi Bart.
de ſolut. Dec. in l. poſtquam liti, num. 15. & ibi
Cur. Iun. 5. C. de pact. Alex. in cons. 206. col. 2.
in fin. volum. 7. Accedit Menoch. in lib. 3. de præ-
ſump. in 45. præſumptione, num. 11. quæ dona-
31 tio non præſumitur, quia nemo ſuum ia-
ctare creditur, l. cum de in debito verſ. qui cum
ſoluit, ff. de condict. in deb. vnde omnis conie-
ctura potius eſt ſumenda, quam donatio-
nis, l. eleganter, §. qui reproboſ. ff. de pignorat.
act. l. ſi cum aurum, ff. de ſolutionibus, Bald. in
cons. 189. in fin. vol. 2. Dec. in cons. 150. num. 4.
& in cons. 171. nu. 4. & in conſi. 644. num. 15.
Iaſ. in l. Iuris gentium, §. ſi cum nulla, num. 28. ff.
de pact. Menoch. qui eorum meminit in tract. de
arbitr. Iud. cas. 88. nu. 1. cum ſequent. Quò ſup-
poſito, dico, quod dato, quod appareret,
quod aliquis Straticotus non obſtante pa-
rentela habita cum Ciuibus, fuerit admiſ-
ſus, non tamen per hoc Ciuitas, per renun
tiationem ex contrario actu cauſatam, a-
miſit Priuilegium, ex multis; Primo quia
ita demum amittitur Priuilegium per con-
32 trarium actum, quando Priuilegiatus ſim-
pliciter id facit, at ſecus ſi poteſtatur, qd
non intendit ſuo renuntiare Priuilegio, iux
ta morem Senatus, qui ſemper vtitur clau-
ſula, Priuilegijs Ciuitatis ſemper ſaluis,
quo caſu, durat Priuilegium, non obſtante
actu in contrarium, vt ſupra tetigi, & vo-
luit,

Digitized by Google

init *Bart.in l.prima C.de his qui ſponte mun.Su-*
be. Alex.in cons.108.volum.3.& in conſi.33.
num.7.vol.5.& in conſi.190. num.22. vol.2.
Roman.in conſ.252.in fin.Canon.comm.in d.cap.
cum acceſſiſſent, & Tap.in d.comment.d.l.fin.in
loco præcit.num.11.& Menoch.in 6.lib.de præſ.
33 *in præſumpt.41 num.12.* Secundo tunc per ac-
tum contrarium quis amittit Priuilegium,
quando ſcienter contrauenit; At ſecus
ignoranter, *Canon.in cap.ſi de terra, vbi Deci.*
in ſpecie de Priuil. Henri. Boyh.in d.cap.cum a-
ceſſiſſet, num.9. Moderni in d.l. finali vbi ſupra
nu. 23. quę ignoratia in dubio præſumitur,
quouſque non conſtat de ſcientia Vrbis, *ex*
l. verius, ff.de probat.capit. præſumitur de Reg.
Iur.in 6.Bart.in l.is poteſt num.18.ff.de acquir.
hered.& in l.adulterium nu.38.ff.de adult.Dec.
in conſi.330.num.9.Alex.in conſi.172.num.9.
vol.2. Magon.in decis. Luc.49.nu.11.cum con-
cord.tradd.in commentario capi.ſuper literis num.
34 *88.vbi latè extra de reſcript.* Tertio non pro-
cedit motiuum in priuilegio conceſſo Ciui-
tati, cui Ciues contrauenientes non præiu-
dicant, ſicut nec Clerici præiudicant Ec-
cleſiæ, *D D.in cap.accedentibus de priu.Abba.in*
cap.pro illorum de præb.Felin.in d. capi.cum ac-
ceſſiſſent num.94.& alij per Modernos allegati,
35 *in d.l.finali vbi ſupra num.17.* Quarto allega-
ta in motiuo non procedunt in eo, qui con-
trauenit Priuilegio, vt mandato ſuperio-
ris obediat, prout fortè id fecit Senatus in
aliqua facti contingentia, quo caſu Priui-
legio per contrarium actum non dicitur re-
nuntiatum; quia animus non tendit ad il-
lud, *Purp.in conſi.483.num.13.Dec.in d.cap.*
cum acceſſiſſent in 5.limit.num.mihi 17.Moder-
ni. qui iſtud declarant *vbi ſupra nu.13.* Pro
qua re facit, quod coniectura renuntiatio-
nis Priuilegij eſt euitanda, *Ias.in d.l.finali,*
num.58.Feder.Senior in cons.233.poſt.num.3.
Alexand.in cons.157.col.1.vol.7.Cran.in cons.
21.num.14.Menoch.in cons.2.num.135.vol.1.
Tap.vbi ſupra num. 24. Vltimo allegata in
36 contrarium procedunt in Priuilegio haben
te actum momentaneum, & non reiterabi-
lem, quod amittitur per cõtrarium actum;
per illum *tex in d.cap.cum acceſſiſſent, & in l.*
2.C.de Iur.dom.imper. At ſecus in Priuilegio
habente tractum ſucceſſiuum, & reiterabi-
lem, quale eſt hoc priuilegium, nempe il-
lud, non ſic per contrarium actum facili-
liter amittitur. *Barto.qui ſic diſtinguit in d.l.*
fin.ff.de conſtit.Princ.D D.in d.cap.cum acceſſiſ-
ſent, vbi Dec.ſub.5.conclus.& in cap.ſi de terra.
de Priuil.Ciuil.in l.voluntarie, vbi Salic.C.de
excuſat.Tut.& in d.l.2.C.de Iur. domin. impetr.

Bart.in l.2.§.fin.ff.de Decur.Bald.in cap.plerum-
que col.finali,de reſcript. quod eſt de mente Ale-
xand.in cons.190.col.fin.vol.2.& clarius ponit
in d.conſil.33.num.4. volu.5. Dec.in cons.496.
num.13.in 4.parte.

Tertium & vltimum caput principale
contra Priuilegij eſt illud, quod pariter ex
perſona dicti Marchionis reſultat, & colli-
gitur ex Priuilegio Rogerij, in quo extat
37 prouiſum, quod officiales ſtatuendi in Vr-
be non ſint Ciuibus ſuſpecti, nec infeſti po-
pulo, aut moleſti, & in ſpecie de Stratico-
to, quod debet eſſe gratus Meſſanæ, Patet
ex priuilegio Cæſareæ Maieſtatis, qui ſub
verbo Regio promiſit prouidere Vrbi de
Straticoto grato, quæ Priuilegia iure com-
38 muni comprobantur, quo attento Iudex
ſuſpectus non amittitur, ſed poteſt recuſa-
ri *capit.Iudex eod.tit.lib.6.capit.ſi quis contra*
clericum de for.compet.capit.cum ſpeciale de Ap
pell. ſatis enim durum eſt coram ſuſpecto
Iudice litigare, *l.apertiſſimi, & l.cum ſpecialis*
C.de iudit.cap.quia ſuſpecti 3.queſt.5.conueniunt
tradita per Alexan.in cons.89.Vol.1.& in l.ſo-
let, ff.de Iuriſd.omn.Iud.Roma.in cons.220.col.
2.Capp.Thol.decis.478. & Minad. in conſ.37.
vol.1. In propoſito conſtat ex Eulogio Mar
chionem Sortini eſſe ſuſpectum, nec gra-
tum Vrbi, ideo electioni, de qua quæri-
tur, obſtant præmiſſa Priuilegia. Liquet
enim de ſuſpicione, ſtante ſanguinis con-
inctione, de qua nouiter Vrbs Meſſanæ no-
titiam habuit, qua Marchio Sortini eſt
coniunctus, tum præfato Comiti Racalmu-
ti, qui ſtante dicta interloquutoria contra
eum lata, per quam non fuit admiſſus in
offitio Straticoti, & per quam fuit coactus
poſt acceſſum ad Vrbem redire vnde vene-
rat, fuit effectus inimicus, quinimo de ini-
micitia dicti Comitis Illuſtriſſimus Domi-
nus Cardinalis atteſtatur in literis ad Sena
tum tranſmiſſis & in Eulogio præſentatis,
tum etiam cum D. Octauio de Aragonia,
pariter inimico, ex cauſis contra eum pro-
poſitis ad inſtãtiam Syndici iſtius Vrbis in
viſitatione generali; quæ hodie pendent
in ſupræmo Principis auditorio. Ex qua re
reſultat, quod dictus Marchio Sortini, tam-
quam coniunctus inimicorum Meſſanæ, ef
39 ficitur eiuſdem Vrbis inimicus: Nam in mi-
noribus terminis ſimpliciter amicus inimi-
ci mei præſumitur meus inimicus, vel ſal-
tem ſuſpectus, *Dec.& Cagn.in l.conſilij §.So-*
cij ff.de reg.iur.Baldus Salic.& Iaſon,in l.liberi,
C.de in officio.teſtamen.Canon.in c.cap.repellan-
tur de accuſat. quod quidem multo magis lo-

cum

cum habet in conſaguineo, vel coniuncto inimici mei, qui propter hoc efficitur inimicus, *Bald. in d. l. liberi, & in l. prima num. 33. ff. de rei vendic. And. Sicul. in d. capit. repellantur, Glos. in l. 1. §. cum patrono in verbo cum inimicis de offi. præfecti Vrb. Glos. in cap. 1. in verbo porrò, quæ fuit prima cauſ. benef. ammit. Marſil. in l. 1. §. præterea, num. 10. ff. de queſt.* qui omnes loquuntur de vaſſallo contrahente parentelam cum inimico Domini, qui propter hoc efficitur illis inimicus, quod declarat *Maſcard. in tract. de probat. conclus. 898. nu. 35. cum ſeq. latè Menoch. in cons. 102. num. 9. volu. 2. remiſſiuè, idem Menoch. de præſumpt. libe. 5. præſumpt. 43. num. 16.* Ex quibus omnibus concludendum eſſe arbitror, electionem præmiſſam fore, & eſſe contra priuilegia Vrbis Meſſanæ, & ita declarandum eſt à Dominis Iudicibus Straticotialibus, Regijs Delegatis, quorum Religioni hæc ſubmitto, & ſi quid in eis deficit eorum ſuppleat Doctrina, & in fidem ſignaui, & ſubcripſi, Meſſanæ Die xviiij. Nouembris. 1610.

Ita iuris eſſe ſentio,

Octauius Gloritius Iuriſconſultus Tropienſis.

Hęc quæſtio hodie eſt ſopita, na pendentibus his meritis, in ſuprema Regali Curia de rebus Italicis, in qua fuit primo introductum eulogium Comitis Ragalmuti, & deinde iſtud Marchionis Sortini, Placuit Catholicæ Maieſtati Domini noſtri Regis Philippi Quarti, ad petitionem ſuæ Vrbis Meſſanæ, nouo priuilegio, hoc declarere inter alias gratias in eo conceſſas de menſe Septembris. 1622.

Cuius petitionis, & Regij Drecreti tenor, talis eſt.

Item, que ſe declare, que la elecion del Cargo de Eſtratico toca à V.M. ſolo, y que vacando el dicho Cargo por muerte, auſencia, o fin del biennio, y antes, que llegue el ſucceſſor, o por qualquer otro caſo, que ſea, que el Virrey non ſe pueda meter, en elegir, o ſubrogar otro, ni en la proprietad, ni en el interim, ni en otra forma alguna, ſino, que durante el tiempo de la vacaçion, entre en el eſercitio del dicho Cargo de Eſtraticò el Lugar teniente, que es la Corte Eſtraticotial, cada Iuez por ſu tanda, en la forma, y modo, que agora ſe eſtila, y accoſtumbra aſta que V.M. lo prouea, y con eſto hayan da ceſſar, y ceſſen los pleytos que peden en el conſejo ſupremo de Italia. cui petitioni reſpondit Cath. M. per hæc verba SIC DECLARATVR legitur in priuilegio regiſtrato in lib. magno Priuilegiorum conſeruato in Archinio Senatus in vltimis fol.

RESPONSVM QVINTVM

SVMMARIVM.

1 *Clerici, & perſonæ eccleſiaſticæ, non tenentur ſoluere Gabellas, ex priuilegio iuris.*

2 *Gabella contrahentibus impoſita, non debetur à clericis venditoribus eorum redditum, ſiuè ad groſſum ſiuè ad minutum vendant.*

3 *Clerici vendentes fructus rerum ſuarum, non dicuntur negotiari.*

4 *Miles Hyeroſolimitanus inter perſonas eccleſiaſticas numeratur, & ſub Religion D. Auguſt. militat.*

5 *Gabella ſi de facto exigitur à perſonis eccleſiaſticis, exigentes ſunt excommunicati: qui non abſoluuntur abſque reſtitutione.*

6 *Merita negotij afferuntur.*

7 *Clerici ſunt immunes à gabellis, pro rebus Eccleſiæ, & patrimonialibus.*

8 *Bona Clericorum patrimonialia, an gaudeant eodem priuilegio, quo gaudent eccleſiaſtica.*

9 *Collectari, ſicut non poſſunt bona Eccleſiæ, ſic nec patrimonialia clericorum.*

10 *Patrimonialia bona, quæ ſint.*

11 *Feudum paternum quod ſit.*

12 *Patrimoniale non dicitur, etiam quod euenit ex ſucceſſione tranſuerſalium.*

13 *Clerici pro rebus emptis & donatis, an ſint immunes.*

14 *Regia Cam. Summariæ Reg. Neap. cogit clericos ad ſolutionem collectæ, & gabellæ, pro rebus emptis.*

15 *Clerici pro rebus donatis in fraudem, tenentur ſoluere collectas, & gabellas.*

16 *Fraus, & ſimulatio eſt difficilis probationis.*

17 *Simulatio ex quibus arguatur, & an valeat Iudicis arbitrium.*

18 *Gabella, quæ ſoluitur à venditore non debetur à Clerico vendente redditus rerum ſuarum.*

19 *Gabella impoſita ſuper rebus, non debetur à clerico domino, & num. ſequenti.*

20 *Gabella impoſita ſuper rebus, ſoluitur à Domino rei.*

21 *Gabella in hac facti ſpecie, ſoluitur ab emptoribus.*

22 *Gabella quæ ſoluitur ex contractu, ſi non exprimitur à quò, onus eſt emptoris.*

23 *Decima, quæ debetur Fiſco ex alienatione feudi, ex cap. volentes, à quo ſit ſoluenda.*

24 *Capita gabellæ, de qua agitur, diſponunt expreſsè illam emptoribus ſoluendam, vide matiuum ex aduerſo ſub nume. 28. ſed reſp. & num. 29.*

25 *In claris non eſt opus coniecturis.*

26 *Duo vincula magis ſtringunt, quam vnum.*
Duplex funiculus plus operatur, quam ſimplex, ibidem.

27 *Clauſulæ geminatæ magis enixam voluntatem oſtendunt.*

28 *Statutum diſponens idem, quod ius commune, quid operatur.*

29 *Correctio repentina eſt euitanda, & corrigere ſe ipſum in continenti, nemo præſumitur.*
Interpretatio ea ſumi debet, per quam diſpoſitio ſibi non contradicit, ibidem.

30 *Obſeruantia eſt optima diſpoſitionis interpreſ.*

31 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*

32 *Oppoſitum operatur in oppoſito, quod propoſitum in propoſito.*

33 *Emptores rerum clericorum, non ſunt immunes à gabellis, & num. 41. & 44. contra num. 45. ſoluitur num. 50. ſed vera reſolutio traditur nu. 54. 56. & 57.*

34 *Priuilegium clerici eſt perſonale, & non egreditur perſonam.*
Quod procedit in herede priuilegiati, ibidem.

35 *Perſona mutata, mutatur priuilegium.*

36 *Emens à Fiſco, non eſt immunis à vectigalibus.*

37 *Fiſcus, & Eccleſia, æquiparantur.*

38 *Iudicium idem in æquiparatis.*
Adæquatio operatur, vt diſpoſitum in vno, locum habeat in alio.

39 *Coloni partiarij clericorum, non ſunt immunes à collectis, & gabellis pro eorum portione, ſed limitatur num. 61.*

40 *Emptio, & conductio habent ſimbolum inter ſe.*

41 *Gloſa in in clem. fin. de cens. quæ voluit, emptores redituum clericorum non eſſe immunes declaratur.*

42 *Clerici negotiatores, tenentur ſoluere collectas, & gabellas.*

Specu-

43 *Speculatoris Doctrina de imm. Eccleſ. in fine declaratur.*

46 *Venditor ſi eſt immunis, an ſit pariter, & emptor iure correlatiui, vid. num. 55.*

47 *Baldi diſtinctio traditur in cons. 31. vol. 1. in eo an emptor bonorum Eccleſiæ, vel clerici teneatur ad gabellas, ſed vide num. 53. 54. 56. 57. & 59.*

48 *Indebitum, quis ſoluere non tenetur, etiam ſi partis ſolutio facta ſit.*

59 *Leſio tollitur per ablati reſtitutionem.*

50 *Bar. diſtinctio, refertur in eo, an immunitas venditoris, proſit emptori.*

51 *Gabella dicitur onus ordinarium, ſi Regia Auctoritate imponitur, & certam habet praſtationem.*

52 *Bald. reprehendit Bart. diſtinctionem traditam in l. licitatio, § fin. ff. de vectigal.*

54 *Emptores abſolutè, & ſimpliciter, non ſunt immunes, licet emant à perſona Eccleſiaſtica, ſed conditionaliter ſic num. 56.*

55 *Argumentum correlatiuorum non procedit quando in altero de correlatiuis, non militat eadem ratio.*

56 *Gabellæ onus, ſi eſt annexum contractui ſoluendæ ab emptore, an debeatur ſi emit à perſona immuni.*

57 *Emptor, cui onus gabellæ eſt impoſitum, ſi emit à clerico, eſt immunis, ſi aliàs, læditur priuilegium clerici, num. 59.*

58 *Ratio reſtringit dictum, ad caſum in quo ratio conuenit.*

59 *Ratio, quæ perpenditur à DD. pro immunitate emptoris ementis à clerico, eſt illa, ne alias lędatur eius priuilegium, vendendo viliori pretio, & ſeq.*

60 *Ratio ampliat dictum ad caſum, in quo ipſa conuenit.*

61 *Coloni clericorum, an ſint immunes, quando ex eorum grauamine, grauantur clerici,*

62 *Clerici, nec per indirectum poſſunt grauari collectis vel gabellis.*

63 *Coniunctus gaudet Priuilegio coniuncti: ſi alias illud eſt inutile Priuilegiato.*

64 *Priuilegium immunitatis venditoris, non læditur in hac facti ſpecie, ex ſolutione gabellæ, quæ fit ab emptore, & num. 66. cum ſeq.*

65 *Argumentum à ceſſante ratione validum.*

66 *Gabella in hac facti ſpecie, in quo conſiſtit.*

67 *Pretium poſſunt ſtatuere Miniſtratores Ciuitatum ſuper victualibus.*

68 *Meta, quæ ſuper annona apponitur à Senatu, habet reſpectum ad expenſas, labore, & gabellam; qua detracta, apponeretur tanto minus.*

69 *Venditor vini ad minutum, non vendit, in hac facti ſpeci, viliori precio propter gabellam impoſitam emptori.*

Idem ſi vendatur ad groſſum num. 78. & 79.

70 *Venditor exigens gabellam ab emptoribus, ſi illam non reſtituit, dicitur vendere vltra precium & locupletatur cum iactura aliena.*

Precio legitimo, non eſt licita acceſſio, etiam in vno obulo.

71 *Clerici, laicorum ſtatuto non ligantur, etiam ſi fauorabile fuerit.*

Statuti virtus à iuriſdictione pendet, ibidem.

72 *Clerici ſunt exempti à laicorum iuriſdictione.*

73 *Exemptio iuriſdictionis reſpectu fori, procedit à pari, cum ex emptione reſpectu ſtatuti.*

74 *Clerici tenentur ſeruare ſtatuta laicorũ generalia pro publica vtilitate emanata, declara, vt in num. 76. & coram eorum Iudice compelluntur num. 77.*

75 *Clerici tenentur ſeruare metam appoſitam ſuper victualibus.*

76 *Clerici, licet ſint exempti à lege, non tamen ſunt exempti à dictamine rationis.*

77 *Iudex eccleſiaſticus compellit clericos ad obſeruantiam ſtatuti pro communi vtilitate conditi.*

79 *Vinum, quod venditur ad groſſum in Vrbe Meſſanæ, habet precium naturale.*

Precium naturale, quod ſit, ibidem.

Clericus qui emit vinum ad groſſum pro vſu: ſoluit tanto minus de precio currenti quantum importat gabella.

80 *Vendere vltra iuſtum precium victualia, eſt prohibitum.*

81 *Clerici magis tenentur exercere charitatem, quam laici.*

82 *Differentia intèr venditionem vini ad minutum, vel ad groſſum, reſpectu pretij legitimi, vel naturalis, & num ſeq.*

83 *Precium naturale, non conſiſtit in indiuiduo, ſed latitudinem habet, & in eo non cadit iniquitas.*

84 *Venditor vini ad groſſum, an quod recipit vltra precium naturale, dicatur recipere pro latitudine precij, ad excluſionem gabellæ.*

85 *Ratio vbi eſt eadem, idem Ius eſt ſtatuendum.*

86 *Abſurdum, eſt euitandum.*

87 *Precium naturale, quo venditur vinum ad groſſum, includit Gabellam, ſiue precio moderato, ſiue precio rigido vendatur, nec à latitudine precij, Gabella confunditur.*

88 *Malitijs hominum eſt obuiandum.*

ARGVMENTVM

An, & quando perſonę eccleſiaſticæ, illarumq; reddituũ emptores, ſint à ſolutione gabellæ immunes.

P Spiri-

SPiritus Sanctus Adſit, & illuminet intellectum, vt ſancta Iura loquar ſuper eo, quod hodie pendet in M. C. Trib. Regij Patrimonij huius Siciliæ Regni, in quo conſultiſſimi viri præſident, inter frattem Don Marium Sollima Hyeroſolimitanum Militem ex vna, & Gabellarium gabellæ vini ex altera; In qua re, prima fronte videtur quod præfatus de Sollima non poſſit moleſtari pro Gabella, de qua quæritur, & quod propterea exactum debet ſibi reſtitui iuxtà eius petitionem contra eundem Gabellarium porrectam.

Pro quo ſuffragari videtur illa Regula generalis, in qua ſe fundat Aduerſarius, quam negare non minus periculoſum eſſet,
1 quam ſuſpectum. † quod clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ ſunt immunes à ſolutione Gabellarum, & ſimilium Vectigalium, ità quod à laicis ad ſolutionem Gabellæ, compelli minimè poſſunt, ex priuilegio à iure, tum humano, tum etiam, & Diuino eiſdem conceſſo, *ex l. placet, & Auth. item nulla communitas, vbi D D. C. de ſacroſanc. Eccl. cap. non minus, & c. aduerſus, & ibidem Canon. extra de imm. Eccles. cap. præſenti de cenſ. in 6. & Clem. fin. eod. tit. cum ſimil. Bald. in l. ſecunda C. de Epiſcop. & Cler. Abb. & Cano. in cap. fin. de Vit. & honeſt. cler. & in cap. innouamus num. 4. de cens. idem Abb. in conſ. 6. in 2. dub. vol. 1. & latius in conſi. 13. vol. 2. Gemin. & Imol. in cap. 1. de temp. ordi. in 6. Ioan. de Ami. in conſ. 18. col. 1. Deci. in cap. Eccleſia ſan. Ma. num. mihi 56. de conſt. Couar. pract. quæſt. cap. 31. ſub num. 9. Iul. Ferr. in tract. de Gabel. nu. 444. latè de tali exemptione, Roder. in 2. tom. quæſt. regu. quæſt. 64.*
2 † Intantum quod Gabella, quæ pro contractu imponitur contrahentibus, non debetur à Clericis, ſeu perſonis eccleſiaſticis vendentibus vinum, oleum, alioſque rerum ſuarum reditus, ſiuè ad groſſum, ſiuè ad minutum vendant; *Berta. in tract. de Gab. in 7. par. quæſt. 7. col. 4. verſ. an autem, quem refert, & ſequitur Roland. in cons. 71. ſub. num. 9. Vol. 4. Iul. Ferr. in loco præci. nu. 447. Ioan. Ant. de Nig. in eſtrauag. Clem. 7. contra clericos non inced. in habit. & tonſ. in Gloſ. in verb. Priuilegio*
3 *ſub num. 128.* † qui refert, quod clerici vendentes redditus rerum ſuarum, non dicuntur negotiatores, vt inquit *Abb. in d. cons. 6. in fin. Roland. in d. conſil. 72. num. 11. Crau. in cons. 173. num. 3. vol. 1. Proſp. de Ang. in add. ad ſum. Bull. Stef. Quarant. in verbo vectigal. verſ. 4. amplia*: Qua de re cum in facto agitur de Gabella impoſita in emptione, & venditione vini de certis denarijs ſoluendis ſuper certa menſura, ſiue ad minutum, ſiue ad groſſum vendatur, vt patet *ex cap. 7.* dictæ Gabellæ, vtique omne ius refragari videtur, vt poſſit Gabella prædicta exigi à præfato D. Mario, qui vendit, vel vendi facit eius vinum recollectum ex re propria, ſtante immunitate Eccleſiaſticis per-
4 ſonis conceſſa. † inter quas præfatus de Sollima, vti Miles Hyeroſolimitanus connumeratur, eademque gaudet immunitate, *Roder. in d. 2. tom. quæſt. regul. d. quæſtio. 64. Adden. ad d. ſum. Bull. in loco præcit. in 6. ampl.* iſti enim Milites dicuntur regulares, & eccleſiaſticæ perſonæ, vt atteſtatur *Gue. Piſo. Suaz. in prælud. feud. fol. 173. in paru.* impreſſione, eoſque militare ſub Religione Sancti Auguſtini, inquit *Menoch. in cons. 54. nu. 17. vol. 1. cuius, & aliorum meminit Intrigl. in 2. cent. feud art. 1. num. 109. cum ſequen.* Ex quibus conſtare videtur, quod præfatus D. Marius non eſt de cętero moleſtandus à
5 Gabellario pro dicta Gabella † & quatenus de facto aliquid ab eo exactum fuerit, debet omnino reſtitui *d. cap. quamquam in fin. de cenſ. in 6. ex d. clem. præſenti eod. tit.* vbi legitur quod exigentes huiuſmodi onera à perſonis eccleſiaſticis, ſunt excommunicati, nec abſoluuntur, niſi facta plenaria reſtitutione, vt poſt *Card. cuius ipſe meminit, ſcripſit Rolan. in d. conſ. 71 num. 13.* & de cenſura, quibus innodantur exigentes Gabellas, vel collectas à perſonis eccleſiaſticis, & quando ea ſit, quæ comminatur in Bulla Cœnæ Dom. optimè loquuntur *Adden. qui hoc declarant ad ſum. Bull. in d. verb. vectigal. verſ.* vt autem exigentes.

Sed tamen his non obſtantibus, (reipſa diligenter, ac maturius conſiderata) abſque dubio arbitror, præfatum Don Marium in hac cauſa, minimè Ius, & Iuſtitiam fouere. & ideo eſt abſoluendus Gabellarius ab eius impetitione, illaque Gabella, eidem Gabellario, eiuſque ſucceſſoribus Ius, & cauſam habentibus à Senatu
6 Meſſanenſi, debetur † nempè non agitur de ſolutione Gabellæ facienda à pręfato D. Mario (vt ex aduerſo prętenditur) ſed potius de reſtitutione Gabellę ab eo exactę, & quæ de cætero exigitur ab emptoribus vini, quibus eſt impoſita, quam omnino debet reſtituere, nè alias contingat, inuito Domino, alienũ retinere, & per conſequens

contra Ius, & humanum, & diuinum, cum aliena, locupletari iactura, vt inferius oſtendetur.

Itaque pro clariori meritorum explicatione conſidero, quod in eo verſatur præſens controuerſia, illiuſque error in applicatione conſiſtit: Nam D. Marius ſupponens, & male, hanc Gabellam ab eo ſolui vti venditore, petit exactum ſibi reſtitui, & de cætero non moleſtari, pretextu immunitatis præmiſſæ; At ex aduerſo, per Gabellarium ſupponitur illam ſolui ab emptoribus, ad cuius ſolutionem de iure tenentur, & ſi à perſona eccleſiaſtica emerint, vt inferius oſtendetur, & ideo omninò eſt abſoluendus Gabellarius ab eius impetitione.

Vndè ſuper præmiſſis ab vtraque parte ſuppoſitis, conſtituo duo capita, in quibus patebit, quod in vnoquoque ipſorum, hæc Gabella eſt legitima, & de iure debetur,

Primum eſt Caput; (dato abſque præiudicio, quod hæc Gabella eſſet onus venditoris, vt Don Marius ſupponit) adhud tamen non eſt ita facilè, vt prætendit, eum in venditione vini, Gabellæ, de qua agitur, immunitate gaudere, licet ex allegatis conſtet, perſonas eccleſiaſticas eſſe immu-
7 nes à Gabellarum ſolutione † Nam ea vendicant ſibi locum reſpectu rerum Eccleſiæ, vel patrimonialium clericorum, de quibus earumque redditibus, Gabellas ſoluere non tenentur; ſic intelligendo illa iura *in cap. quamquam de cens. in 6. & in d. clem. fin. eod tit.* in quibus patet, Eccleſias, & eccleſiaſticas perſonas ac res ipſarum eſſe immunes à ſecularium perſonarum exactionibus, quod de patrimonialibus intelligi conſtat *ex not. per Gloſ. in d. cap. quamquam in verſ. ipſarum*, quæ huius rei reddit rationem † di-
8 cens, quod bona clericorum eodem gaudent Priuilegio, quo res Eccleſiarũ, per ea q̃ notantur in *c. ſimiliter per illum tex. 16. quaſt. 1. ex tradd. à Cano. in cap. Eccleſia San. M. de Conſt.* vbi ab omnibus tractatur articulus; An Patrimonialia, & Eccleſiaſtica ſint paris Priuilegij. & quidem licet illud generale non ſit, vt tenet *Gloſ. ſing. in d. cap. quam quam, & ibidem Archid. & ſequitur Abb. in cap. fin. num. 11. de vit. & hon. cleric. quod poſt alios ſentit Menoch. in cons. 800. num. 47. vol. 8.* tamen in caſibus à iure expreſſis, hæc æquiparari communiter traditur in *d. cap. Eccleſ. San. M. ex Ant. de Butr. in cap. ſi diligenti col. fin. vbi Imol. Abb. & alij de præſcript. idem Abb. & Imol. in d. cap. fin. de vit. & hon. clerico. cum concord. à Felin. tradit. in d. cap. Eccleſ San. M. num. 8.* inter quos iſte conuenit, quo ad Gabellarum, ſeu vectigalium ſolutionem, in quibus hæc bona à pari procedunt, per illa iura in *d. cap. quamquam, & in d. clem. fin.* † & i-
9 deo ſicut non poſſunt collectari bona Eccleſiæ, ita nec Patrimonialia clericorum, vt notat *Ant. de Butr. in cap. 1. verſ. quid ſi conſuetudo, & ibidem Imol. de conſuet. idem Butr. in d. cap. non minus in 3. not. d. imm. Eccle. Alex. in cõs. 68. in princ. vol. 2. Archid. & Philip. Franc. in cap. 1. de immun. Eccleſ. in 6. Dec. in d. cap. Eccles. San. M. num. mihi 18. Afflict. in conſti. Reg. Hac edictali la ſeconda col. 1. & in conſtit. Reg. ſtatuimus 2. num. 16.* & eſt communis opinio vt atteſtatur *Camp. in d. extrau. Clem. 7. vbi ſup. num. 48.* & ideo in hac facti ſpecie, de patrimonialibus loquitur idem *Camp. vbi ſupra ſub nu. 128. Adden. ad ſum. Bull. in d. verb. vectigal. in prin. in 5. limit.* Hinc eſt quod in Regno Neapolitano prouiſum eſt *in capit. item* ſtatuimus illius Regni, quod clerici, qui clericaliter, &c. perſonas eccleſiaſticas non teneri communicare cum alijs in collectis, & exactionibus quibuſcunque, nec pro bonis eccleſiaſticis, nec pro patrimonialibus de portionibus eos legitimè contingentibus, & ita per illum *tex. loquitur Afflict. in d. conſt. ſtatuimus in loco præcit.* At in facto, de quo quæritur, hæc bona, ex quibus percipit iſte de Sollima vinum, non
10 ſunt aliter patrimonialia, † quæ ea ſunt, quæ ex ſucceſſione maiorum obueniunt, vt ſentit *Dec. ex ſtatuto per eum relato in cons. 88. ſub. num. 1.* & refert ita vulgo traditum eſſe in Gallia, *Tiraq. in tract. de retract. ligna. §. 32.*
11 *Gloſ. Vni. num.* 101. † facit, quod traditur de feudo, quod paternum dicitur, quod ex ſucceſſione aſcendentium ad nos peruenit *cap. 1. §. paternum, de nat. ſuc. feud. cap. 1. §. hoc quoque de ſucc. feud. & cap. 1. §. his quoque de ſucc. frat. & gradi. ſucced. in feu. in vſi fend. Iul. Cla. in §. feudum, quaſt. 8. Cur. Iun. in tract. de feud. in 1. par. quaſt. 8. Cran. de antiq. temp. in §. pen. in pri. cum concord. alias trad. à nobis in præiud. feud.* dum feudum paternum ab antiquo diſtinguitur. Cæterum hæc bona præfati de Sollima ei lucratiuo titulo obuenerunt, ex pretenſa donatione ſibi facta ab eius ſorore, vnde patrimonialia non
12 dicuntur † Nam quod a tranſuerſalibus obuenit, etiam infortioribus terminis per ſucceſſionem, patrimoniale non dicitur, *Caſſia. in tract. de retraiz. §. 1. in verb: anſien in prin. quem refert, & ſequitur Tiraq. in d. Gloſ.*

*vni.num.*103.quod multo magis locum habeer ſi titulo particulari acquiritur, *Tiraq.in ead. Glos.num.*52. & ideo an iſte de Sollima ſit immunis pro redditu iſtius rei, eſt quæ-
13 ſtio pendens ab eo iuris articulo † An clerici, & perſonæ eccleſiaſticæ, pro rebus emptis, & donatis, ſint à ſolutione Gabellarum, & aliorum munerum immunes & quidem licet aliqui arbitrari ſint rem ipſam Romani Pontificis declaratione indigere, vt inquit *Cald.in conſ.7.de conſtit.& in cons.2.de cenſ. & conſtat ex trad.per Bart.in l. reſcript.§.fin.ff.de mun. & bon. Bald.in l.1.§. nemo ff.quod cuiuſque Vniverſ. nomi.* & ex his, quæ latiſſimè diſputando ad partes ſcripſit *Camp. in d.glos. in verb. Priuilegio extrauag. Clem.7.num.49.cum ſeq.de quo ipſe meminit in d.cap.Reg.Neap.* Item ſtatuimus, tamen non deſunt, qui tenent hanc partem, quod non ſint immunes etiam à collectis, quæ imponuntur perſonis pro rebus, vt per rationes, quas adducit, tenet. *Afflict.in d.conſt.Hac edictali num.3.poſt Lucam de Pen.in l.hi qui C. de prædiis, & omn.reb.nam.lib.11.idem Afflic.*
14 *in d. conſt.Statuimus, num.*16. † & ſecundum hanc opinionem ita ſeruari à *Reg. Cam. Summa. Reg. Neap. atteſtatur Campag.in d.extrau.ſuper d.glos.num.*77.qui teſtatur de hoc legem eſſe vniuerſalem in Regno, & pluries vidiſſe literas emanaſſe à dicta Reg. Cammera, vt clerici pro his bonis cogantur ad ſoluendum collectas, & gabellas
15 † ſuper cuius rei veritate non intendo ex his me iudicem conſtituere, ſcio tamen eſſe verum, quod ſi aliqua ſimulatio argui poſſit ex prædicta donatione, quod illa in fraudem collectarũ proceſſit; tunc abſq; dubio nulla immunitas pro eo ſuffragaretur *Spec. in tit.de cler.coniug.col.fin.verſ.ſed quid ſi frater num.*16.vbi ait, quod ſi frater vel nepos donat clerico in frudem collectarum, non gaudet priuilegio, *Bart. in cons.* 180. *Luc.de Pen.in l.finali in fin.* C.*de anno. & trib. lib.*10.*Camp. qui horum meminit in d.glos.num.*
16 108.quod vtrum in hac re argui poſſit † licet alias fraus, & ſimulatio contractus ſit difficilis probationis, *Crauet.in cons.*143.*nu.*12.*Menoch.de arbitr.Iud.cas.*116.*num.*8.*&* 13. tamen non curo aliter inſiſtere, tum quia verè non tractatur de ſolutione Gabellæ faciendæ à præfato de Sollima, nec in hoc ſtat punctus, tum etiam quia in hoc ſupplebit magna perilluſtri. D D. Iudicantium religio, authoritas, & experien-
17 tia, † qui tum ex qualitate perſonarum, tum etiam ex cauſa, & clauſulis in præten ſa donatione adiectis, id facilè percipient; iuxta ea quæ ſcripſit *Spec.in loc.præcit. num.*17. *& Bald. admonuit in conſil.*311.*propè fin. verſ.*12.*conſiderandi lib.*5.vbi hoc iudicantis arbitrio remittit, qui ex coniecturis arbitratur de ſimul. *Corn.cons.*346.*col.pen.lib.*1.*Crau.in cons.*156.*num.*14.*Paris.in cons.*54.*num.*22.*vol.*1.*quibus accedit Menoch.de arbitr. Iudic. cons.*247.*conueniunt traddita à Paul. de Caſtr.in cons.*337.*ſub.num.*4.*vers.quinto ſumitur lib.*1.*Crau.in cons.*44.*num.*5. *& in conſil.*321.*num.*3. Et tanto magis, quia tractatur de alienatione facta inter coniunctos, *ex l. ſi inter, de don. inter Vir. & vxor.ex not.in cap.*1.*vt eccleſiaſt.benef.ſine diminut. conf. Maſcar. in conclus.*815.*nu.*65.vbi per totũ latè fraudis probationis proſequitur.

Secundum eſt caput, quod formatur ſuper eo, quod verè, & pro certo ſupponitur ex parte Gabellarij, videlicet quod gabella iſta non ſoluitur à Dominis, ſeu vẽditoribus vini, ſed ab ipſis emptoribus, vnde ea, quæ allegantur ex parte dicti de Sollima venditoris, in hac re non conue-
18 niunt, † quæ militant, ſi gabella ipſa eſſet onus venditoris, nempè tunc ipſe vendens, vel vendi faciens eius vinum, eſſet immunis ex allegatis, & ideò ſi eſſet gabella impoſita, quod vendens teneatur dare denarios duos communi, certè clerici, & perſonæ eccleſiaſticæ vendentes vinum, frumentum, vel oleum, quod habent ex prebendis, vel patrimonialibus, non tenentur ſoluere gabellam, *Cin. & Bald. in d.l.*2. C.*de Epiſc. & cler. Bertra. in tract. de gabel. in* 7.*par.quæſt.*7.*Iul.Ferr.in.eod.tract.num.*447. *Roland.qui horum in propoſito meminit in d. conſ.*71.*num.*8.*vol.*4. † Pariter ſi gabella eſ-
19 ſet onus merè reale impoſitum ipſis rebus, qualis eſt gabella, quæ ſoluitur pro delatione rei de loco ad locum, verbig. pro ingreſſu, aut tranſitu, vt ex emplificat *Socc. in d.cons.*247.*num.*3.*in pri.vol.*2. vtique clericus deferẽdo rem propriam, extra tamen negotiationem, de loco ad locum, gabellam ſoluere non tenetur † Nam cum talis
20 gabella rebus impoſita ſoluitur à Domino rei *ex l.cum in plures,§.vehiculum, & ibi Gloſ. Bart.& D D.ff.locati, idem Bart.in l.*1.*§.hic titulus num.*5.*&* 7.*ff.de publ.ſentit.idem Bart. in l.*1.*in fin.ff.de alim.& cibar.lega.conueniunt, & alij, quos citat Socc.vbi ſupra,* vtiquè quando Dominus rei eſt clericus, vel alias perſona eccleſiaſtica, ab illius ſolutione excuſatur, iſtud eſt, quod ſentit *Bald.in d.l.*2.*in.*2. *notab.*dum ait, quod nec etiam ad portam

ſoluunt,

ſoluunt,ſentiensquod ,quando gabella de-
betur pro ingreſſu, quę alias à Domino ſol-
uitur, clericus eſt immunis, in illis vendi-
cat ſibi locum fundamentum ex aduerſo,
21 † ſed in facto, de quo agitur, ſupponitur
pro conſtanti, quod gabella iſta ſoluitur
ab emptoribus vini, quod ex tribus verum
eſſe conſtat. Primo ex mera iuris diſpoſitio-
ne, ſic in dubio interpretante, quãdo gabel
22 la ſoluitur ex contractu † Nam ſi non eſſet
expreſſum, à quo ſit ſoluenda, onus eſt em-
ptoris, *ex l.debet à qua omnes viuunt, ff.de di-
lic.edict. per quam ita Bald.in rub.C.de reb.cred.
quaſt.3.& in l.ſi prædium, num.6. C. de edilit.
actio. meminit.Socc.in d.cons.247.num.2.& 3.
vers.aliquando, & tertio Vol.2. Alex.in cons.
51.num.4.vol.3. Bert.in d. tract. de gabel.in 7.
par.quaſt.1.Ias.in l.3.num.41.C.de iur.emphi-
teot.Ceph.in cons.488.num.34.vol.4. Paris. in
cons.55.num.54.vol.1.Caualca.in decis.14.nu.
4.de contractibus in 2.par. & Peregr.in conſil.*
23 *101.num.1.vol.3.* † Pro qua re facit illud,
quod traditur à noſtris interminis capituli
Volentes Reg. Fiderici, permittentis con-
tra pheudi naturam illius alienationem,
(forma tamen non repugnante, vt noſtra-
tes intelligunt)cum hoc, quod decima Fi-
ſco Regio ſoluatur, cuius ſolutionem ad
emptorem ſpectare aliquando in Regno
fuit iudicatum, ſecundum opinionem,
quam tenet *Pet.de Gregr.in tract. de conceſſ.
feud.in 8.par.queſt.16.num.25.verſ.7.*& alio-
rum, quos ex recentioribus citat *Maſtril.in
deciſ.87.ſub num.1. & ibidem refert ſub nume.*
16.ita per Trib. Regij patrimonij, conſi-
ſtorij in multis caſibus fuiſſe iudicatum.
Secundò illud conſtat ex capitulis illius ga
24 bellæ *num.7.* † in quibus expreſsò diſponi-
tur, quod hæc gabella tot denariorum ſol-
uendorum ſuper quolibet quartuccio vini
ſoluatur, & ſolui debeat à fundacarijs, ta-
bernarijs, & alijs emptoribus vini: ſiue ad
minutum, ſiue ad groſſum emerint, & ſic
non reuocatur in dubium, a quo in hac fa-
cti ſpecie ſit ſoluenda gabella, quia iam
expreſſum eſt, gabellam ſolui ab emptore,
vt in diuiduo atteſtatur *Socc.in d.cons.247.*
25 *in d.verſ. aliquando, & tertio*, † qua de re in
claris non eſt opus iuris preſumptione, vel
coniecturis *l.ille, aut ille §.cum in verbis ff. de
leg.3.l.continuus,§.cum ita cum ſimil.ff.de verb.
oblig.*quinimo, concurrente in hoc, cum iu-
ris diſpoſitione, ſtatuto expreſſo dictæ ga-
bellæ,certius eſt illud onus ad emptorem
ſpectare; & fortiori vinculo ad illius ſo-
26 lutionem obligari † Quia duo vincula ma-
gis ſtringunt, *l.cum in adoptioris C.de adopt.§
ſed hodie inſtitut. cod.* triplex enim funiculus
plus operatur, quam ſimplex, *Auth.itaque
C.comm.de ſucc. notatur in l.baliſta ff. ad Tra-*
27 *bell.* † conueniunt tradita à D D.de clauſu-
lis geminatis quæ enixam voluntatem ma-
gis oſtendunt, *Cano.in cap.1.de tregua, & pa
ce, Bart.in l.cum ſimus,* C.de agricc. *& cenſit.
lib.11.Crau.in cons.54.vol.1. Deci.in cons. 51.
ſub.num.3.& in cons.373.num.8.Rola.in cons.*
28 *100.num.63.volu.4.* † Et quod magis ad
rem, dicitur de ſtatutò diſponente idem,
quod ius commune,quod addit vinculum,
*ex not.in l.1.in prin.ff.ad l.falcid.& in l.3.§.ſi
rem de leg.3.Abb.in cap.cauſam, quæ exa.de re-
gul.in fin. Deci. in rubr. extr. de probat.in vers.
nec dicatur non mihi 10. add. Deci.cons.49.nu.
17.vol.1.& cons.51.num.7.Vol.2.Aldt. Ma-
ſcar.de inter.ſtatu.conclus.12.num.17.cum ſeq.*
Nec refragatur, quod ex aduerſo dicitur,
quod immo *ex cap.8.* dictæ gabellæ patet,
illam eſſe onus venditoris, ad quem refe-
runtur verba dę ſoluendo gabellam: Nam
ſi rectè illa inſpiciuntur potius factum,
quam ius important, ex eo quod in facto
eſt, quod venditores vini exigunt ab em-
ptoribus gabellam incluſam in pretio legi-
timo, vel naturali, vt inferius dicetur, à
quorum manu, gabellarij poſtmodum re-
cipiunt à venditoribus exactam: vnde po-
tius reſtituere dicuntur, quam ſoluere
venditores. Nempè non poſſunt cauilla-
ri verba dicti *cap.7.* in quo principaliter de
ſignatur perſona, à quo ſit ſoluenda hæc
gabella, & expreſsè dicitur eam ab empto-
ribus ſoluendam, alias ſequeretur abſur-
dum, quod immediatè ſtatuentes, ſe cor-
29 rigerent, quod non eſt dicendum, † quia
repentina correctio in quacumque diſpoſi-
tione eſt euitanda, nec præſumitur, aut ve-
riſimile eſt ſe ipſum aliquem incontinenti
corrigere, *l.non ad ea legata, vbi glos. & D D.
ff.de condi.& demonſt.l. cum hic ſtatus, §.1. in
fin.de donat.inter vir.& vxo.facit Tex.in l.præ-
cipimus in princ.C.de appell.Alciat.de præſump.
reg.2.præſ.28.in princ.Roland.in cons.52.num.
9.Vol.3.alios congerit Petrus Surd.in cons.241.
num.9.vol.2.tangit in cons.362.num.15.& in
cons.365.num.10. vol.3. conſentiunt tradita à
Roland.in cons.31.nu.5.vol.4.* vnde ſumi de-
bet ea interpretatio, per quam diſpoſitio
ſibi non contradicit *capi. inter dilectos de fid.
inſtrum.Bart.in l.fin.§.idem ff. de condict.* inde-
biti, & hoc in qualibet diſpoſitione proce-
dere, inquit *Dec.in l.vbi repugnantia num.4.
ff.de reg.iur.Crau.in cons.70.num.15.latè Surd.*

in conſ.179.num.25.vol.2.& in conſ.313.nu.
17.vol.4. Tertio veritas ipſius ſuppoſiti pa
30 tet ex obſeruantia † quæ eſt optima cuius
libet dubiæ diſpoſitionis interpret. & vulg.
Afflict.in decis.173.num.3.Cano.in cap.1.ext.
de conſtit. omnis enim dubietas ex obſeruan
tia tollitur *cap. cum dilectus de conſuet.* vnde
illa Priuilegia, & ſtatuta interpetratur *Ca-*
cher.in decis.136. Menoch.in cons. 276.nu.19.
vol.1.& Onded.in cons.92.num.28.vol.1. vn-
de dato abſque veri preiudicio, quod ex
capitibus gabellæ dubitaretur, an onus eſ-
ſet emptoris, nihilominus illud conſtat
ex practica, & obſueruantia, quæ ex oppo-
ſitis colligitur. Nam conſtat, quod quan-
do emptor vini eſt perſona immunis, emẽ-
do vinum, tanto minus ſoluit de prætio,
quantum gabella ipſa importat, vt teſtes
deponunt, ex quo datur intelligi, quod
alias ceſſante immunitate, emptores vltra
pretium vini legitimum, vel naturale, *il-*
lam ſoluunt, vt teſtes deponunt, & patet
31 ad ſenſum † tum quia contrariorũ eadem
eſt diſciplina *l.1.ff.de his, qui ſunt. ſui, vel alie*
iur.l.in fundo, ff.de rei vendic. Alex.in cõs.109.
col.fin.vol.2.Paris.in cons.131.num.122.vol.
32 *1.* † tum etiam quia valet ratio oppoſito-
rum, vt quod operatur oppoſitum in in op-
poſito, operetur propoſitum in propoſito,
l.fin.§.fin.ff.de leg.3.l.ſi ex toto ff.de leg.1.l.ſi
vt proponis C.de nupt. Signorol. in cons.68.col.
4.Tiraq. de retract.ligna.§.1.glos.12.num.16.
Neuiz.in cons.70.num.24. Socc.in cons.73.col.
fin.in fin.vol.1.Maſcar.conclus.815.num.8.&
Pet.Surd.in cons.310.num.12.vol.3.

Suppoſito igitur pro conſtanti, quod
33 hæc gabella ſoluitur, ab emptore † reſul-
tat ex hac facti ſpecie ille iuris articulus,
an Emptores rerum clericorum ſint immu-
nes à gabellis, in qua re omiſſa diſputatio-
ne à maioribus noſtris iam occupata, vt pa-
tet ex eo quod conſuluit *Ias.in conſ.20.vol.*
1.Dec.in cons.48.in 1.parte.Ioan.de Ami.in
cons.18. Roland. in cons.61. vol.4.& ex recen-
tioribus, Menoch.qui latiſſimè examinat in cons.
136.vol.2. concluſiue loquendo, dico, quod
ſimpliciter, & abſolutè, emptores frumen-
ti, vel vini, aut aliorum reddituum cleri-
corum non gaudent immunitate à gabel-
lis, eo prætextu, quod pro illis rebus cle-
rici ſunt immunes, Huius ſententiæ veri-
tas ex quatnor confirmatur videlicet, ra-
tione, lege, argumento, & auctoritate.
34 Primo ex ratione veritas iſta probatur † ex
eo, quod Priuilegium conceſſum perſonis
eccleſiaſticis, eſt mere perſonale, nam, vt
in ſummi Dei cultu frequentiores ſint, il-
lud à iure conceditur, *d.cap. non minus, &*
ibid.Card.& Anchar.de immunit. Eccleſi. Abb.
in cap.cum ſecundum de cens. Rolan. qui hoc ge-
nere vtitur argumenti in d.conſil.61.nume.13.
Menoch.in cons.276.vol.3.& in tract.de præ-
ſumpt.lib.3.præſ.113. ex quo infertur, quod
eodem clericorum priuilegio non gaudent
emptores reddituum clericorum, quia pri-
uilegium perſonale illius perſonam, cui
conceſſum eſt, non egreditur. *l. maritum,*
& l.quia ff.ſolut.matri.l.cum patronus in fin.ff.
de lega.2.l.in omnibus, & l.Priuilegia, ff.de
reg.iur.Menoch.de arbit. iud. cas.572.num.19.
ita vt nec hæres vniuerſalis, qui ex iuris fi-
ctione eſt eadem perſona cum defuncto, ex
vulg. priuilegio perſonali defuncti gaude-
re poteſt, *Alex.in cons.35.num.17.volum.4.*
Nact.in cons.173.col.1.Bero.in cons.133.num.
35 *4.vol.1.* † Mutata enim perſona, mutatur
& priuilegium, *l.1.C.de impone. lucra. diſcre.*
lib.11.l.cum quidam, §.ſi debitores, ff.de public.
& vectigal.Bart.in l.Paulus, ff.de acqui. hered.
Bald.in cons.31.vol.1.Anchar.in con..108.nu.
2.Ioan.Andr.& Archid.in cap.1.de immun. ec-
cle.in 6.Ias.in d.cons.20. volu.1.Ioan. de Ami.
in d.cons.18.verſ.& quod immunitas, Menoch.
in d.cas.562.num.44.Roland.qui hoc exornat in
d.cons.61.num.5.cum ſeq.vol.4. illud que inſi-
nuat *Menoch.in d.cons.136.num.2.& 3.*

Secundo Principaliter lege, hæc confir-
matur ſententia per *tex.qui ab omnibus.alle-*
gatur in l.licitatio in §.fin.ff.de public. vbi à Iuris
36 *conſ.trad.* † quod quamuis Fiſcus à ſolutio-
ne vectigalium ſit immunis, illa tamen
immunitate, illi qui a Fiſco emunt, nõ gau-
dent, parique ratione argui poteſt in em-
ptoribus habentibus cauſam ab Eccleſia,
vel eccleſiaſticis perſonis, prout arguit ibi
Bart. Alber.& communiter DD.eodemque argu-
menti genere vtitur Dec.in d.conſil.48.in princ.
Ioan.de Amic.in d.conſi.18. Roland.in d.conſil.
61.num.16.& Menoch.in d.cons.136.nume.1.
& quidem legitimum eſt argumentum, †
37 quia Fiſcus, & eccleſia procedunt à pari, &
æquiparantur *l.fin.& ibi DD.C.de Sacroſ. Ec-*
cleſ.notatur in l.1.C.de iur. Fiſc. lib.10.gloſ. &
Salic.in l.1.C.ſi propt.public.penſi.Sylu.in cons.
9.num.11.Afflict.in decis.153.num.2.Ioan.de
Ami.in d.cons.18.circa fin.Tiraq.de retract. li-
gna, §.15.glos.1.num.11.Euarar.in centu.leg.in
loco à Fiſc.ad Eccleſ.num.2. accedi. Menoch. in
38 *d.cas.562.num.25.& 26.* † Et ideo in æqui-
paratis idem eſſe iudicium, dicunt *DD. ex*
not. nil.ſi quis ſeruo C. de fur.& in cap.ſi poſt-
quam §.fin. in glos.in verſ. prouiſione de cons. in
6.latè

Digitized by Google

6.latè Bart.& alij in l.1.vbi eſt materia ordina-
ria ff.de legat.pri.id enim operatur adequa-
tio, vt diſpoſitum in vno vendicet ſibi lo-
cum in alio iuxta diſtinc. Bart.in d.l.1.num.
1.cum ſequetibus, Crot.in l.omnes populi nume.
108.ff.de ius,& iur.Rip.in l.2.num.21.C.de fur.
Surd.in 95.384.num.22.vol.3.Berta.in 95.97.
num.11.in cin.cum alijs traditis à Maſſil.in deciſ.
156.num.20.

Tertio, principaliter pro hac veritate
ſuffragatur argumentum, quod ſumitur à
39 Colonis Eccleſiæ, & clericorum, † qui pro
eorum portionibus fructuum, quos perci-
piunt ex re Eccleſiæ, ſoluunt gabellas, &
collectas, nec gaudent immunitate, Abb.
in cap.non minus.num.14.verſ.vel ſecundo de
immunitat.Eccles.Gemin.in d.cap.quamquam de
cens.in 6.Parpa.in l. placet num.73.C. de Sac.
ſanct.Eccleſ.Bened.Capr.in reg.96.nu.38.Iul.
Ferr.in tract.de gabel.num.537 Feder.de ſen.in
cons.111.num.10.Burſat.in cons.25.num.3.qui
& alios citat, & in cons.42.num.16.vol.1.Ro-
land.in d.cons.61.num.15.& hanc eſſe rece-
ptiorem, & veriorem ſententiam, atteſta-
tur Theſaur.in decis.116.num.8.illamque admit
tit. Menoch.de arbit.Iud.cas.180.num.8.& eſſe
magis receptam atteſtatur idem Menoch.
qui alios congerit, & diſputando in ea re-
ſidet in d.cas. 562.num.36.cum ſeq.quibus ac-
cedit Surd.in cons.301.num.86.ſic pari ratio-
ne tenentur emptores habentes cauſam ab
eccleſia, vel ab eccleſiaſticis, ex titulo em
40 ptionis † Nam iſti duo contractus Emptio,
& condictio ſimbolum habent, & de vno
arguitur ad alium, ex l.2.ff.locat.& Inſtitut.
eod.tit.in princ.facit tex.in l.item ſi pretio §.fin.
ff.eod. tit. Bart. in l. ſi merces §.vis maior.ff.
eod.conueniunt tradita à DD. in l.2.C.de reſcid.
vend.Alex.in cons.112.vol.1.& Dec.in cons.
181.cum concord.

Quarto hæc ſententia, eorum confirma-
tur autoritate, qui in indiuiduo tenent
hãc partem, emptores videlicet reddituum
Eccleſiæ, vel clericorum non eſſe immunes
41 à gabellis, † viuunt communiter ex glos.il-
la, ſic intellecta in clem.fin.in verb.non negocian-
di de cens. vbi poſt Speculat. in tit. de immunit.
eccleſ.in fin.tenet eos non gaudere immuni-
tate, nec glos. illa patitur intellectum quem
tradit Menoch.in d.cons.136.num.24.verſ.non
obſtat, qui ait, quod glos. illa loquitur in
emptoribus, qui negotiationis cauſa, red-
ditus clericorum, emunt; tum quia iſtud
42 eſſet indubitatum, † cum alias, & clerici
negotiatores non ſunt immunes, capi.fin.de
vit.& honeſt.cleric.d.cap.quamuis de cenſ.in 6.
Duc.in reg.100.num.13.Mol.de contract.diſput.
36.Dec.in d.cap.Eccles.S.M.in fin.de conſtit.qui
hoc declarat poſt Abb.in d.cons.6.in fin. vol.1.
Ludon.Lop.in inſtruc.conſc.par.2.cap.4.Parpal.
in d.l.placet C.de Sacr.ſanct.Eccleſ. Franc.Ripa.
lib.2.reſponſ.cap.22.num.17.Roland.in d.cons.
71.num.10.vol.4.Theſau.in decis.116.num.
10.latè Marc.Bru.in cons.18.num.237.accedit
43 Menoch.in d.cent.6.cas.562.num.42.† Tum
etiam quia Speculator, cuius doctrinam
refert, & ſequitur glos. illa, non loquitur
de talibus emptoribus (vt ſupponit Me-
noch.vbi ſupra (ſed ſimpliciter de his, qui
emunt Bladum, vel vinum clericorum, &
volunt transferre ſine gabella, nec appa-
ret, an negotiationis cauſa, vel nè, id
faciant, quod etiam poſſe contingere abſ-
que negotiatione, colligitur ex Specul.ibid.
in verſ.& ſcias. quinimò ſi verba eius per-
pendimus, clarè colligimus, quod loqui-
tur de emptoribus volentibus tranferre abſ
que negotiatione, dum ait, quod tales
transferendo, volunt gaudere immunita-
te, qua gaudent clerici, & ſic loquitur de
caſu, in quo clerici eorum autores gau-
dent, quod euenit quando extra negotia-
tionem deferunt rem propriam: Quo ca-
ſu, clericos eſſe immunes, iam probatum
eſt, & ipſe Speculat. admittit.in verſ.& ſcias
43 † Qua de re, vt ad rem ipſam redeamus,
glos. illa probat, emptores reddituum
clericorum, immunitate non gaudere,
cum qua ibid. tranſeunt, Card.& Imo.con-
ſuluit Ioann.de Ami.in d.cons.18.& tenet Bart.
in d.l. licitatio.§.fin.de publ. & vectigal. Quid
Pap.in queſt.208.in princ.Berta.in tract.de
gabel.in 7.par.queſt.7.Dec.in l.in omnibus cau-
ſis, ff.de reg.iur.latè Ias.in d.cons.20.col.3.verſ.
moueor in primis, vol.1.Roland.qui ita conſuluit
d.cons.61.vbi num.17.alios citat in 4. alios hu-
ius ſententiæ Auctores congerit Tiraq.in tract.
ligna.§.1.glos.14.num.12.in princ.vbi atteſta
tur de communi, conueniunt, & alij quos
poſt alios, citat Menoch. in d.cons.136.nu.
136.num.5.à qua ipſe non diſſentit in d. cas.
562.num.43.de arbitr.quibus accedit Pet.Surd.
in d.cons.301.nu.90.vol.3. qua de re ex præ-
dictis inferendo ad hanc facti ſpeciem, cum
ſit, quod gabella, de qua quæritur, impo-
ſita ſit emptoribus vini, illa de iure debe-
tur, & ſi à præfato de Sollima emerint, nec
eius priuilegio gaudere poſſunt iuxta præ-
miſſa.
45 † Fateor tamen, quod præmiſſæ veritati
ſi diligenter illa non excutitur, illud refra-
gari videtur, de quo pars ex aduerſo facit
magnum

magnum feſtum ad probandum, quod em-
ptores reddituum clericorum gaudent ea-
46 dem immunitate † Fundamentum ſumi-
tur ex eorum auctoritate, qui tenent illam
partem, quod eo ipſo venditor eſt immu-
nis iure correlatiuorum, quorum natura
eſt communis vtrique extremo *ex l. 1. cum
ſimil. C. de cupreſ. lib.* 11. pariter, & emptor il-
la gaudet immunitate, quam ſententiam
ſcriptam reliquit *Gemin. in cap. 1. quem ibi ſe-
quitur Imol. de temp. ordi. lib. 6.* qui ait, quod
ſi lex fecit exemptum monaſterium quan-
do vendit, ita etiam dicitur facere emen-
tem ab ipſo Monaſterio, quod refert, &
ſequitur *Dec. in l. 1. num. 7. C. de in ius voca. al-
leg. ut Nell. in tract. banni. in 2. par. 2. temp. quaſt.
40. nec inficit. Caual. in decis. 27. ſub num. 50. de
contract. in 2. par. & conſuluit idem Dec. in d. conſ.*
48. vbi voluit, quod immunitas conceſſa
venditori, quod abſque ſolutione alicu-
ius gabellæ poſſit extrahere ad lumen de
diſtrictu Plumbini, prodeſt etiam empto-
ri, qui eadem gaudet immunitate, prout
ex recentioribus ſcripſit *Menoc. in cons. 716.
num. 7. volum. 8. & latè ex profeſſo conſuluit in*
47 *d. cons. 136. vol. 2.* † Augetur difficultas ex
illa *Bald. egregia diſtinctione tradita in cons. 31.
incipiente, Statutum Ciuitatis aſtenſis vol. 1.
quam ſic appellat Menoch. in d. cons. 136. num.
14. in fin. illiuſq; meminit Ioan. de Ami. in cons.
18. verſ. vnde Bal. & Roland. in d. cons. 61. ſub
num. 17. verſ. quinto. vol. 4. diſtinguit itaque Bal.
vbi ſup.* dicens, quod aut onus gabellæ eſt
annexum contractui, aut eſt annexum a-
ctui ſeparato à contractu, primo caſu em-
ptor eſt immunis à gabella ſicut perſona
Eccleſiaſtica, cum qua contrahit, ſecundo
vero caſu, emptor tenetur ſoluere gabel-
lam licet venditor ad illius ſolutionem non
tenetur, quam diſtinctionem declarat *Me-
noch. in d. conſi. 136. num. 19.* ex qua inferen-
do ad rem noſtram, illa videtur compre-
henſa ſub primo capite diſtinctionis. Nam
videtur, quod in facto tractatur de gabel-
la contractui impoſita, ex quò, eo ipſo,
quod quis emit vinum, tenetur ſoluere ga-
bellam, vt patet *in d. cap. 7.* ita, quod im-
mediatè gabella reſpicit contractum, iux-
caſum, quem conſiderat *Socc. in d. cons. 246.
num. 3. verſic. aliquando; & tertio, vol. 2.* &
eſt onus illius executiuum, vt aduertit *Dec.
in cons. 457. num. 1.* vnde ſequitur, quod in
hac facti ſpecie, emptores vini perſonæ ec-
cleſiaſticæ debeant immunitate gaudere.

Verum pro veritatis defenſione prædi-
ctis reſpondetur, ſed vnum antea conſide-
ro quod neſcio, quo pacto, pars ex aduer-
ſo, oſtendere conatur emptores eſſe immu-
nes; Nam ex hoc non reſultat conſequen-
tia, quod hæc gabella, quæ eſt incluſa in
precio legitimo, vel naturali, vt deponunt
teſtes, & inferius declarabitur, debeat ce-
dere in beneficium venditoris, vt ipſe taci-
tè, licet perperam, prætendit. Nam potius
hæc eſſet prætenſio emptorum, qui tam-
quam immunes, deberent ſoluere precium
vini, deducta gabella, ad quod verè pre-
cium reducitur, prout ab alijs perſonis ſol-
uitur, quæ immunitate gaudent, vnde
præſatus de Sollima vendens, vel vendi
faciens eius vinum (ſuppoſita immunita-
te emptorum ſimpliciter, & abſolutè, vt
pars ſupponit, & non conditionaliter, &
ſecundum quid, vt dicetur) non poteſt
pro precio eius vini exigere ab emptori-
bus illud, quod gabella ipſa importat,
quam ſecundum ea, quæ allegantur ſic ſim-
pliciter intellecta, emptores non tenentur
48 ſoluere † Nempè ſic eſſe de iure indebita,
& per conſequens, etiam ſi illius partis ſo-
lutio facta fuerit, non eſt ſoluenda *iux. gloſ.
in l. fin. C. ne fil. pro patr. & in l. non dubium, &
ibi D D. C. de teſtam. Pet. Surd. in cons. 419. num.
33. vol. 3.* quinimmo, & exactum deberet
reſtitui, argumento *d. cap. quamuis de cens. in*
49 *6.* † Nam cum in hoc lædantur emptores,
quos pars ſupponit, ſimpliciter, & abſo-
lutè immunes, eorum læſio non poteſt ali-
ter tolli, quam per ablati reſtitutionem,
*iux. ea, quæ ſcribit poſt. D. Thom. & alios, Couarr.
in Reg. peccatum, in 2. par. in 1. reg. de reg. iur.
in 6.*

Sed vlterius (re ipſa diligenter excuſſa)
verius eſt quod emptores in hac facti ſpe-
cie non ſunt immunes à gabella, licet emant
vinum à perſona eccleſiaſtica, iuxta ſen-
tentiam primo loco relatam, & ideo illa
debetur gabellario, non obſtantibus ſupe-
rius allegatis, in quorum ſolutione, Pun-
ctus negotij verſatur, quæ tamen ſic confu-
tari poſſunt.

50 Reſpondetur † igitur, quod ea, quę ex
aduerſo allegantur, procedunt, quando
onus gabellæ eſt extraordinarium, quo ca-
ſu, immunitas venditoris prodeſt emptori,
at ſecus ſi onus eſt ordinarium per ea, quæ
primo loco allegabantur, & præcipuè per
illum *tex. in d. l. licitatio, §. fin. ff. de vectiga.*
vbi *Bart. in materia illius text.* ſic diſtinguit;
à qua diſtinctione non videtur diſſentire,
Dec. in d. cons. 48. in princ. & in cons. 51. col. fin.
in quà pariter, in re noſtra, aſſentit *Menoch.
in d. cons.*

Digitized by Google

in d.cons.136.num.21.qui loquens de fornarijs emenribus frumentum clericorum, an ſint immunes à gabellis, vtitur hac Bart. diſtintione, pro ſolutione illius textus in d.§.fin. & concludit in ea facti ſpecie, emptores non teneri, quia gabella erat onus extraordinarium ſentiens apertè, quod quando, illa eſt ordinaria, immunitas venditoris non ſuffragatur pro emptore, per illum tex. in d.

51 §.fin. in quo quidem caſu verſamur † Nam onus iſtius gabellæ, tanquam impoſitum Regia auctoritate, dicitur ordinarium, vt poſt Bart. vbi ſupra, inquit Menoch. in d. conſil. 137. in loco pracit. & clarius explicat Ioan. de Ami. in d.cons.18. verſ. & maximè, & tanto magis dicitur ordinarium, quia certam, ac terminatam habet præſtationem, Bald. in l.fin. C. ſine cens. vel relic. Rom. in cons. 198. in princ. Dec. in d. conſ. 48. num. 1. Campag. in d. extrauag. clem. 7. in glos. in verb. priuilegio, & ſub

52 num. 102. † Quin imrio Bald. in d. conſ. 31. reprehendit, Bart. in eo diſtintionis capite, quo ad munera extraordinaria, & expreſsè tenet, quod emptor rei Eccleſiæ tenetur etiam pro extraordinarijs, licet eccleſia ipſa pro illis non tenebatur. Ex quò mutato ſtatu perſonæ, mutatur ſtatus rei, ex l.1. C. de impon. Lucrat. deſcript. lib. 11. cum concord. ſuperius traditis, num. 35. cuius reprehenſionem refert, & ſequitur. Ioan. de Ami. in d.cons. 18. in verſ. & quod immunitas.

53 Sed † adhùc remanet ſcrupulum, quod reſulat ex Bald. ſuperius relata diſtinctione in d. cons. 31. in primo illius capite, qui voluit quod quando onus gabellæ eſt annexum contractui, qualis videtur gabella iſta, tunc emens ab eccleſia eſt immunis ab illo onere, & in hoc caſu apertè ſentit Bald. emptorem eſſe immunem indiſtinctè, ſiuè gabella ſit extraordinaria, ſiuè ordinaria, licet aliàs, quando gabella eſt onus annexum actui ſeparato à contractu, emptor non eſt immunis etiam ab extraordinarijs, vt expræſsè ipſe voluit contra Bart. diſt. vt ſup. dictum eſt.

54 Qua de re, † pro tollenda omni difficultate, quia, vt dictum eſt, ab hoc pendent merita negotij, pro dilucidatione veritatis, & clariori doctrina, conſidero, quod ſi quæritur, an ſi venditor eſt immunis à ſolutione gabellæ, eadem gaudeat immunitate emptor, in hoc ſtat concluſio iuxta primam ſententiam, quod emptor abſolutè, & ſimpliciter non eſt immunis, quia Priuilegium vnius non communicatur alteri, per ea, quæ ſupra allegantur pro illa opinione, & iſtud eſt, quod voluit Bald. in d.cons.31. dum reprobat diſtinctionem Bart. reſpectu muneris extraordinarij, ad quod dicit emptorem teneri, eo quia mutata perſona, mutatur Priuilegium, & ſtatus rei, per ſuperius adducta, & proinde Priuilegium illud perſonale conceſſum perſonis eccleſiaſticis ob earum reuerentiam, earum perſonas non egreditur, vt dicit ibi Bald. per illum tex. in l. alias, §. eleganter, ff. ſolut. matr. & in hoc ſi rectè Doctorum dicta perpendimus, conueniunt omnes etiam, & hi, qui videntur conſuluiſſe contrarium, & potiſſime, Dec. in d.cons.48. vbi in princ. arguit pro iſta parte, ex ratione præmiſſa, quia Priuilegium perſonale non egreditur perſonam, quod deinde in fine in ſolutione contrarij non inficiat, quod clarius colligitur ex traditis à Menoch. in d.cons. 135. vbi conſuluit pro emptoribus redditnum clericorum, & in reſp. 2. argum. num. 22. fatetur expreſsè, quod in ea facti ſpecie, non diſputabatur an Priuilegium vnius tranſeat ad alium, prout non tranſire conſtabat, ex argumento 2. loco ibid. adducto, apertè ſentiens quod propter hoc emptores non eſſent immunes, quia Priuilegium venditorum eis non communica-

55 tur, † Nec procedit argumentum, ex ratione correlatiuorum, quādo in altero de correlatiuis non militat eadē ratio, vt in caſu iſto, Cin. Ang. & Salic. in l. properandum, §.1. C. de iudit. Ioan. de Anan. in cap. ſuper eo, col. 3. extra de vſur. Imol. in cap. debitores, col. fin. de iur. iura. Petr. de Ancar. in clem. 1. in 4. queſt. de vſuris, Abb. latè in cap. 1 ext. loca. Felin. qui alios congerit in proem. Decret. in verſ. Gregorius, num. 10. cuius meminit, Dec. in l.1. num. 9. C. de inius vocan. dixi, & ſcripſi latèia cap. 1. ext. de probat. ſuper illa iuris diuerſitate de Actore, qui edit reo, qui tamen non edit Actori, ibique multa in propoſito adduxi, quæ hic non

56 curo tranſcribere; † Hæc præmiſſa concluſio, reſtringitur non procedere, quando onus gabellæ, eſt annexum contractui, quia tunc pariter emptor eſt immunis, vt dicit Bald. à quo viuunt alij in d.cons.31. qui reddit rationem, quia alias per indirectum, tolleretur Priuilegium Eccleſiæ, nempè tanto minus venderet, ratione gabellæ clericus, vel Eccleſia rem ſuam; Nam emptor ſciens ſe debere ſoluere gabellam, minus emeret, vnde per indirectum onus gabellæ retorqueretur contra venditorem, qui venderet viliori precio; quandoquidem eſt verum, quod ratione oneris, res minus venditur, quæ abſque onere, maiori precio

diſtrahi

Digitized by Google

diſtrai ſolet, *ex l.ſi venditor*, *§.vlt.ff. de ſeru. aſportan.* Vnde ex hoc dici poteſt, quod licet emptor regulariter non ſit immunis abſolutè, & ſimpliciter, conditionaliter tamen, ſi alias onus retorquetur contra Priuilegium venditoris, gaudet immunitate,
57 *iux.Bald.vbi ſup.* † Itaq; in hac re in eo ſtat punctus, an onus gabellæ, quam ſoluit emptor, lædat Priuilegium venditoris immunis, itaquè onus retorquetur contra ipſum venditorem, tunc enim voluit *Bald.* emptorem eſſe immunem, quia eius dictum, quod quando gabella eſt onus annexum contractui, emptor gaudet immunitate, procedit in terminis, in quibus militat ratio illa, quid? quando aliàs Priuilegium venditoris læderetur, quia viliori precio
58 venderet † Ratio enim expreſſa per *Bald.* eius dictum reſtringit ad caſum, in quò ratio ipſa conuenit *ex l.cum pater, §. dulciſſimis, ff.de leg. 2.l.hac actio, vbi notat Bart.ff.de calun.l.ſi qui animo, ff.de acquir. poſſ.glos.in l. 1.§.niſi,ff.de fonc.Tinda.in tracta.de teſt.lib.1. cap.5.num.8.Vrſill.in addict.ad Affl.in deciſio. 106.num.6.Socc.Iun.in conſil.163.num.5.& 12.vol.3.Abb.Felin.& Dec.in cap.meminimus de appel.& Peregr.in tract.de fideicom.art.14.*
56 *num.22.* † Qua de re in his terminis, hanc *Bald.* rationem perpendunt *DD.* illamquè ponderant, vt inquit *Menoch.in d.cons.136. num.13.* qui in ea facti ſpecie propter hoc conſuluit emptores redituum clericorum, fuiſſe immunes, quia aliàs clericorum Priuilegium lædebatur vendendo viliori precio, propter gabellam annexam, itaquè illius onus contra eos retorquebatur, vt ipſe *Menoch.ibid.* pluribus in locis, & quaſi per totum expreſsè atteſtatur, eaq; vtitur ratione poſt *Bald.& Dec.idem Menoch.in conſil. 716.num.7.Vol.8.* quam eandem rationem conſiderauit *Dec.in d.conſi.48.* in alia facti ſpecie, in qua non agebatur de onere gabellę annexo contractui, ſed rebus ipſis, iuxta caſum, quem conſiderat *Socc.in d. conſil. 247.num.3.Vol.1.cuius.memini ſupra, numer. 19.* & ſic actui ſeparato à contractu, iuxta ſecundum caput diſtinctionis *Bald.* in quo *Bald.* voluit emptorem eſſe immunem, & tamen, quia hæc ratio in eo caſu militabat: Nam ſi emptores fuiſſent immunes, lædebatur Priuilegium venditoris, quia minus venderet, vt ipſe aduertit *ibid.num.3.* ideo
60 conſuluit emptores eſſe immunes † quia ſicut ratio reſtringit dictum, ſic pariter ampliat ad caſum, in quo ipſa conuenit, *Crau. in cons.130.num.7.Socc.in cons.43.num.1.vol. 3.Alciat.in l.filius familias §.diui, num.49.de leg.1.Mart.de coniect.lib.6.tit.15.nu.23.cum ſeq.* Itaq; vt dicebam ratio iſta eſt in conſideratione, vt emptor ſit immunis, nè Priuilegium venditoris lædatur, vendendo viliori precio, vt conſiderat poſt *Bald.Ioan.de Amic.in d.cons.18.Roland.in d.cons.61.nume. 17.cum ſeq.Boer.in decis.213.col.fin.Alciat.in cons.216.num.7.Rimin.in cons.724.numer.47.*
61 *Pet.Surd.in cons.301.num.80.vol.3.* † Sic, & aliàs traditur in eo, de quò dictum eſt ſupra, *num.39.* quod Coloni clericorum non ſunt immunes à gabellis, & collectis, ſecundum magis receptam ſententiam, vt illa comm. opinio non procedat, quando ex grauamine, quod ſentiunt coloni, læditur Priuilegium Eccleſiæ, quia tunc Priuilegium prodeſt colonis, nè fiat retorcutio contra Eccleſiam, *Feder.de ſenis in d.conſ. 111.num.3.Capr.in reg.96.num.86.Felin.* qui ait, hoc eſſe perperuo notandum *in d.capi. Eccles.S.M.ſub num.99.de conſtit.idemq; Felin. in cap.2.num.2.de for.compet.* vbi ait, quod non tenentur coloni Eccleſiæ, quando per indirectum grauaretur eccleſia, meminit *Pet.Surd.in d.cons.301.num.85.Vol.3.Burſat. in cons.42.num.16.Vol.1.Silnan.in cons.9.nu. 7.Menoch.* qui eorum meminit *de arbitr.Iud. cas.562.num.54.* ſumma igitur ſummarum eſt, ex mente omnium DD. quod quando onus gabellæ impoſitum emptori, retorquetur contra clericos venditores, ex quo viliori precio vendunt propter onus gabellæ, tunc nè per indirectum clericorum Priuilegium lædatur, emptor pariter eſt immu-
62 nis, alias ſecus iuxtà prædicta, † Quod quidem rationabile eſt ex duobus, primo, quia eo ipſo, quod clerici, & perſonæ eccleſiaſticæ nō poſſunt onere gabellæ directo grauari, vt patet ex allegatis, pari pacto, nec per indirectum id fieri poteſt, ex regu. quæ ſumitur *ex l.ſcire oporet.§.ſi mater, ff.de tuto. & cura.dat.ab his cap.cum quid vna via, de Reg.iur.in 6.cap.quanto de Priuil.caſi.fin.de imm.eccles.in 6.& c.auaritia cum ſim.de elect. eod.l.Adden.ad ſum.bull.in verb. vectigal.in vers.item* huius bullæ cenſura vendicat, quò argumenti genere vtitur, *Dec.in eo, quod conſuluit in d.cons.48.num.3.vers.& adeo iſta, &*
63 *Menoc.in d.cons.136.num.7.* † Secundo, quia regulare eſt, quod coniunctus gaudet Priuilegio coniuncti, quando aliàs Priuilegium læditur, vel alias redditur inutile priuilegiato, *in l.fin.C.de mun.& hono.lib.10.* Conueniunt ea, quæ cumulant DD. potiſſimè, *Ias.in l.ſi emancipati, C.de collat. Mars. in ſin.g.*

in fing. 180.quibus, & alij accedit, *ex recenſ. Petr.Surd.in dic.conſ.* 301.*num.*81.

64 Ex quibus † inferendo ad rem noſtram ex deductis, ex parte gebellarij clare conſtat, quod non ſumus in caſu, in quò per onus iſtius gabellæ impoſitæ emptori,læditur in aliquo Priuilegium venditoris, nec per indirectum contra eum retorquetur,vt prætendi poſſit ab aduerſario eius rem viliori precio vendere; vnde in hac facti ſpecie, ceſſat illa ratio communis, & ſtat concluſio ab omnibus recepta, qnod emptor

65 non gaudet immunitate venditoris † ex argumẽto à ceſſanre ratione ſumpto, quod eſt de iure validum, *l.adigere*, §.*quamuis, ff. de iur,patro.l. quod dictum, ff.de pact.l.milites, C.de milit.teſtam.l.generaliter,C.de epiſc.& cleric.cap.cum ceſſante, ext.de appell.cum ſimil.*

66 Quod † autem in hac re ceſſat ratio illa, patet ex his,quæ in facto aſſeruntur ſuper quibus teſtes deponunt; Nam gabella de qua agitur, conſiſtit in certis denarijs ſoluendis ab emptoribus ſuper certa menſura vini, ſiue ad groſſum, ſiue adminutum emerint, prout diſponitur *in d. cap.* 7. dictæ gabellæ propter quod onus, in aliquo non læditur ipſe venditor, qui non poteſt conqueri viliori precio vendere; quandoquidem conſtat ex teſtibus, & eſt notorium, quod vinum, ſiue venditur ad minutum, ſiuè ad groſſum, habet certum, & determinatum precium, ſi quidem ad minutum extat precium legitimum à Senatu impoſitum, ſi verò ad groſſum, extat precium naturale, ſeu commune, de quibus preçij ſpeciebus, *Moderni in decis. caſ. conſc. lib.*2.*cap.*56.*num.*10.*& cap.*111.*nu.*1. quod quidem precium, ſiuè legitimum, ſiuè naturale, non diminuitur propter onus gabellæ prædictæ, ſed cedit indiminutè pro venditore, ac ſi gabella non adeſſet; Nam gabella, quæ ſoluitur ab emptore, eſt vltra precium legitimum, vel naturale, nec illius occaſione læditur venditor, quia tantum vendit cum gabella, quantum diſtraheret, ſi nullum gabellæ onus eſſet impoſitum.

Vnde pro lucidatione facti, duo caſus conſtituendi ſunt, Primus eſt, quando vinum emitur, & venditur ſecundum metam à Senatu appoſitã, quod fieri poſſe ne-

67 mo eſt, qui negat † Nam adminiſtratores Ciuitatum poſſunt ſtatuere precium ſuper annona pro bono regimine Ciuitatis, *ex trad. à Couar.lib.* 2.*varia.reſol.cap.*3.*ſub.num.* 5.*& lib.*3.*cap.*14.*ſub num.*3. *Adden.ad decis. Tholaſ.in decis.*446.*Menoch.in conſ.*137. *num.* 18.*vol.*2.*Surd.in tract.de alim. in tit.*8. *quæſt.* 94.*Maſtrill.ex recenſ.qui aliorum meminit in decis.*17.*num.*9.*cum ſeq. in pr.pra.* quod in hoc Siciliæ Regno videtur ſine difficultate procedère, *ex cap.Reg.Fider.*116.*& Reg.Alf.*55.

68 † in qua meta à Senatu appoſita, vt cautè in ea procedatur, habetur reſpectus ad expenſas, labores, nec non ad gabellam, vt teſtes deponunt, & ita fieri debere, docet *Couar.in d.lib.*3.*vari.reſol.cap.*14.*ſub.num.*3. *Fab.de Mon.in tract.de emptio.& vend.n.* 3. *quæſt.principali, num,*39.*Nact.in conſi.*11. *nu.*

69 9.*accedit Maſtril.vbi ſup.nu.*10.† Itaq; quando quartuccium vini venditur v. g. denarijs vigintiquatuor, ſub illa meta continetur gabella, quæ ſi non adeſſet, tanto minus poneretur meta, quantum gabella ipſa importat, vnde ponamus in facto, quod gabella importat denarios quatuor ſuper quolibet quartuccio, & meta quæ ponitur à Senatu ſuper illa menſura eſt denariorum viginti quatuor, certè precium vini conſiſtit in denarijs viginti, & ita taxaretur, ſi gabella non adeſſet, & ſic illi quatuor denarij ſuper quolibet quartuccio, qui ratione gabellæ ſoluuntur, non diminuunt precium venditoris, nec poteſt conqueri rem ſuam viliori precio vendere, ſed eſt onus abſolutè emptoris, penitus ſepa-

70 ratum à precio vini;† ex quo reſultat,quod quatenus D. Marius, vel eius venditores vini, exigunt ab emptoribus integram metam ſub qua, vt dictum eſt, incluſa eſt gabella, ſi illa cederet eius lucro (vt ipſe ſub ſpecie immunitatis prætendit) vtiq; rem ſuam venderet vltra precium legitimum, cui nec vnius obuli acceſſio licita eſt, *Sot.de iuſt, & iur.lib.*6.*quæſt.*2.*art.*3.*in* 2.*concl. Moder.in d.decis.caſ.conſc.lib.* 2. *capit.* 111.*in prin.* Item alienum, inuito domino, detinet, & conſeq. cum aliena gabellarij, & ſucceſſiue vniuerſitatis iactura, locupletaretur, contra *l.nam hoc natura cum ibi not. de cond. indeb.*

Nec obſtat Motiuum aliquorum, qui non bene in iure verſati, dubitando tamen dicebant, quod præfatus de Sollima non tenetur vendere iuxta metam à Senatu poſitam, & per conſequens quicquid percipit ab emptorib. vini, eſt merum precium rei ſuæ, de quò nihil ſoluere cogitur iuxta

71 præmiſſam immunitatem, † Fundamentum motiui eſt illa triuialis, & communis concluſio, quod clerici, ſtatuto laicorum non ligantur, etiam ſi illud fauorabile

bile

Digitized by Google

bile fuerit, *DD. communiter in cap. eccleſ. S. M.*
vbi eſt materia ſua, & ibid. poſt alios latè di-
xi, & ſcripſi de conſt. Mathelif. in notab. 112.
Butri. in cap. quod clericis, vbi *Imol. Abb. & a-*
lij de for. compet. Neuiz. in cons. 39. Menoch. de
recup. poſſ. remed. 14. num. 56. Purpur. in conſil.
335. num. 2. qui iſtud intelligit etiam ſi ſta-
tutum fuerit iuſtum, & rationabile, *Pet.*
Surd. qui alios citat in cons. 2. nu. 14. & 15. vol.
1. quod ratione procedit, quia virtus ſtatu-
ti, à iuriſdictione pendet, *Bart. in l. omnes*
populi, num. 3. ff. de iuſt. & iur. Rom. in cons. 218.
72 *num. 2.* & ideo non obligat clericos, † qui
ſunt exempti à iuriſdictione laicorum, *cap.*
ſi imperator 96. diſtint. cap. at ſi clerici de iudic.
cap. ſi diligenti de for. compet. l. decernimus, C.
de Epiſc. & cler. DD. in ca. 2. de maiori, & obed.
Innoc. in c. ſignificantib. de offit. deleg. Bald. in l.
de quibus, nu. 26. de leg. Roland. in cons. 4. vol. 1.
Ceph. in cons. 35. nu. 38. vol. 1. conueniunt tradi-
ta à Gram. in decis. 29. vbi loquitur de exem
73 ptione iuriſdictionis reſpectu fori, † quæ à
pari procedit cũ exẽptione iuriſdictionis,
reſpectu ſtatuti, *ex Innoc. & Butr. in rubr. de*
conſuet. Archid. in cap. quò iure. 9. diſtint. Dec. in
d. cap. eccles. S. M. num. 6. de conſt. & Pet. Surd. in
cons. 301. ſub num. 16. ſed huic motiuo, re-
ſpondetur, Nam prædicta non procedunt,
74 † quando ſtatutum eſt generale, nec loqui-
tur expreſsè de eccleſiaſticis, & eſt condi-
tum pro publica, & communi vtilitate,
nempè tunc eccleſia, vel eccleſiaſticæ per-
ſonæ tenentur ſeruare ſtatutum *Bart. in l. 1.*
in fin. C. nemini liceat in vend. ſpeci. lib. 10. quod
videtur eſſe de intentione concilij Latera-
nenſi relati *in cap. non minus. §. quò circa*, vbi
Anchar. nu. 8. de imm. eccleſ. cuius verba tran-
ſcribit *Menoc.* qui iſtud probat *in cons. 800.*
num. 2. cum ſeq. vol. 8. quod ponit pro regu-
la *Franc. Rip. in cons. 68. num. 6. & in cons. 168.*
vbi, & alios huius ſententiæ allegat Aucto-
res, *Purpur. in cons. 50. Hozaſc. in decis. Peda-*
num. 68. in 1. dub. facit, quod voluit *Iſern. in*
cap. 1. in verb. inlicitas de pace iur. firm. num. 36.
vbi dicit, quod quando vtilitas, vel neceſ
ſitas eſt publica, non ſeruatur immunitas
clericis, vel eccleſiæ, & ideo clerici ligan-
tur ſtatuto laicorum continente bonum
publicum, *Salic. in auth. caſſ. & irrit. verſ. pri-*
mo quæro, C. de Sacr. ſan. eccleſ. Ambros. Opizo.
in repet. leg. fil. fam. §. diui, numer. 38. ff. de leg. 1.
Afflict. in d. §. inlicitas, num. 9. Hieron. Gabr. in
cons. 37. num. 5. vol. 2. Dec. in cons. 14. num. 19.
& ſeq. Paris deput. in trac. de reinteg. feud. cap.
83. num. 26. Franc. Rip. in tract. de peſte, in titu.
de remed. ad conſer. Vbert. num. 234. verſ. & da-
to, conueniunt & alij, quos congerit *Me-*
noch. in d. cons. 800. vbi pleniſſimè hanc rem
explicat, confutando contraria, quæ ex
aduerſo afferuntur, & ideo in propoſito,
cum hæc taxa, ſeu meta, quæ ponitur à
Senatu cotinet publicam, & communem
vtilitatem, de qua etiam participant ec-
75 cleſiaſticæ perſonæ, † Ideo in indiuiduo tra-
ditur clericos, & perſonas eccleſiaſticas,
non poſſe vendere eius victualia, vltra me-
tam à Magiſtratu poſitam, ſed ad illam ſer-
uandam teneri, *Domin. Sot. in 4. ſent. diſtint.*
25. quæſt. 2. art. 2. col. 4. verſ. quarta concluſio,
Bart. & Ioan. de Plat. in l. 1. C. vt nemi. lice. in
empt. ſpecie. lib. 11. Vinc. de Franc. in decis. 9. nu.
3. Nauar in manua. cap. 13. num. 88. Menoch. in
d. cons. 800. num. 27. Moder. in d. decis. 96. cas.
conſc. lib. 2. cap. 56. num. 11. nec illud negat
Pet. Surd. in d. cons. 301. num. 39. Bouad. in ſua
76 *Polit. lib. 2. cap. 18. num. 122.* † Nam, licet
clerici ſint exempti à legibus Ciuilibus,
non ſunt tamen exempti à dictamine ratio-
nis, qua lex ipſa mouetur, & ideo, licet non
ligantur vi legis, ligantur tamen vi ratio-
nis ipſius legis, vt latè poſt alios declarat
Petr. Surd. in d. conſil. 301. numer. 30. verſ. vel id
quod ego, & ideo *Nauar. vbi ſup.* loquens de
hac re, inquit, quod licet huic legi non
ſubijciuntur clerici, ſunt tamen ſubiecti le-
gi naturali, & Diuinæ, quibus prohibetur,
ne quis vltra iuſtum precium rem ſuam
vendat, quod paritr atteſtantur *Moder. in*
loco præcit. Naturali .n. Iuſtitia, (à qua ne-
mo eſt immunis) tenentur clerici ad illius
ſtatuti obſeruãtiam, ſi non vi arctatiua, vi
tamen directiua rationis, vt notabiliter de-
clarat *Purpur. in cons. 335. nu. 2. & 3.* & prop-
terea, pro tranſgreſſione mortaliter pec-
cant, & ad reſtitutionem tenentur, *Luc. de*
pen. in l. fin. C. quibus mune. ſeu præſt. nem. lic. ſe
excuſ. facit quod dicit *Abb. in cap. 1. col. fin. in*
glos. fin. de empt. & vend. & expræſsè voluit
Sot. in loco precit. cuius verba tranſcribit *Vinc.*
Franc. in d. decis. 9. num. 5. quorum meminit, &
77 *Surd. in d. cons. 301. num. 6.* † Quinimo cleri-
ci compelluntur ab eorum Iudice compe-
tenti ad obſeruantiam ſtatuti, continentis
bonum commune, & pro illius tranſgreſſio
ne ab eodẽ puniũtur, *Io. de Plat. in §. item lex.*
Iulia col. 4. verſ. Item nunc. qui Inſt iturioni-
bus de publ. iud. *Ioan. Lup. cap. per veſtras in*
2. notab. §. ſed eſt pulcra, de donat. int. vir. & vxo.
Vaſq; qui horum meminit *de ſucceſſ. creat.*
lib. 1. §. 10. num. 648. Iſern. & Afflic. in d. cap.
1. §. inlicitas de pac. iuram. fir. Ias. in l. placet, C.
de Sacr. ſan. eccl. Anchar. in cap. non minus, §. quo
circa,

Digitized by Google

circa, num. 8. de Imm. eccleſ. & ibidem Abb. col. pen. verſ. aut neceſſitas, Rip. in tract. de peſte in tit. de remed. ad conſer. vber. nu. 137. accedit Pet. *Surd.* qui horum meminit *in d. cons. 301. nu. 35. ſed ante eum Menoch. in d. cons. 136. nume. 35. vol. 2.*
78 Secundus eſt caſus, † quando vinum emitur, & venditur ad groſſum, in quo pariter, ex ſolutione gabellæ, quæ fit ab emtore, nó læditur Priuilegium præfati de Sol
lima venditoris, nec in aliquo illud onus
per indirectum contra eum retorquetur, vt
poſſit conqueri, ſe viliori precio vendere,
& ob id in hoc caſu pariter ſtat concluſio,
79 quod emptores non ſint immunes † Pro quã
re conſidero ea, quæ in facto afferuntur,
nempè quando vinum venditur ad groſsũ,
& ſi non habeat precium legitimum taxatum à Senatu, vt in primo caſu, habet tamen precium naturale, quod Ciuium arbitrio, & prudentia cõiter inducitur, de quò loquitur *Couar. lib. 2. variar. reſol. lib. 3. in prin.* & dicunt vnum verbum Moderni *in d. cap. 56. num.* 10. *de quò eſt tex. opt. in l. precia rerum, ff. ad l. falcid. l. ſi ſeruum meum, ff. ad leg. Aquil. & in ca. 1. de empt. & vend. notat. in cap. cum cauſa de teſtib.* & ideo ſicut quartuccium vini ad minutum habet metam, ſub quã continetur precium vini vnà cum gabella, nec læditur propter hoc Priuilegium venditoris circa diminutionem precij rei ſuæ, ſic & pariter vna cupa, vel vna ſalma vini ad groſſum, habet certam metam, ex arbitrio Ciuium inducta, ſub qua pariter continetur precium rei, vna cum gabella, & ideo dicunt teſtes, quod ſi vna cupa vini in foro cõiter venditur, v. g. ſcutis decem, ſub illa taxa continetur gabella, de qua agitur. Nam ideo valet decem propter gabellam, quæ ſi non adeſſet, illa cupa vini valeret, & cõiter venderetur, tanto minus, quantum importat gabella. Hinc eſt, quod experientia docet, quod quando aliquis, qui eſt immunis, puta clericus, emit vinum ad groſſum pro vſu, propter eius immunitatem, tanto minus ſoluit de eo, quod cõniter venditur cupa vini, quantum gabella importat, vnde ſi cupa cõiter valet ſcutis decem, & gabella v. g. importat ſcutos duos, pro qualibet cupa, vtiq; ipſe ſoluit ſcutos octo, quia verè tantum eſt precium naturale ipſius rei, & quod plus eſt accedit in precio ratione gabellæ impoſitæ emptori, & ideò pariter in hoc caſu, ſi illi duo ſcuti gabellæ cederent lucro ipſius D. Marij venditoris vltra precium cõmune, ſub ſpecie immunitatis alienum retineret, & cum aliena locupletaretur iactura, non minus quam in primo caſu dictum eſt, quinimo ſuam rem venderet
vltra iuſtum precium, contra textum *in ca.*
80 *1. & ibid. DD. de empt. & vend.* † Quod præ-
cipuè in victualibus, eſt expreſsè prohibitum, quæ vendi debent iuxto precio, *ex l. 1. §. cura carnis, vbi Bart. de off. præf. vrb. l. annonam vbi Bart. ff. de extraord. crimin.* Couar. *in d. cap. 2. ſub. num. 5. Adden. ad cappel. Tholoſa. in d. deci. 446. conueniunt tradita à Couar. var.*
81 *reſol. lib. 3. c. 14. num. 1.* † Et tanto magis ec-
cleſiaſticæ perſonæ, quæ magis exercere charitatem tenentur, quã laici, vt dicit *Abb. in d. capit. 1. in glos. fin. de empt. & vend. refert Vinc. de Franc. in d. decis. 9. num. 6.* Conſidero tamen, pro maiori declaratione iſtius caſus, quod in hoc ſtat aliqua differentia inter primum, & ſecundum caſum, licet, quò ad rem noſtram, nulla reſultat iuris di-
82 uerſitas, † Itaq; in pimo caſu, quando vi-
num venditur ad minutum, extat meta legitima, ſub qua continetur verum precium vna cum gabella, ſed precium eſt certum, & determinatum, ex quò meta eſt certa, ſecundum quam quis vendere tenetur, itaquè nec in vno obulo licitum eſt alterare, vt dictum eſt, *Sot. & Moder. ſupra, numer. 30.*
83 † Sed in hoc ſecundo caſu, quando vinum
venditur ad groſſum, licet pariter extat meta, videlicet precium naturale, nihil hominus, illud non conſiſtit in puncto indiuiduo, ſed latitudinem habet per gradus, vt *ex Ariſt. ſic docente in lib. 2. Ethic. cap. 7. dicunt DD. potiſſimè Couar. in d. lib. 2. Var. reſol. cap. 3. in prin. referunt Moder. in d. cap. 111.* qui dicunt, quod cuiuſq; rei precium, triplex eſt, ſupremum, infimum, & medium, quia impoſſibile eſt valere rem aliquam precisè decem, ita vt, nec valeat parum plus precio ſupremo, aut rigido, aut parum minus precio infimo, ſeu pio, & ſemper dicitur iuſtum precium; nempè iniquitas in hoc triplici precio cõtingere non poteſt, *ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 77. art. 1. Silue. in ſum. in ver. emptio. quæſt. 9. Sot. lib. 6. de iuſt. & iur. quæſt. 2. art. 3. Nauar. in cap. qualitas numer. 43. de pænit. diſtinc. 5. Couar.* qui, & alios congerit, vbi ſupra *ſub. num. 1. Moder. in d. capit. 111. num. 3.*
84 Verum † ex his inferri non poteſt, quod
præfatus D. Marius vendendo eius vinum ad groſſum, illud plus contentum ſub precio naturali, quod verè eſt ratione gabellæ, vt dictum eſt, ipſe recipit ratione la-

titudinis precij. Quod ex duobus confutatur.

85 Primo † quia ſi hoc eſſet, pariter, & ſub-
diti vendendo ad groſſum hoc, idem alle-
gare poſſent, quia eis facilius conceditur
vendere precio rigido, quam eccleſiaſticis,
ex ordine charitatis, vt dictum eſt, *ex doct.
Abb. in d. capi. 1. de empt. & vend.* Nec poſſet
aliqua ratio diuerſitatis allegari, & ideo
idem Ius eſſet ſtatuendum, *ex l. illud, ff. ad l.
aquil. & in l. illud, C. de Sacr. ſan. eccleſ. cum ſim.
glos. in cap. 1. in verb. Italia de tempo. ordina. in
6. Abb. in cap. nihil. num. 5. de elect. Aret. in l. 2.
de vlg. & pup. ſubſt. Dec. in cons. 15. num. 2. &
in cons. 301. num. 6. & 8. latè Tiraq. in l. ſi vn-
quam, in verb. libertis, C. de reuoc. dona.* & per
conſequens Vniuerſitas, gabellam, de em-
ptione ad groſſum, penitus amitteret, quia
ſub figura latitudinis precij, cederet lucro
86 venditorum, † quod euitari debet, quia ab-
ſurdum *l. nam abſurdum, ff. de bon. libert. capit.
clericos de off. Vicar. capit. cum ſit, de indit. cap.
quem admod. cum ſimil. de iur. iura. Bald. in l. con-
uenticula, C. de Epiſc. & cler. Peregr. in cons.
89. num. 28. vol. 1.*

87 Secundo † non poteſt illud inferri, ex
quò, dato; quod verè vendatur vinum
precio rigido, non ideo latitudo confun-
ditur cum gabella, illamq; tollit (vt infe-
rendo ſupponitur) ſed vtrumq; ſub eodem
met precio naturali comprehenditur. Nam
cum ſit verum in facto, quod in naturali
precio ex arbitrio, & prudentia populi in-
troducto, comprehenditur gabella, ſine
qua, precium eſſet tanto minus, quantum
gabella ipſa importat, vt teſtes deponunt,
& experientia docet, quando emptor eſt
immunis, qui emendo ad groſſum, tanto
minus ſoluit de precio currenti, & natu-
rali, vt dictum eſt *ſup. num. 30. & num. 79.*
vtiquè, hoc locum habet etiam ſi vinum
emitur, & venditur precio rigido, verbig.
dato, quod cupa vini valeat ſcutis decem,
precio moderato, ſeu medio, habito re-
ſpectu ad gabellam, qua detracta (ſuppo-
ſito quod gabella importaret ſcutos duos)
illa cupa valeret ſcutis octo, certè ſi illa
venditur ſcutis vndecim precio rigido, ne-
mo eſt, qui non fatetur ſub illo precio mul
to magis gabellam contineri, licet verum
ſit, qđ detracta gabella, res precio rigido
ſcutis nouem, reperitur vendita, & ille ſcu-
tus, in quo conſiſtit latitudo precij, cedit
abſq; ſcrupulo in beneficium venditoris,
quia, vt dictum eſt, precium illud recipit
latitudinem illam, quia in indiuiduo non
conſiſtit, & ſic, ex his iu facto bene conſi-
deratis, datur intelligi, quod ſub figura
latitudinis precij, non excluditur gabella,
quæ ſemper ineſt in precio, ſiue illud mo-
deratum, ſiue rigidum fuerit, & per conſe-
quens, quocumq; precio venditur vinum
ad groſſum, ſemper extorquetur gabella
ab emptoribus, vnde aſſerere in venditio-
ne ad groſſum, illud plus quod verè eſt ra-
tione gabellæ, eſſet receptum à venditore,
ratione latitudinis precij, eſt expreſsè fal-
ſum, & non concludit, ſi res ipſa rectè per-
penditur, nempè hoc modo venditor apud
ſe retineret, vna cum latitudine precij (ſi
verè precio rigido vendidit) gabellam ip-
ſam, aut ſi precio moderato, ſub figura la-
titudinis precij, gabellam ipſam lucri face-
ret, quod eſſet fraudis apertiſſima ſpecies,
cui eſt obuiandum, *l. in fundo, ff. de reiuen.*
88 Malitijs. enim non eſt aperienda via, †
nec delinquendi præſtari debet occaſio, *l.
conuenire, ff. de pact. dotal. l. 2. §. diem, & ibi
glos. quemadmo. teſtamen. aperian. l. 1. §. edict. ff.
de eden. conueniunt. quod voluit Abb. in cap. bo-
ne el. 1. de poſt. Pratat. Bald. in l. ſi non ſpeciali,
C. de teſtam. Alexan. in l. quadam, ff. de eden.
& in cons. 3. num. 6. vol. 2. Aug. & Imo in l. 3.
ff. de teſtam. Dec. in cons. 37. num. 5. in 1. par.
cum concord. quas cumulaui in cap. 2. extra de
probat.*

Vnde ex prædictis omnibus audacter cō-
cludo, quod gabellarius eſt abſoluendus
ab impetitione præfati D. Marij, qui te-
netur gabellam, quam exigit ab emptori-
bus, reſtituere non minus, quam alij ven-
ditores, ex quò verè ab emptore illa ſolui-
tur, qui ad illam de iure tenetur; Nam
per illud onus, non læditur, nec directè, nec
indirectè eius priuilegium, vt poſſit con-
queri ſe viliori precio vendere, ſiue ad mi-
nutum ſiue ad groſſum vendat, cæterum
ſupleat præmiſſis religio, ac eminens Do-
ctrina Perilluſt. DD. Iudicantium, quorum
grauiſſimo iudicio hæc, & omnia mea ſub-
mitto, Meſſanæ, die 16. Septemb. 1611.

*Secundum hanc doctrinam, poſt hæc ſcripta pro
dirimenda hac, & ſimilibus controuerſijs, ita
motu proprio prouiſum eſt per Excellentiam Do-
mini Ducis Vſunæ iſtius Regni Proregis optime
meriti, Conſtat ex actu, ex relatione Regiæ Au-
læ porterij, regiſtrato in Officio Senatus die 3.
Nouembris, 1611. Et ita iuris eſſe ſentio, &c.*

Octauius Gloritius Iuris Conſ. Tropien.

RESPONSVM SEXTVM

FACTI SPECIES

N. Credenzerius Regij campi Victualium, Vrbis Meſſanæ, fuit inquiſitus per Regium Fiſcum Curię Straticotialis de tonſione monetæ, eoque torto, & confeſſo, ad in ſtantiam Fiſci patroni Regiæ Magnæ Curiæ, ſtante proſequutione premiſſa; Excellentia domini Marchionis Viglienæ Regni Siciliæ Proregis, mandauit quod d. N. tanquam incapax d. officij ob proſequutionem prædictam, ſit, & intelligatur priuatus, prout eum, vti incapacem priuauit ſub die 12. Septembris 1607. & die ſequenti eadem Excellentia, ad relationem Iudicis Curiæ Straticotialis prædictæ, mandauit d. N. decapitari, prout poſt tres dies fuit decapitatus Verum eodem die 13. Septembris latæ Sententiæ capitalis, prefata Excellentia contulit d. officium Credenzerij, vti vacans ob priuationem Don Paſquali Rijtano, & deinde ſequuta morte d. N. decapitati, Senatus Meſſanæ, ad quem d. officij & ſimilium ſpectat collatio, d. officium, vti vacans per mortem d. N. contulit Don Gaſparo d'Auerna die 25. Septembris 1607. Quibus ſic ſtantibus, de preualiditate præmiſſarum electionum contenditur, & in dubium reuocatur, an ſubſiſtat electio S. Excellentiæ vel hæc facta per Senatum, ſequuta morte illius, debeat præualere.

SVMMARIVM.

1 *Principis de poteſtate non eſt diſputandum, quia ſacrilegum eſt, vide num. 27.*

2 *Officiales eligere ad Principem ſpectat, & eſt de regalibus, vide num. 58.*

3 *Princeps poteſt Priuilegia a ſe conceſſa reuocare pro libito voluntatis, maximè ſi agitur de priuilegijs, in quibus directum, aut vtile dominium non conceditur, & num. ſeq.*

Declaratur num. 66. & ſeq.

4 *Priuilegio exemptionis, demanij, ſtudiorum, & ſimilium, Princeps derogat pro libito voluntatis.*

Declaratur, num. 66.

5 *Princeps concedens alicui poteſtatem, ſeu iuriſdictionem, eandem, & maiorem apud ſe retinere cenſetur, vide num. 70.*

Papa concedens alicui poteſtatem beneficia conferendi, retinet ſuper eis eandem, & maiorem, ibid.

6 *Iuriſdictio ſi conceditur, an dicatur accumulatiuè, vel priuatiuè conceſſa, vide num. 70.*

7 *Præuentio locum habet inter eos, quibus auctoritas competit accumulatiuè.*

8 *Iuriſdictio vbi competit pluribus in ſolidum, locus eſt præuentioni.*

9 *Officialis electio in locum remoti, ſeu priuati, an pertineat ad iudicem remouentem, vel ad eum, ad quem alias ſpectat ius eligendi, vide num. 42.*

num.42.& 74.

10 *Papa electio ſpectat ad Cardinales.*
Quid in caſu in quo deponitur à concilio, ibid. ſed vide num.44.& 74.

11 *Eligens indignum, ſeu criminoſum, priuatur pro illa vice poteſtate eligendi, & habet locũ etiã in officijs ſecularibus, vide num.76.*

12 *Tenor priuilegij indicat quid, & quantum priuilegium concedit.*

13 Clauſula *per ceſſum, & deceſſum, quid importet.*

14 *Diſpoſitio limitata ad certum caſum, non extenditur ad alium, & maxime quando fit per modum conditionis voluntariæ vide num.83.*

15 Dictio, *ſi, conditionem importat.*
Conditio *debet adimpleri in forma ſpecifica, ibid. ſed vide num.83.*

16 *Diſpoſitio conditionalis vt locum habeat, neceſſe eſt, vt ſequatur conditionis implementum.*

17 *Diſpoſitio loquens de caſu vacationis per mortem, an extendatur ad alium caſum vacationis, vide num.84.87.& ſeq.*
Facultas conceſſa alicui conferendi beneficià vacantia per ceſſum, vel deceſſum, an comprehendat caſum, in quo beneficia vacant alio modo, ibid. ſed vide num.88.& 89.
Vacantionis modo vno expreſſo, alij non veniunt, ibid. vide num.88.

18 *Exceptio rei iudicatæ, reſultat ex re deciſa, eſt litis finitæ, & peremptoria.*

19 *Exceptio rei iudicatæ obſtat. Quando in ſecundo iudicio examinatur, quod in primo fuit iudicatum, vide num.92.& 106.*
Cauſa dicitur eadem, ſaltem interpretatiuè, & obſtat exceptio rei iudicatæ, ſi eodem Iure agitur in ſecundo iudicio, quo quis contendebat in primo, licet de alia re agatur, ibid. ſed vide num.82.

20 *Priuilegia abrogata per actum in contrarium, non merentur allegari.*

21 *Priulegium per actum contrarium amittitur, vide num.110.111.112.113.& ſeq.*

22 *Quaſi poſſeſſio, ex vnico actu acquiritur, vide num.117.*

23 *Actus vnicus viſitandi, preſentandi, eligendi, conferendi, vel collectandi, ſufficit ad acquirendum quaſi poſſeſſionem.*

24 *Electio, ſeu preſentatio, facta ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione eligendi, vel preſetandi, attenditur, itaque præfertur electioni, ſeu preſentationi factæ à proprietario Idem in collatione, ibid. vide num.118.*

25 *Electus ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione non amouetur, licet deinde conſtet de proprietate alterius, vide num.119.*

ARGVMENTVM

An electio facta à Principe de officio, ſtante priuatione officialis, ſententia Capitali damnati, pareat præiudicium electioni poſtea factæ, ſequuta morte officialis per inferiorem, ad quem ſpectat authoritas conferendi officia, vacantia per ceſſum, & deceſſum.

DIuino implorato preſidio, Viſa premiſſa facti ſerie, vna cum alijs ſcripturis tranſmiſſis, in hoc iuris articulo, de quo conſultatio quæritur, ptimo aſpectu videtur reſpõdendum eſſe pro electione facta ab Excellentia domini Proregis ne uideatur alias Principis poteſtas in
1 dubium reuocari † de quo haud diſputare
licet, *Gozad.in cons.92. num.17. Curt. Iun. in l.venia, num.5.C.de in ius uoca. Pet. Due.in reg. 43.in 5.fall.Bero.in cons.367.num-8.& in conſ. 393.num.5.& Becc.alios citans.in cons.56.nu. 53.vol.1.* Nempe ſacrilegum hoc eſſe affirmant *Doct.vt tradit Dec.cons,588.num. 2.Ias. cons.101.vol.4.Cephal.cons.87.num. 3. vol.1. Soci.Iun.cons.91.nu.16.vol.2.Rola.cons.100. num.47.cum.ſeq.vol.4.& Menoc. in cons.103. num.38.* Quapropter conſideratis his, quæ prima fronte occurrunt, videtur quod electio Proregis debet attendi, ex infraſcriptis.

2 Primo ex eo, quod illa à Principe facta eſt, ad quem ſpectat officiales eligere, & conſtituere, ad *tex.in §.filius familias. Inſtit. quib.mod.ius patri.potes.ſolui.l.in officijs,& l.probatorias, C. de diue.offi.lib.13.& l.verum,§. ex facto, ff.de mino.* per quæ iura, publicorum officiorum adminiſtrationem, beneficio Principis impetrari, inquit *Luc.de pen. in d. Rub.C.de diue.off.* poſt medium; Vnde in his temporalibus officijs, officialem à Principe cauſam habere, & in illius manibus illa eſſe renuncianda, tradit *glos.in l.legatus, in verb.abdicanda, & ibi Bart.ff. de offi.preſi.Fran. Marc.in decis.616.ſub,num.2.in prima part.* & ſine Principis literis non poſſe illa obtinere, per illa iura voluit *Boe.in decis.149.ſub.num. 6.* Quapropter tandiu officiales poſſunt eorum officia exercere, quandiu Princi-

pum

pum madata eis permittunt, *glos. in tit. de pac. conſt. in verb. Criminalibus*, quod poſt
Bald. Alexand. Dec. & Cagnol. teſtatur Peregr. de iur. fiſ. lib. 1. tit. 1. nu. 11. eſt .n. de regalibus
officialium, ſen Magiſtratuum conſtitutio,
cap. 1. & ibid. Andr. Afflic. Prep. & ceteri feud. quæ ſunt regal. habetur in Conſti. eaquę, in conſt. Duram, & dira, & in conſt. officij Capic. in ſua Inueſti. in §. Magiſtratuum creatio, fol. mihi 128. *Peregr. vbi ſup. num. 10. Borrel. de preſta. reg. capit. 21. Docto. in capit. cum acceſſiſſent de conſt. Caſſia. in catha. glor. mund. in 5. par. cons. 24. cas. 15. Gram. decis. 46. Aroſent. de feud. cap. 5. conclus. 4. num. 8. Couar. prac. quæſt. cap. 1. num. 9. Auend. de exeq. mand. reg. cap. 1. num. 1. Bouad. lib. 1. poli. cap. 2. num. 14. & ſeq. & lib. 3. c. 8. nu. 152. & infr.* vnde cuius libet officij,
ſeu Magiſtratus poteſtas, conferri ab alio
non poteſt pręter quam à Principe regalia
habente *ad tex. in l. & quia, vbi glos. in verb. principalibus ff. de iuriſd. omn. iudi. Bald. in cap. 1. 2. nota. in tit. de allod. & Alexand. in l. 1. nume. 11. & in l. imperium num. 9. ff. de iuris. omn. iudi. Cano. in d. cap. cum acceſſiſſent Gram. in d. decis. 46. late D. Maſtril. in trac. de magis. lib. cap. 1.*

Secundo, quia, licet ad Senatum, ſeu
Iuratos pertinere videatur collatio huius
3 officij, vigore priuilegiorum Meſſanæ. † tamen potuit Princeps eligendo, priuilegijs
pro libito voluntatis derogare, *Bald. in l. qui ſe patris, num. 14. C. vnde libe.* qui ait, quod
ſpeciale eſt in Principe, vt poſſit reuocare ſuum Priuilegium ſine cauſa, per quod
alteri eſt ius quæſitum, quod in fortioribus
tenet *Angel. in l. Antiochenſiũ, ff. de priui. cred.*
vbi ait, quod iuſta cauſa eſt, quia ipſe conceſſit, *ad tex. in l. qui fundos, C. de omn. agr. deſe. lib. 11. Pau. de cas. in l. digna vox, C. de legib. Roma. in cons. 463. Feli. in cap. quæ eccleſiarum, nu. 51. extra de conſti. Soci. in cons. 87. num. 12. vol. 3. Cur. iun. in cons. 1. poſt. num. 24. Crau. in cons. 133. num. 22. & 28. Zas. in l. princeps, num. 16. ff. de legib. Afflic. in deciſi. 128. Gram. in deciſi. 46. num. 5. Capi. in decis. 121. num. 16. & in decis. 166. num. 1. Roland. in cons. 66. num. 8. Vol. 2. & in cons. 13. nu. 3. vol. 3. Deci. in cons. 604. num. 9. Rui. in conſil. 29. num. 4. vol. 1. Natt. in cons. 511. num. 3. & in conſil. 657. numer. 5. & 13. Bello. in conſil. 178. num. 9. Grat. in conſil. 9. num. 1. Ias. in cons. 56. col. 2. vol. 1. & Menoch.*
4 *in cons. 350. num. 11. Vol. 4.* † Quod ſine difficultate procedit in hac ſpecie priuilegij,
in qua non agitur de conceſſione vtilis, aut
directi dominij, quo caſu poteſt princeps
pro libito voluntatis conceſſionibus derogare, aut illas reuocare, Regens *Caro. Tap. in l. fin. cap. 9. num. 56. in 2. par. ff. de conſt. princ. folle. in prac. cenſua.* loquens de priuilegio immunitatis, exemptionis Denarij, & ſimilium, in *verb. & ſubmiſſio. cuiq. for. num. 57.* cuius meminit *Rodol. de abſo. prin. poteſt. capit. 6. num. 168. Soc.* qui conſuluit in terminis priuilegij Demanij, *in cons. 4. Vol. 3. & tradit in conſi. 58. eod. volu. Crau. in conſil. 999. nume. 3. Vol. 6. Ann. pater in alleg. 50. numer. 2. cum ſeq. & clarius in alleg. 69. numer. 10. & in alleg. 87. num. 1. Zuar. in alleg. 9. nu. 11. & Natt.* loquens
de priuilegio ſtudiorum, & exemptionis *in d. cons. 657. num. 6. Vol. 4.*
5 Tertio electio proregis debet preualere,
ex eo, quod per poteſtatem in priuilegijs
collatam Senatui conferendi hæc officia
non videtur, quod abdicauit Rex à ſe poteſtatem illam conferendi, quinimo apud
eum remanſit eadem, & maior poteſtas, *ad tex.* ſingularem, peregrinum, & optimum *in cap. dudum, §. nos igitur de prebe. in 6. quem ſic extollunt Gram. vot. 28. num. 4. & Peregri. in cons. 1. num. 13. vol. 1.* vbi R. P. inquit, quod
licet poteſtatem conceſſit illi Epõ conferẽdi beneſicia, in partibus gallicanis, penes
tamen eum eadem, & maior remenſit auctoritas, per quem *tex. ſic atteſtatur Roland. in conſi. 1. num. 135. vol. 2.* & per eundem inquit *Bald. in conſi. 326. in fin. vol. 1.* quod Papa committens alicui iuriſdictionem aliquam, eandem, & maiorem ſibi retinet,
quod refert *Gram. poſt. Bald. in decis. 30. num. 4. & Menoch. in cons: 479. num. 9. Vol. 5. & per illum tex. inquit Afflic. in ca. 1. in verb. Poteſtas, num. 16.* quod princeps non dat tantam poteſtatem alteri, quin plus ſibi non remaneat idem *Afflic. per eundem tex. quem dicit ſe didiciſſe à magno viro, in cap. 1. §. iterum ſiquis; in 3. nota. quib. mod. feud. amit.* ſic eiuſdem *tex.* actoritate adductus atteſtatur *Natt. in cons. 387. num. 24. vol. 3.* Hinc *Bald. in d. l. qui ſe patris, in verſ. Item* in conceſſis inquit, quod in
his conceſſionibus ſemper Principis auctoritas cenſetur præſeruata *Natt. in cons. 580. num. 4. verſ. Nam prædictis, Vaſq; in tract. de ſucces. creat. lib. 2. §. 17. num. 88. cum ſeq. Surd. in cons. 152. num. 16. Camil. de Curt. in p. par. diuerſ. iur. feud. in §. Poteſt. num. 5. fol. 28.* ex
quibus datur intelligi, quod poteſtas collata Senatui Meſſanenſi conferendi hæc officia, cenſetur accumulatiuè, non priuati-
6 uè conceſſa † prout de iuriſdictione tradit,
Bart. per illum tex. in l. 2. ff. de offic. pre urb. Bald. in l. 1. verſ. extra quæritur, ff. de offi. cons. Deci. in cons. 3. num. 3. Aret. in conſi. 102. Barba. in cons. 59. col. 3. vol. 3. Paris. in conſi. 9. num. 11. vol. 4.

Digitized by Google

Gram.in decis.30.num.2.& in conſi,6.in fin.in
crimi.Rip.in tract.de peſt.in tit.de remed,preſen.
num.6.Menoch.de arbi.iudi.lib.1.quæſt.40.col.
1.vers.extenditur, quod pro regula ponit Ro-
ma. illamque iuribus, & auctoritatibus
comprobat in cons.393. quam firmant Aret.
in l.1.§.ſi quis in appellatione col.pen.ff.de appel.
& alij, quos citat fel.in cap.paſtoralis, de offi.
ord.quibus accedunt Gram.in d.Vot.28.num.6.
Rolan.in cons.48.num.25.vol.2.& Aroſent.de-
7 feud.cap.5.conclus.5.in prin. Exquibus reſul-
tat, quod electio facta ab excellentiſſimo
domino Prorege,debet attendi, qui preue-
nit in eligendo, prout in eiſdem terminis
voluit Romanus Ponti ſuam meliorem eſ-
ſe condirionem, qui preuenit in conferen-
do beneficium, vt legitur in d.cap.dudum §.
nos igitur de preb.in 6. quia vbi accumulati-
uè competit auctoritas, locus eſt preuen-
tioni, etiam inter ęquales, vt tradit Gram.
in d.decis.30.num.7.tenet Aret.in d.§.ſi quis in
appellatione col.pen.Fran.Aret.in conſ.101.Io-
ann.de Ana.in cap.excommunicamus. §. volu-
mus, de heret.Geme.in cap.pen hoc eod.tit.lib.6.
8 Bart.in l.ſtudentibus ff.de offi.præ. vrb. † nam
tunc cenſetur poteſtas, competere in ſoli-
dum, & ideo habet locum præuentio,
Abb.in cap.prudentiam, in glos.1. & ibid. Dec.
num.mihi 9.verſ.& prædicta concluſio, extra de
offi.de leg.Bart.Alex.Imol.& Ias. in l.ſi vnus,
ff.de re iudi.Bald.in l.vnica, §.vbi autem num.
6,C.de cadu.tolle Rui.in cons.7.nu.3.vol.2.Be-
ro.in cons.22.nu.42.lib.1.Vant.de nulli. in Rub.
de nulli.ex def.iuris.ordi.num.175.quibus acce-
dit.Menoch.lib.2.præs.18.num.8.& 38.

Quarto eſto,quod poteſtas Senatus eſſet
abdicatiuè,& priuatiuè conceſſa tamē ele-
ctio facta ab excelentia ſua debet attendi,
ex eo quod in hac facti ſpecie agitur de of-
ficio,vacante per priuationem officialis,ad
quem caſum poteſtas Iuratorum non ex-
tenditur, licet illa indefinitè, & ſimpliciter
9 eſſet conceſſa, † Mouet, quia poteſtas eli-
gendi officialem in locum remoti, ſpectat
ad iudicem remouentem, non ad eum, ad
quem alias eligendi pertinet auctoritas,ad
not.per Bar.in l.2.§.qui pueros ff.de vaca.& ex-
cus, mune. vbi ait, quod ibi eſt caſus,quod
quando aliquis electus ad aliquod offici-
um, remouetur, quod electio alterius, lo-
co remoti deuoluitur ad ipſum iudicem
remouentem,ponderat ad illum tex.in verſ.
quem ita ſenio, vbi Præſes conſtituit officia-
les in locum eorum, quos remouet ob ſe-
nectutem, vel imbecillitatem, licet dicto-
rum officialium electio, ad decuriones per-
tinet, quod auctorite Bart.tradit Fran.Aret.
in l.ſerui electione, col.2.ſub verſ.extra glos.ff.de
leg.1.& poſt eum And.Tiraq.in l.Boues, §.hoc
10 ſermone,ſub 1.limi.num.45.de verb.ſigni. † Cui
rei conuenit,quod alias fuit propoſitum
in Concil.Coſta.de electione Papæ, quæ licet
hodie ſpectet ad Cardinales, cap.in nomine
domini, 23.diſti.cap.licet euitanda, vbi Abba.
in vlti.not.de elect.cap.vbi periculum, eod.tit.
lib.6.& clem.Ne Romani, in eod.fran.Mar.in
decis.925.num.11.vol.2. tamen ſi Papa de-
ponitur à concilio, electio fit à Concilio
deponente,nec ſpectat ad collegium, quod
tradit Abb.ſibi placere in d.cap.licet euitanda
in loco precit.in verſ.ſed aduerte, & proſequitur
Barb.in d.clem.Ne romani, in §.ſanè, illudq; aper
tè ſequitur in conſil.82.ſub.nu.10.verſ.& vlte-
rius ad prædicta, vol.4. nec ab hoc recedere
abſolutè videtur Mari.ſen.in c.ad petitionem,
11 num.7.extra de accus.† Quod in terminis no-
ſtris rationem habere videtur, quia con-
uenit eligentem, pro illa vice, ius eligendi
amittere,ob electionem factam de indigno,
& crimnoſo, qui meruit officio priuari,
ad tex.in cap.cum in cunctis, §.fin.de elect.cap.
ſicut in fin.de ſuppl.negl,præla.cap.3.in fin.cum
concord.de eccle.edifi.ad tradita per Hoſt.in ſum.
de iure patro.§.in quibus, col.3.verſ.pœna.Bart.
in l.2.ff.de obtio.leg. Dott. in l.cum quidam ff.de
leg.2.& in d.l.ſerui electione, ff.de leg.1.Cano.
in cap.cum vos, de offi.ordina.Lamb.de iure pa-
tro.in p.p.ar.2.lib.in 4.art.10. quæſt.princi. qui
dicunt, quod preſentans, vel eligens indi-
gnum, pro ila vice poteſtate priuatur,
quod licet aliqui velint procedere in ec-
cleſiaſticis, ſecundum glos.in d.cap. cum vos
vbi Card.Imo. & Ancha.de offi.ord.idem Imo.
in d.l.ſerui electione dequo per Lamb.vbi ſup. &
alios,quos citat Caual.commu.cont.commu.queſ.
659.nu.4.tamen magis commune eſt,quod
illud locum habet, & etiam inter laicos,in
officijs ſecularibus, per illum tex.in d.l.cum
quidam, & ibid Pau.de cas.de leg.2.& in §.ſi-
quis autem oratori, in aut.de ſanc.epi.Aret.in d.
l.ſerui electione, col.2.verſ,ſecundo adde,Ioan.
d.ligna.Hoſt. & Abb.in cap.quod autem de iu-
re patro. & de communi atteſtatur Roc.de Cur.
in tract.de iurepat.in verb.Honorificum, quæſt.
4.num.15.And.Barb.conſi.33.numer.2.vol.2.
Padil.in d.l.cum quidam num.17.& alij, quos
citat.Caual,vbi ſup.verſ.Contrariam.

Quinto, electio prędicta debet atten-
di, quia in hac facti ſpecie, iſtud ſine diffi-
cultate procedit, ex quo auctoritas Sena-
tus eligendi officiales, non haber locum in
caſu, in quo officia vacant per priuatio-
nem,

Digitized by Google

12 nem, †Mouet ipſius priuilegij tenor, qui
indicat quid, & quantum ipſum priuile-
gium concedit, *Dec.in l.imperium, num.26. ff.de iuris.omn. iudi. Afflic. in cap. 1.ſub num. 40.de capi.qui cur.vendi. Roland.in cons.42.nu. 42.vol.1.Pet.de Gre.de conc.feu.in 7.par.queſt. 2.num.15.Regens Tap.in l.fin.in p.par.capit.2. num.46.& ſeq.&* Capib.*de aucto.Baro.prag.8. in pri. par. in prin.* & alij, quos ſciens prete-
13 reo. † Ex tenore itaq; priuilegij Regis Al-
fonſi in anno 1431. patet anctoritatem Iu-
ratis eſſe tributam, vbi officia ipſa vacare
contigerit, per ceſſum, vel deceſſum, ideſt
per renunciationem, vel per mortem, *iux-
ta tex.in cap.quamuis, el 2.& ibi glos. in verb. cedentium, de prob.in 6.glos.in cap.ſuſceptum in verb.morte de reſcrip.eod.lib.Tut.decis.177.lib. 3.* & ideo ſi verba priuilegij ſunt attenden-
da; vtique poteſtas in eo collata, non de-
bet extendi ad caſum, in quo officium va-
14 cat per priuationem † quia diſpoſitio li-
mitata ad certum caſum, limitatè debet
intelligi, nec ad alium caſum extendi, *le. commodiſſimè ff.de lib. & poſth. ad tradita per Bart.& alios in l.Gallus, §.& quid ſi tamen ff. eod tit. Angel.in cons.51.& in cons.93.Soci. in cons.259.Vol.2.Oldr.in conſi. 177.Crau.conſil. 361.num.3.& 7.& in cons.363.num.9.12.& 20.Eugen.in cons.99.Roma.in con.132. Ioan. de ana.in cons.66.Signo.in cons.201.Alc.cons. 44.lib.9.Dec.cons.89.Pereg.de fideic.art.1.nu. 36 late Menoch.in cons.326. Vol.4. & in trac. de pres.lib.4.præſump.26.expreſ.65.* Quod abſ-
què dubio vendicat ſibi locum, quando
prouiſio in certo caſu ſit, per modum con-
ditionis voluntariæ, vt diſtinguendo docet
Bart.in d.§.& quid ſi tantum, ſub.nu.3. quem
communiter approbari inquit, ibi *Ias. ſub num.42.* eumq; ſequitur *Anch. in cons. 356. ſub num.3.verſ.quarto. Alex.cons.1.ſub.nu.11. verſ.& poſito, vol.1.Soc.in d.cons.256.ſub.nu. 3.col.2.& in cons.76.nu.6.& ſeq. vol.3. Dec. cons.63.ſub num.3.& in d.cons.89.ſub num.2. vers, & quia, Roland. qui teſtatur decommuni in cons.56.num.22.volu.3.Honde.in conſil.60. nu.27.vol.1.& Peregr.in cons.51.num.8.vol. 5.* In quibus quidem terminis verſamur, nã
prouiſio d.priuilegij eſt conditionalis, vt
patet ex illis verbis, ſi contingerit aliquod
officium, ſeu officia vacare per ceſſum, vel
15 deceſſum † quæ verba per d. dictionem, ſi,
ſunt conditionalia, *l. qui promiſit ff. de con- di.indeb.l.1.& ibi Bart.ff.de cond.& demo.Rimi. cons.100.num.34.Menoch.cons.262.numer.3. Rimi.Iun.in cons.173.num.19.& in conſi.617. numer.26.* & ideo, vt diſpoſitio d. priuile-
gij, ſeu actoritas ibidem conceſſa ſub illa
conditione, vendicet ſibi locum, oportet
officia ipſa vacare per ceſſum, vel deceſ-
ſum, & non aliter, quia debet conditio
in forma ſpecifica adimpleri, vt tradunt,
Bar.Ias.Soc.Roland.Dec.Honde.& Menoch.ſu- perius citati per illa iura. in l. hæredi, & l. me-
16 *uius, ff.de condi, & demos.* †Nempe alias ſi con
ditionis non ſequitur implementum, diſ-
poſitio ceſſat *l.ex his, C.quan.dies, leg.ced.Bald. & Sali.in l.cum te, C.de probat.l.legata ſub con- ditione ff.de condi. & demoſtra.l.poſt. dies, ff. quan.dies leg.ced.glos.in l.ſi res bona fide, ff. de contra.empt.* Crau.*cons.15. num.3.vol.1. Soci. Iun.cons.4.num.16.vol.2.& Honde. in conſil. 49.num.33.vol.2.* Qua de re, quia in caſu
iſto non purificatur conditio, ex quo offi-
cium non vacauit per ceſſum, vel deceſ-
ſum, ſed per priuationem, vtiq; ceſſat au-
17 ctoritas ſub illa conditione † conceſſa, nec
debet de caſu vacationis per mortem, ex-
tendi ad alium caſum vacationis per pri-
uationem, prout tradit *glos. indiuidualis in cap.quamuis el 2.in verb.cedentium de præb.in 6.*
quę in terminis illius *tex.* in quo fuit conceſ-
ſa facultas, conferendi certum beneficio-
rum numerum ſuorum clericorum ceden-
tium, vel decedentium, voluit, quod ille,
cui talis auctoritas fuit conceſſa, non po-
teſt conferre beneficia, quæ vacant alijs mo-
dis, nec iſtud inficiat ibid. Gemi. qui ait
quod cedere, vel decedere differunt ab alijs
modis vacationum, & ideo ſubdit, quod
priuilegium non extenditur. Hinc eſt, quod
diſpoſitio loqnens de caſu in quo benefi-
cium vacat vno modo, non extenditur ad
alium vacandi modum, *cap.ſuſceptum de reſcrip.in 6.per quem tex.ſic tradit Dec.poſt fel. in.4 lim.in cap.ſuper literis extra de reſcrip.Fran. Marc.in decis.621.num.1.volum.1.* Nam vbi
exprimitur certus vacandi modus, alij non
veniunt, vt ait *fran.& ibid.alij in d.cap. ſuſce- ptum, num.3.ſelu.de benefi.in 3.par.quæſt.12. num.21.Rebuf.in concord.tit. de for.mand.verſ. Aliam quęcumque, & in trac.de nominat.quæſt, 17.num.25.Hyero.Gig.in conſil.131.Menochi. de arb.Iudi.cas.201.num.103.Pute.decis.25. lib.1.Rot.decis.830.lib.3.& Garſ.alios citans in in tract.benefi.par.11.cap.1.num.8. tom.2. & in terminis iſtis conſuluit Barba.in d.conſi.82. vol.4.* vbi voluit, quod impetrans benefi-
cium vacans per obitum familiaris alicu-
ius cardinalis, quod teneatur exprimere
nomen, & titulum Cardinalis, & illius
conſenſum debeat habere, non habet lo-
cum, quando beneficium vacat per priua-

tionem familiaris,exquoprouiſio illius re-
gulæ loquentis de caſu vacationis per mor-
tem,extenditur ad alium vacandi modum,
quod fuit de intentione, *gloſ.ſuper eadem re-
gula , illamq; ſententiam poſt Barb.proſequitur
Gomes.in comme.eiuſdem Regulæ in quaſt.7.*

Sexto, & vltimo pro electione predicta
ſuffragatur illud, quod aliàs fuit ſeruatum
in facto Petri Angeli demineo, qui certa
officia ſpectantia ad Senatum,ex illius col-
latione obtinebat, qui fuit ad inſtantiam
Regij Fiſci proſequutus, & ſtante proſe-
quutione per excellentiam Domini Marci
Antonij Columnę tunc Sicilię Proregis,fuit
officijs prædictis priuatus ſub die 12. Iulij
1578. vnde illa officia ſic vacantia fuerunt
collata a dicta Excellentia ad vitã Ioanni
Franciſco de Pellegrino; vt ex prouiſione
patet ex pedita Meſſanæ die 14 eiuſdem
menſis Iulij,quo tempore ſe opponſuerunt
Iurati petentes declarari,quod prouiſio illa
intelligatur durante proſequutione, &
quod ſequuta morte d. Demineo , Ius eli-
gendi pertineat ad Senatum,virtute priui-
legiorum,& commiſſo negotio Magiſtro
Rationali Mariano de Iuliana, ad illius re-
lationem fuit prouiſũ per S. Ex. in fauorẽ
d.electionis, & mendatum,quod exequan-
tur literæ , Ex qua facti ſerie tria in iure re-
ſultant pro electione facta à Prorege :

18 Primo reſultat exceptio rei iudicatę,quę
oritur ex re deciſa , & obſtat Senatui nunc
eligenti, *ad tex.in l.1.ff.de re iudi.capit.quo ad
conſultationem eod.tit.Azeue.cons.40.num. 10.*
eſt enim litis finitæ, *Bart. in l.nam & poſteà
in prin.num.5.ff. de iure iu.& in l.fratris, C. de
tranſa.Maria.Soci.in cap.1.num.7.princi.quaſt.
in p.except.extra de lit.contes.Dec.in cons.437.
num.21.*& tanquam peremptoria impedit
contrarium vlterius attentari, *cap.1. de lit.
cont.in 6.Bart.in l.2.nu.6.ff.de ordi.cogni.Bald.
in l.2.ff.de.iure iur.Pau.de Cas.in cons.247.col.
3.ante num.2.vol.1. Crau.in cons.204.num.7.
vol.1.Moſcat.in pract.S.Conſ.Neap. in glos. in*
19 *verb.Iudicatę in 4.par.*Vnde cum in hac facti
ſpecie queritur, & illud diſceptatur, quod
tunc in eo iudicio fuit diſcuſſum, & deci-
ſum,licet nunc de alio officio agatur,quam
de eo , de quo tunc fuit iudicatum, adhuc
támen rei iudicatæ obſtat exceptio , *ad tex.
in l.Iulianus , & l.ſi quis cum totum, in verſ. &
generaliter, ff.de excep.rei iudi.Bart.in l.2.§.
num.5.ff.de ui bono.rapt.idem Bart.in d.l.ſi quis
cum totum §.fin.& in d.l.& an eandem §.1.ff.
de excep.rei Iudi.Rima.Iun.porta Cin. Bald. Al-
be.Cur.& alios in cons.413.num.8.Fel.in capit.
pen.num.6.de re iudi.Petr.Surd.in d.conſi.314.
num.9.Lana.in d.conſil.34.num.16.& in cons.
65.num.7.& Rui.in conſi.524.in fin.vol.5.* Ea
dem enim dicitur cauſa, ſaltem interpreta-
tiuè,dum eodem Iure reſultante ex priuile-
gijs , nunc agitur , quod tunc contendebat
Senatus ſibi competere, vt poſt *gloſ.quam
citat tradit Surd.in d.cons.312.num.25. in fin.*
20 Secundo reſultat,eſto quod nõ eſſet de me-
dio res iudicata , quod ſaltem ex ſola illa
collatione tunc facta per ſuam excellen-
tiam in perſonam d. de Pellegrino, fuit de-
rogatum, priuilegijs (ſi quæ habet Meſſa-
na) per actum in contrarium, itaquod ho
die non merentur allegari in hac facti ſpe-
cie *Bart.in l.vſum aquæ, C.de aque. lib.11. Ce-
phal.in cons.451.num.28.& in cons.549.num.
17.& 18.vol.4.Decian.in conſi.22.numer.21.
vol.2.Riminal.Iun.in conſil.659.num.59.lib.6.*
21 Exploratum enim eſt apud omnes, priui-
legia per actum incontrarium amitti , *cap.
ſi de terra, vbi gloſ.& DD. extra de priuile.cap.
cum acceſſiſſent, & ibid.paſſim Cano.de conſti.l.
2.ubi DD.C.de iur.domi.impet.Alex.in cons. 33.
num.2.vol.5.Hyppo.de Marſ.in Rub. de fideius.
num.335.Bart.loquens de priuilegio immunitatis
in l.p.C.de his, qui his, qui ſpon.mun.ſub.lib.10.
Gozad.in cons.23.num.7.Oſaſ.decis.91.num.5.
Menoch.lib.6.prę̃s.41.num.3.Ioan.Vin.de An-
na in alleg.11.num.16.& Reg.Tapp.in l.fin. in
2.par.cap. 2.in prin.ff. de conſti. princ.* Tertio,
& vltimo expremiſſa facti ſerie reſultat
quædam quaſi poſſeſſio in perſonam Pro-
regis, eligendi officialem in locum remoti,
22 quæ quaſi poſſeſſio videtur acquiſita ex eo
ſolo actu electionis factæ in perſonam d.de
Pellegrino, iuxta tradita a *Cuno.in cap. cum
ecclesia dotrina , vbi Abb.num.23.& ibid. late
Rip.num.52.cum ſeq.decau.proſ.& proprie.Bar.
in l.ſiciati,§.ſed & ſi num.3.ff.ſi ſerui Vendi. &
in l.1.§.hoc interdicto ff.de iti.act.priua.quem
ſequitur Cano.Rui.in conſi.100.ſub num.9.Vol.
5.Crau.in cons.124.num.7.volu.1.Menochi.in
cons.126.num.6.& in conſil.902.nume.78.&*
23 *948.num.23.* loquens , de quaſi poſſeſſione
viſitandi , quæ per vnicum actum acqui-
ritur, & de quaſi poſſeſſione iuris patrona-
tus, quæ acquiritur ex vnico actu preſen-
tationis ſequuta inſtitutione , *Oldra. in
cons.312.Alex.in cons.74.col.3.in fin. volu.3.
Deci. poſt alios , quos citat , in conſil.117.col.2.
verſ.quod autem, & in cons.124.nu.1.& conſi.
234.col.1.Roc.de Cur.de iure pat.in verb.com-
petens.num,29.& ſeq.Crau. cons.32.col.5.verſ.
ſeptimo. latè Rip.*loquens de quaſi poſſeſſio-
ne eligendi, & preſentandi *in d.cap.eccleſia,
nu.91.*

Digitized by Google

*num.91.*vbi teſtatur de communi, *Rui. in cons.50. in princ. vol.5. Roland. in cons.47. num. 26. cum ſeq. vol.1. Menoch. in cons.90. nu. 117.* de quaſi poſſeſſione conferendi, quæ vnico actu acquiritur, poſt *Anto. de Rut. Pet. d. Anch. & Imo. in cap. cum olim de cau. poſſ. & prop. & alios quos citat, atteſtatur Monald. in cons. 105. num.1. vol.1.* prout de quaſi poſſeſſione collectandi, tradit idem *Monald. in cons.11.*
24 *num.2. eod. volum.* Vnde, data hac quaſi poſſeſſione, affirmare oportet, quod electio, ſeu collatio facta in hac facti ſpecie ab excellentiſſ. Prorege, debet attendi, vti facta ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione eligendi, vel conferendi, *ad tex. in cap. conſultationibus, & cap. ex literis de iure pat. cap. querelam, de elect. & d. cap. cum olim. de cau. poſſ. & propr.* ex quibus colligitur, quod preſentatio, ſeu electio facta ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione, prefertur preſentationi, ſeu electioni factæ à proprietario, *Inno. in capit. in literis, de reſti. ſpoli. & in cap. Cumana de elect. Abb. & alij in d. capi. conſultationibus, nume.9. de iure pat. Rui. in d. cons.50. num.2. vol.5. Alex. in d. cons.74. Vol.4. Roland. in d. conſil.47. num. 28. & 29. volum.1.* vbi poſt *Rot. & Crau.* inquit, quod illa collatio prefertur, quæ eſt facta ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione conferendi, licet ius ipſum ad alium pertineat,
25 Hinc eſt, quod electus ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione, non debet amoueri etiam ſi inde conſtat electionem ad alium pertinere, vt tradunt *Cano. poſt glos. in d. cap. ex literis, in d. cap. conſultationibus de Iurepat. Abb. in d. c. Cumana, col.3. verſ. Proclariori, de elect. Oldr. in d. cons.312. Calca. in cons.100. nu.13. verſ. quin imo Bero. in d. cap. ex literis in 2. notab. num.11. Roc. de Cur. de Iurepat. in verb. competens, quaſt.15.* cum concordantibus, quos ſciens pretereo, exquibus omnibus, prima facie, videtur quod electio facta à Prorege iuſtificatur, & per conſequens illa debet preualere.

SVMMARIVM

26 *Princeps in dubio preſumitur vti poteſtate legibus ordinata.*
27 *Officialium electio pro adminiſtratione rerum publicarum ciuitatis, ſpectat ad Decuriones, & num. ſeq. & 62.*
28 *Ciuitatis conſilium eligit officiales, & Syndicum.*
29 *Officialium ciuitatis electio, debet fieri de his, qui ſunt de corpore ciuitatis, non de exteris.*
30 *Meſſanenſis Senatus ex priuilegio confert officia d. ciuitatis.*
31 *Verbis eſt inſeruiendum inqualibet diſpoſitione, à quibus non licet recedere.*
32 *Priuilegia, cuiq; ſeruari debent.*
33 *Priuilegia conformi iuri communi, dicuntur beneficia, & latam habent interpretationem.*
Idem in priuilegio, contra ius, conceſſo, tamen, iure communi, ſuadente, ibid.
34 *Priuilegia conceſſa ex cauſa meritorum, ſunt fauorabilia, & late interpretantur.*
Immunitatis priuilegium conceſſum ex cauſa meritorum, quia eſt ſecundum ius commune latè interpretatur, ibid.
35 *Priuilegia, vbi non agitur de preiudicio tertij, latam habent interpretationem, quo ad concecedentem.*
36 *Principis liberalitas non debet freno ſubiacere.*
37 *Conferendi auctoritas ſi cui conceditur, intelligitur de officio, ſeu beneficio vacante.*
38 *Vacationis appellatione, continetur omnis vacandi modus, etiam in materia penali.*
Vacare dicitur beneficium per mortem, renuntiationem, & per priuationem, ibid.
39 *Reſcripta gratiæ, ſunt odioſa propter ambitionem,*
Beneficium impetrans vti vacans, non expreſſo vacandi modo, illud obtinet quocumq; modo vacet, ibid.
40 *Expectatiua de beneficio vacaturo, comprehendit omnem vacandi modum.*
41 *Vacare dicitur officium, ſeu beneficium per priuationem officialis, ſeu beneficiati.*
42 *Officialis, ſi fuerit ob culpam priuatus, electio ſucceſſoris deuoluitur ad electores, nec ſpectat ad iudicem remouentem, & num.75. & ipſo iure deuoluitur, ibid.*
Electio imperatoris depoſiti ſpectat ad electorem, non ad Papam deponentem ibid.
Patroni habentes ius preſentandi in eccleſia vacante, preſentant, etiam in caſu, in quo eccleſia vacat per depoſitionem beneficiati, ibid.
43 *Liberè, vel liberum, verbum hoc, quid importat,*
44 *Electio Rom. Pontificis ſpectat ad Cardinales, etiam in caſu depoſitionis.*
45 *Obſeruantia ſubſequuta, tollit omne dubium,*
Diſpoſitio qualibet declaratur per ſubſequutam obſeruantiam. ibid.
46 *Priuilegia, & ſtatuta declarantur ex ſubſequuta obſeruantia,*
47 *Conſuetudo interpretatiua inducitur ex vnico actu, nec indiget preſcriptione.*
Sententia fertur ſecundum conſuetudinem interpretatiuam, ibid.
48 *Delegatus procedens vigore delegationis, dicitur non iure proprio, ſed alieno procedere,*

49 Or-

Digitized by Google

49 *Ordinarius dicitur, non delegatus, quando aliquid committitur alicui, quod ſpectat ad illius ordinariam iuriſdictionem, etiam ſi commiſſio ſit per verbum mandamus vide num. 51.*
Iuriſdictio dicitur excitari, quando à ſuperiore committitur illud, quod alias ex ordinaria iuriſdictione competit, ibid.
50 *Mandatum ſuperioris priuantis officialem, vt electores eligant ſucceſſorem, ſtat per modum licentiæ,*
51 *Iudex ordinarius efficitur delegatus, licet committatur aliquid ſuæ ordinariæ iuriſdictionis, quando delegans mandat, vt ille procedat, vice, vel auctoritate ſua.*
52 *Princeps id cogitare preſumitur, quod eſt de iure.*
Mens Principis talis eſt, qualis de iure eſſe debet, ibid.
53 *Princeps preſumitur iuſticia plenus,*
Verba interpretantur ſecundum ſubiectam materiam,
55 *Veriſimile non eſt, quod habens facultatem eligendi, illam velit alteridelegare.*
Veriſimile quod non eſt, habet falſitatis imaginem, ibid.
56 *Iudex non debet porrigere aures in eo, quod non eſt veriſimile,*
57 *Actus tendens contra ius, & Priuilegia Meſſanę non meretur executionem, ſed debet per iuſticiam moderari,*

VErum, re ipſa diligentiori ſtudio
per penſa, contrarium de iure ve-
tius eſſe arbitror, quod imo ele-
ctio facta per Senatum in perſo-
nam Don Gaſparis d'Auerna, non obſtan-
te electione Proregis, debet omnino at-
tendi, ex quo ad Senatum non ad Prore-
gem, hæc ſpectat facultas eligendi, Nec in
re iſta ſacrilegum erit de Principis poteſta-
26 te diſputare, dum de auctoritate legibus or-
dinata queritur, quam in dubio vti volu-
iſſe preſumitur vt inquit *Inno. in cap. innotuit*
ſub num. 5. de elect. & in cap. innouamus ſub. nu.
6. de cenſib. Bald. in l. ſi teſtamentum, num. 1. &
ibi Paul. de Cas. num. 2. C. de teſta. milit. Roland.
in cons. 86. numer. 18. vol. 1. Bero. in cap. que ec-
cleſiarum, num. 135. de Conſti. Alex. in l. centu-
rio num. 30. ff. de vul. & pupil. ſubſt. Boſſ. in tit.
de Princi. num. 193. Menoch. alios citans lib. 2.
preſu. 12. num. 1. & Rodol. de abſo. prim. poteſt.
cap. 3. num. 1.
Primo igitur pro hac veritate conſidero,
quod ius commune pro electione Senatus
ſummopere ſuffragatur, quo attento, iſtius
officialis electio ſpectat ad Iuratos, nam
officium credenzerij Regij Campi victua-
lium d. Vrbis, de quo hodie quæritur, eſt
ſuppoſitum Senatui, & ad eum ſpectat an-
notare frumenta, farinas legumina, aliaq;
his ſimilia intrantia in d. Vrbe illiuſq; ter-
ritorio, & hoc pro recta adiminiſtratione
rerum publicarum pertinentium ad abun-
27 dantiam Meſſanę, quorum officialium e-
lectio de iure communi ſpectat ad Decurio-
nes ciuitatis, *ad tex. in l. 2. ff. admini. l. 1. §. ſo-*
lent, ff. quand. appel. ſit, per quæ iura, ſic atteſta-
tur Bar. in l. 2. §. qui pueros ff. de uaca. & excu-
mune. idem Bar. per illum tex. in l. obſeruare, nu.
10. & ibid. Angel. C. de decu. libe. 11. qui no-
28 tat, quod ad concilium ciuitatis ſpectat
facere electionem de officialibus, & Syndi-
cis, vt latè *Rebuf. ibid.* diſtinguendo proſe-
quitur, & per eumdem *tex.* & per alia iu-
ra, quæ allegat, idem affirmat *Luc. de pen.*
in ead. rub. C. de decur. vers. Ad hoc etiam ſpectat
glos. in l. ita demum, in verb. actorem, & ibi Bar.
ff. ad trebellia. glos. in l. procuratores, C. de decur.
glos. Bart. & Angel. in rub. C. de admi. rer. publi.
lib. 11. conſtat. ex traditis à Franc. Marc. in decis.
779. & in decis. 800. in p. par. Vinc. de Fran. in
decis. 100. num. 1. & in decis. 164. Capiblan. in
trac. de aucto. Baro. pragma. 10. num. 44. cum
ſeq. Nicol. Loſe. in trac. de iur. vniuerſ. in pr. par.
29 *enp. 8. num. 53. cum ſeq.* vbi ſudit poſt *glos. &*
Pau. de Cas. quos citat, talem electionem fie-
ri debere de his, qui ſunt de corpore vni-
uerſitatis, non de exteris prout ſeruatur
Meſſanæ, quæ ciues ſuos non exteros ad eiuſ
modi officia eligere, & admittere ſolet
ſecundum leges, & conſuetudinem loci,
ad tex. in l. pen. C. de iur. fiſ. lib. 11. Fran. Marc. in
decis. 800. num. 3. in p. par.
30 Secundo conſidero, quod pro electione
præmiſſa ſuffragantur priuilegia Meſſanæ,
quorum vigore auctoritas conferendi offi-
cium iſtud ad ſenatum, ſeu Iuratos ſpe-
ctauit & ſpectat, quod expreſſe legitur in
Priuilegio Regis Alfonſi conceſſo in anno
1421. in quo cauetur, quod Iurati habeant
conferre officia ſalariata d. ciuitatis, inter
quæ credenzeriorum officia enumeran-
tur ſpecialiter in eodem priuilegio, quod
idem Rex in anno 1431. confirmauit, vo-
lens, conceſſionē de dictis officijs, quæ Iura-
ti, cōferre poſſūt, vigore d. primi priuilegij,
per eoſdem Iuratos fieri, iuxta ſeriem pri-
uilegij predicti, Vnde ſi verbis priuilegio-
31 rum eſt in ſeruiendum, aquibus recedere
non licet, *l. non aliter ff. de leg. 3. l. 2. §. is na-*
uem ff. de exerc. Roland. in cons. 61. num. 30. vol.
3. latè Tiraq; in l. ſi vnquam in verb. libertis. C.
de reuo.

de reuo.donat & Petr.Surd.de alim.tit.2.queſt.
2.num. 10. Sumus in claris, quod facultas
conferēdi hoc officium ſpectat ad Iuratos,
adeo quod in dubium illa reuocari non-
bet *l.ille aut ille §. cum verbis ff. leg.3. l.conti-*
nuus, §. cum ita, ff.de Verb. obligat. Soci. Iun.
cons.3.num.36.vol.1.& in cons.160.num.47.
32 *vol.2.* Qua de re, ſi ita ſe habent predicta,
nullum ius paritur, illa per electionem fa-
ctam ab excellentiſſ. dño Protege violari,
cap.1.& ibi glos.25.quaeſt.2. eſt enim genera-
le, cuique eſſe ſeruanda priuilegia, *cap. di-*
lecti filij in fin.cap.porrò, cap.accepimus, & c.
quanto, cum ſimilib.extra.de priuileg. Surd. ar-
guens de lege communi ad piruilegia *in*
cons.419.num.20.vol.3.

Tertio conſidero, quod premiſſa priui-
legia, quorum vigore auctoritas conferen-
di hęc officia, ſpectar ad Iuraros, debent la-
33 tè interpretari, Mouet quia talia priuilegia
ſunt conformia iuri communi, vt ex alle-
gatis in prima conſideratione patet, & i-
deo perdunt nomen priuilegij, & beneficia
appellantur, vnde latiſſimam recipiunt in-
terpretationem, *ad tex.in l.fin.ff.de conſti.*
princip.cap.cum dilecti, de donat.cap.quia circa,
de priuil. & cap.olim, de verb.ſignif.latè Fel.in
cap.cauſam quae de reſcrip.Reg.Tapp.in d.rub.ff.
de conſ.prin.cap.7.num.1.Surd.in cons.140.ſub.
num.70.verſ.ſecundo.vol.1. Abb.in fortioribus
terminis, in cap.tua nobis num.3.ff.de verb.ſi-
gn. qui loquens poſt Anton. de But. de priuile
gio contra ius commune, inquit, quod la-
tè interpretatur, ſi ramen, iure communi
ſuadente, conceditur, quod refert, & ſe-
quitur *Tapp.in d.rub.de conſtit.prin. cap.6.nu.*
10. Et in terminis noſtris Multo magis lar-
34 ga fit interpretario, quia priuilegia Meſſa-
nae, ex cauſa meritorum proceſſerunt, vnde
ſunt fauorabilia, & latè interpretari opor-
tet, *Alex.in l.3.in prin.ff.quod quiſq; iur. Abb.*
in cons.30.num.30.vol.2.Soci.Iun.in cons.37.
num.18.vol.1.& in cons.102.num.20. vol.2.
Dec.in cons.193.num.7.Goz.ad.cons.8.num.28.
Rui.in cons.38.col.2.lib.1.Paris.in cons.20.col.
1.vol.1.Surd.in d. cons.140. num.77.& in d.
cons.419.num.20.& Becc.in conſi.140.nume.
10.vol.2. Et ideo de immunitatis priuile-
gio, ex cauſa meritorum conceſſo, quod la-
tè in terpretatur tradit *Alex. in conſil. 160.*
ſub num.6.vol.2.Soci.in cons.84.num.12.vol.
3.Soci.iun.in d.cons.37.& in d.cons.102.feſta.
de colle.in 4.par.cap.8.num.25.& Decian.in
35 *cons.51.nu.27.vol.3.* Mouet etiam prolata
interpreratione priuilegiorum, de quibus
quaeritur: quia conceſſio facta Senatui de
conferendis officijs, non tendit in prejudi-
cium tertij, quo caſu, etiam in terminis pu-
ri priuilegij fit lata interpretatio contra
concedentem, quando priuilegium ſolius
concedentis concernit intereſſe, *ad tex.in l.*
ſi quando, C.de bon.vaca.lib.10.cap.ex parte
el p.de verb. Signif. Inno.in d. cap. cum dilecti,
de donat. Hyppo.de Mars.in ſingul.483. Gram.
decis.49.num.55.Bert.in cons.7.num.2.Vol.3.
Hicon.qui alios citat in rub.ff.ſolu. matri.numer.
119.Hoſti.& Ioann.And.in cap.quia circa, &
ibid. Abb. num.3. de priui. qui ait, quod id,
quod dicitur priuilegium ſtrictè interpre-
tari, procedit, niſi preiudicet concedenti
tantum, quia tunc cenſetur beneficium, &
recipit laram intrepretationem, *Surd. qui*
horum meminit, in d.cons.140.num.73.& 74.
vol.1. qua ratione, priuilegium de confe-
rēdis officijs latè interpretari indiuiduali-
ter voluit *Barbos.in l.diuortio §.quod in anno*
nu.17.ff.ſolu.matri. qui tenet, quod auctori-
tas conferendi officia ciuitaris alicui con-
ceſſa, latè intelligitur, ita vt veniant offi-
cia, & etiam creara poſt conceſſionem, vn-
de in propoſito, priuilegia, d. quibus agi-
tur large debent intelligi, vt comprehen-
dunt omem caſum vacations, ne alias Prin-
36 cipis liberalitas freno ſubiaceat, quod eſt
ab ſurdum, *l.pen.C.de don.int.vir.er vxo.l.ſan-*
cimus §. exceptis, C.de donat.& l.cum multa,
C.de boniſquae lib.

Quarto ad confirmationem premiſſae
conſiderationis, quod auctoritas conferen-
di hęc officia conceſſa Iuratis, intelliga-
tur largè, & in omni caſu vacationis con-
ſidero ſuaderi poſſe ex d. priuilegio Regis
Alfonſi, conceſſo primo loco in anno 1421.
vbi datur auctoritas Iuratis conferendi hęc
37 officia, quae de iure intelligitur conceſſa in
caſu, in quo officia ipſa vacare contingerit,
ad tex.in cap.1.cap.2.cap.ex tenore, & cap.fin.
vbi Cano.de conces.praeben.cap.de teſtande, &
cap.captatione cod.tit.lib.6. c.illud de iurepatro.
& cap.conſtitutus de praebe.ad tradita per Roma.
in cons.465.incip.Iure preſenti, Roc.de Curt. de
iurepat.in verb.Honorificum, Iamb.de Iure patro.
in p.par.2.lib.in p.& 19.arti.6. quaeſt.principi.
Fran.Marc.decis.1161.num.2.in p.par. Vnde
datur intelligi, quod in dicto priuilegio
conceditur facultas conferendi dicta offi-
cia in omni caſu vacationis, ex quo de pro-
prietate verbi, vacationis appellatione,
venit omnis vacatio, ſeu vacationis caſus,
glos.in cap.ſi propter, in verb.vacabunt, de re-
ſcrip.in 6.glos.in cap.cupientes, in verb.vacan-
tibus, & in cap.quia ſaepe, in verb.vacat. de
praeb.

præb. eod.lib. & ſenſit gloſ.in cap.2. in verb.re-
nunciet, de renunc.in eod.lib.6. Felin.in cap.licet
vndique, ſub num. 2. de offi.deleg.& in cap.ad
petitionem, ſub.1.notab.de accus. Et ideo va-
care dicitur beneficium, non ſolum per mor-
tem, ſed per renunciationem, vel depoſi-
tionem, gloſ.in cap.deteſtanda, in verb.facul-
tas de conceſ. præb.in 6.adeo quod hoc ver-
bum vacatio, vbi nullus modus vacatio-
nis exprimitur in diſpoſitione, comprehen
dit omnem vacationis caſum, etiam in
materia pœnali, vt not.Fran.in cap.ſuſceptum,
num.3.de reſcrip.in 6.Staph.de lit.gra.in tit.de-
uar.mod.vaca.num.6. Felin.in d.cap.ad petitio-
nem.de accus.gloſ.in clem.pri. in verb.quamuis,
depræbe.Lap.in alleg.6. Felin.alios citans; in d.
cap.in noſtra, num.37.de reſcrip.Selu.de Benefi.
in 3.par.quæſt.12.num.21.Menoch.de arbi.iudi.
cas.201.nu.100.& Flami.Pari. qui teſtatur de
communi, in tract.de renunc.benef.lib.12.capit.
39 14.num.24.Et in odioſis, qualia ſunt reſcri
pta ad beneficia, propter ambitionem, vt
tradit Dec.in cap.ſuper.literis de reſcript.Meno-
ch.in d.cas.201.numer.6.& Garz.in d.par. 11.
cap.1.num.84.ſi in ſupplicatione fit mentio
de vacatione ſimpliciter, non expreſſo va-
candi modo, comprehenditur omnis ca-
ſus vacandi, vnde impetrans beneficium
vt vacans, illud obtinet quocunque modo
vacet, vt notab. tradit Bald.in l.ſiquis ſic ſti-
pulatus ff.ſolu. matri. a quo non audet, licet
inuitis dentibus recedere Barb.in d.cons.82.
col.fin.vers. non obſtat vol.4.& voluit Rebuf.
in repet.c.nulla,el 2.in 6.Premiſ.de conceſ. præb.
lib.6.& Mendo.in addi.ad Lap.in d.alleg.6.nu.
40 5.lit.k. ſic etiam de expectatiua de Benefi
cio vacaturo, quæ comprehendit omnem
vacandi modum, tradit Mohed.decis. 10.de
præbe.quem refert, & ſequitur Garz. de be-
nef.in d.par.11.cap.1.numer.3. cum ſeq.tom.2.
ex quibus inferendo ad rem noſtram facul-
tas conceſſa Iuratis conferendi hæc officia
locum habet, etiam in caſu, in quo offi-
41 cialis deponitur, ſeu priuatur, ex quo per
priuationem officium, ſeu beneficium dici-
tur vacare, cap.ſi Papa, 46.diſt.cap.ex geſtis,
de cler.non reſid.cap.ex literis, & cap.grauem
de exces.prelat.& cap.1.cum ſimil.de ſchiſmat.
in 6. Rebuf.in prax.benef.in tit. requiſ. ad colla.
bonitu.11.Staph.de lit.grac. in tit.de var. modi
vaca.Pani.de potes.cap.ſed.vac.in Vlti.prelud.
& Lamber.de iurepat.in pri.par.2.lib.in 8.arti.
6.quæſt.prin.
42 Quinto iuxta prædicta magis intermi-
nis conſidero, quod quando alicui com-
potit auctoritas eligendi, ſeu conferendi
facultas aliquod officium, ſeu beneficium,
ſiquidem officialis ſeu beneficiatus depo-
nitur, ſeu priuatur, collatio, ſeu electio
ſucceſſoris, ſpectat ad eum, qui habet ius
eligendi, ſeu conferendi, non ad iudicem
deponentem, Hinc eſt, quod depoſito Im-
peratore, electio ſucceſſoris in Imperio, ad
electores, non ad Romanum Pontificem
deponentem deuoluitur, cap. ad Apoſtolicæ
in fin.& ibi gloſ.in verb.eligunt.de re iud.lib.6.
vbi Inno.4.ex varijs capitibus depoſuit Fe-
dericum, & electio fit per electores Impe-
rij, qui liberè, (dicit tex.) eligant ſucceſ-
ſorem, vnde not. ibi gloſ. quod Papa non
poteſt eligere, niſi in contumaciam electo-
rum, Peregr. de Iur.fiſ.lib.1.tit.2.numer.15.
Hinc eſt etiam, quod depoſito Prelato, ius
eligendi ſucceſſorem in locum remoti ſpe-
ctat ad collegium, non ad Iudicem depo-
nentem ad tex.in d.cap.ad petitionem, de ac-
cus.vbi collegiũ fratrum loralium, eligit
ſucceſſorem in locum Abbatis remoti, per
quem tex.not.ibi Abb. in 3.not. Ioan. de Ana.
num.1.Aret.ſub nu.7.& Felin.in p.notab.quod
ad collegium ſpectat electio, non ſolum va-
cante eccleſia per mortem Prelati, ſed e-
tiam per priuationem iudicialiter factam,
Marian.Socin.ibid. qui licet non videtur fir-
mare pedes quo ad electienem Romani
Pontificis depoſiti a conſilio, tamen quo
ad inferiores depoſitos hoc firmat cũ alijs,
vt eorum electio ad eos ſpectet, qui ius eli-
gendi habent, prout de patronis habenti-
bus ius patronatus, qui preſentant, etiam
vbi eccleſia vacat per priuationem Cappel
lani, vt tradit Lambe.de iurepat.in d. 8.arti.
6.quæſt.prim.in p.par. 2. lib.& ſecundum Felin.
in d.cap.ad Petitionem in 2.not.talis poteſtas
eligendi, amoto Prelato per ſententiam,
ipſo iure, devoluitur ad electores, pro qua
re pondero illa iura in d.capit.ad apoſtolica,
& d. cap. ad petitionem, quæ vtuntur verbo
43 libere, illud importat, vt abſolutè abſq;
conſenſu, & auctoritate alterius, eligendi
competat facultas; ad tradita per Abba.
& alios in cap.de multa de præbe. Soci.in conſil.
13.in fin.vol.1.Deci.cons.355.num.4. & cons.
360.num.5.Paris.cons.26.num. 26.volu.4.&
Menoch.in conſi.192.numer.9.& de arb.lib.1.
44 quæſt.7.num.33.cum ſeq. Et hæc conſidera-
tio confirmatur ex eo, quod verius tradi-
tur de Romano Pontifice depoſito à con-
cilio, quo caſu auctoritas eligendi ſucceſ-
ſorem, non ad concilium ſpectat, ſed ad
collegium Cardinalium, gloſ.in clem.ne Ro-
mani §.ſane, de elect.ad tex.in cap.inquiſitionis,
§.ad

Digitized by Google

c. ad petitionẽ, vbi hoc colligit, *Abb. & Felin. de accus.* qđ latè diſputando probauit. *Abb.*
in queſt. 1 incip. Epiſcopus nu. 36. Felin. in d. ca.
licet Vndiq; ſub num. 2. de offi. deleg. idq; ſentit
idem *Felin. in d. cap. ad petitionem*, vbi *Aret.*
hoc expreſſè tenet & Franc. Mar. in queſt. 940.
num. 4. in p. part. Peregr. de Iurefis. lib. 1 tit. 2.
num. 16. Et pondera quod illud in terminis
fortioribus procedit, nempe iura, quæ tri-
buunt Cardinalibus facultatem eligendi
Sum. Pontificem, loquuntur de caſu mor-
tis, & tamen illa locum habet quomodo
cumque vacet Sedes, etiam per depoſitio-
nem; vt ſenſit *glos. in d. clem. Ne Romani, in*
verb. Moriente de electio. & præcitati tradit Do-
ct. ex eo adducti, quia mors ciuilis, equi-
paratur naturali, vbi in caſu occurrẽti ope-
rantur eqnaliter, vt tradunt *Anto. de But.*
Imol. & Felin. in dict. capit. licet vndique, cum
concordan. citandis inferius numer. 87. Vnde
multo magis hęc conſideratio locum ha-
bet in terminis noſtris in quibus auctori-
tas eligendi ſimpliciter, et indefinite com-
petit in caſu vacationis, non expreſſo va-
cationis modo, vt dictum eſt in 4. conſid.
& clarius patebit inferius in reſponſione 5.
funda; quapropter veniunt ſub diſpoſitio-
ne omnes caſus vacationis, *vt ſup. dictum eſt*
num. 38. cum duobus ſeq.

Sexto, & vltimo conſidero pro electione
Senatus ſuffragari quod aliàs fuit ſerua-
tum in facto Bartholomæi Bonaiuto de-
tempsoris librorum Patrimonij dic. Vrbis
Meſſanæ, qui cum fuiſſet per excellentiam
Proregis tunc in Regno exiſtentis prefato
officio priuatus ad relationem Regij Patri-
monij ſub die 10. Septembris 1569. Sena-
tus, ſeu Iurati tunc temporis, ſtante priua-
tione predicta, elegerunt Ioann. Petrum de
Balſamo, vt patet per prouiſionẽ Senato-
riam eodem die factam, vnde reſultat que-
dam cõſuetudo interpretatiua prefatorum
Priuilegiorum, per quam auctoritas con-
ferendi officia in eis collata (eſto, quod du-
bitaretur, an vendicent ſibi locum in ca-
ſu priuationis officialium) declaratur pro-
cedere in caſu, vbi officialis ab officio de-
ponitur ſeu priuatur; quia obſeruantia
45 ſub ſequuta tollit omne dubium *Bart. in*
l. miſſi opinatores numer. 14. C. de exact. lib.
10. Oſas. decis. 136. numer. 4. eſt enim genera-
le, quod quælibet diſpoſitio declaratur
per ſubſequutam obſeruantiam, *capit. cum*
veniſſent vbi Antò. de But. num. 12. & 21. &
Imol. num. 19. de inſti. Bar. cons. 59. nu. 3. Corn.
in cons. 288. num. 10. Vol. 4. Crau. in cons. 294.
ſub num. 8. vers. vigeſimo primo, vol. 2. Natt.
in cons. 498. num. 28. Berò. in cons. 91. num. 10.
vol. 1. Decian. in cons. 44. num. 28. & 115. vol.
4. Menoch. in cons. 104. nu. 13. & in cons. 341.
num. 23. vol. 4. latè Becc. in cons. 101. num. 49.
46 *Vol. 1. & Ioseph. Lodo. in conclus. 38.* Et in ſpe-
cie ſubſequuta obſeruantia declarat ſtatu-
ta, & priuilegia, *Aret. in cons. 11. colum. 3.*
verſ. ſed limita, Corn. in cons. 193. num. 10. vol.
2. Lodou. in d. conclus. 38. nu. 17. Menoc. in conſ.
47 *276. num. 19. & alibi, vt citat Honded. in conſ.*
92. num. 28. vol. 1. Et licet ille actus ſit vni-
cus ſufficit tamen pro conſuetudine in-
terpretatiua; quæ ex vnico actu induci-
tur, nec indiget preſcriptione, *Pet. Reſta de*
conſue. num. 177. Dec. in cons. 48. col. 1. & in
cons. 441. num. 13. Alex. in cons. 8. num. 7. volu.
6. Crau. in cons. 101. in fin. & in cons. 201. num.
12, cum aliis adductis à Franc. Becc. in d. cons.
101. num. 50. quibus accedit *Menoch. de arbi.*
cas. 83. nu. 10. & Apont. in cons. 51. nu. 28. &
29. vnde illam eſſe amplectendam in ſen-
tentijs proferendis tradunt *Cano. in capit. 1.*
preſertim. Dec. num. mihi 22. de conſti.

Nec conſiderationi premiſſæ refragatur,
quod ex aduerſo traditur, quod electio fa-
cta per Senatum in ea facti ſpecie fuit cele-
brata de mandato Proregis, qui in eodem
actu priuationis d. de Bonaiuto, manda-
uit, quod Iurati faciant nouam electio-
nem, cuius mandati vigore Senatus tunc
48 elegit, vnde vti delegatus illam fecit ele-
ctionem, & ſic non Iure proprio, ſed alie-
no vice Viceregis delegantis, *ad tex. in l. 1.*
§. qui mandatum & l. & ſi pretor ff. de offi. eius.
l. ſolet. & l. & quia ff. de iur. omni. iudi. Doct. in
rub. ff. de offi. eius & Cano. in rub. de offi. deleg.
Nempe hoc tribus modis diluitur. Primo
ex eo quod cum facultas eligendi etiam
in caſu priuationis, tum iure communi,
tum etiam attentis priuilegijs ſpectat ad
Iuratos, vt *ſup. probatum eſt in 4. & 5. conſid.*
vtique illa verba, quod Iurati eligant,
quia illud commiſerunt, quod ad Iuratos
ordinario iure ſpectabat, fuerunt nõ colla-
tiua, ſed excitatiua auctoritatis Senatoriæ,
quæ ipſo iure ad Senatum fuit translata
per priuationem officialis, vti tradit *Fe-*
lin. in d. cap. ad petitionem, in 2. notab. extra. de
accus. & comprobatum eſt in *preced. conſid.*
49 vnde ſequitur, qđ illa noua electio cenſetur
facta potius iure ordinario, quam delega-
to, ad tradita per *Abb. & Cano. communi-*
ter in cap. licet in corrigendis, de offi. ordi. qui te-
nent, quod vbi aliquid committitur ali-
cui, quod ad illius ordinariam Iuriſdictio

nem ſpectat, tunc iuriſdictio excitatur &
talis dicitur ordinarius, non delegatus,
Paul.de Cas.in l.1.§. opus nouum.numer.12.ff.
de ope.nou.nunt.& in d.l.& ſi pretor.num.3.&
ibid.Purpu.numer.21.& Roma.ſub num.10.
ff.de offi.eius Ange.& Ias.in l. ius autem ciuile,
ille num.6.iſte num.2.ff.de ius.& iur.Roma.in
cons.285.num.2.vers.nec refragatur, Menoch.
lib.2.praſu.16.num.24.& alij, quos citat Ro-
dol.in trac.quib.mod.ordi.effi.dele.ſub.nu.3.verſ.
ſecus, quod vendicat ſibi locum etiam ſi
commiſſio fiat per verbum mandamus, *Mat*
thes.in ſing.89.Purpu.in l.more maiorum,num.
134.& ibid.Ioan.batt.de ſan.ſeue ſub.num.12.
& Soci.ſub num.24.ff.de iur.omn.iud.& Rodol.
50 *vbi ſup.num.31.& 33.* Secundo illud dilui-
tur ex eo, quod illa verba, quod Iurati eli-
gant, non important commiſſionem, ſed
quandam licentiam, quam iudex priuans
officialē debet dare electoribus, vt eligant
ſucceſſorem in locum remoti, vt indiui-
dualiter tradit *Felin.in d.cap. ad petitionem*,
& facit tum ille tex. tum etiā *tex. in d. cap.*
ad Apoſtolicæ in fin. de re iudi. in 6. vbi iuris
latorū, facta priuatione, ſubdit vt hi, ad
quos ſpectat electio, eligant ſucceſſorem,
per que verba non delegat auctoritatem
eligendi, ſed potius declarat eſſe caſum e-
lectionis ſucceſſoris faciēdæ ab his ad quos
ſpectat electio, qua de re in his terminis e-
lectores eligunt iure proprio, licet excita-
to, vt ſentiunt omnes *in d.cap.ad petitionem*
ſuperius citati in 5. conſid. dum volunt, qđ ius
eligendi in locum remoti ſpectat ad electo
51 res, non ad iudicem remouentem. Itaquè
motiuum probabile eſſet aliquantulum, ſi
Prorex mandaſſet, vt Iurati eligerent vi-
ce, vel auctoritate ſua, per ea, quæ tradunt
Hoſti.in d.cap.licet incorrigendis ſub.num.8.&
ibid.Imo.& Abb.num.3.Bald.num.4.Imo.ſub.
num.9.Ioann.Andr.ſub numer.2.& Felin.eod.
num.qui tenent, quod per illa verba iudex
aliàs ordinarius, efficitur delegatus, *Rom.*
in cons.285.ſub num.2.& in l.1.§.ſi quis ſim-
pliciter ſub num.10.& ibi Alex.num.12.Cro.
ſub.num.7.& alij, ff.de Verb.oblig.Rodol. alios
citans in d.trac.quib.mod.ordi.effi.deleg.num.5.
At in ea facti ſpecie ſimpliciter hoc manda
uit Prorex, quo caſu, quia de iure excita-
re dicitur auctoritatem competentem, &
52 non committere, vt probauimus, ideo il-
lud (ſic mandando) quod de iure eſt, co-
gitaſſe preſumitur Princeps, *Bald.in capit.1.*
apud quem, vel apud quos, Roland.in cons.86.
num.58.vol.p.Menoc.in cons.411.num.15.&
cons.1156.nu.1.Tap.in rub.ff.de cons.prin.cap.
2.num.1. eſt enim hoc generale de mente
Principis, quæ talis eſſe præſumitur, qualis
de iure eſſe debet, *Ias.in l.cauſas, num.6.C.*
de tranſ.Calca.in cons.120.num.9.Gram.in conſ.
34.num.3.& cons.45.num.33.in crimi.Dec.in
cons.64.num.7.& cons.580.num.2.Gozad.in
53 *cons.101.num.10.* qua ratione Princeps, iu-
ſticia plenus preſumitur, vt cōgerit *Crau e.*
in cons.253.nu.4.vol.2.citatus à Menochi.in 2.
lib.preſu.10.num8. Nec ad rem facit, quod
in eo actu Prorex vtitur verbo denotante
54 mandatum, ad tradita *ſup.ſub num.49.* &
quidem verum eſt, quia illud interpreta-
tur ſecundum ſubiectam materiam, ita vt
licentiam, & non mandatum importet,
& excitare, non delegare, iuxta predicta,
videatur, *ad tex.in l.inſulam, ff.de pres.verb.*
l.ſi vno ff.loc.l.ſi ſtipulatus ff.de vſur.Bald.in l.
ſubtracto, C.de fur.Alex.in conſil.26.num.6.
vol.5.Soci.in cons.1.num.120.Vol.1.Natt.in
cons.416.num.3.Rolan.cons.39.num.9.vol.4.
Becc.in cons.88.num.12.cum. concord.volu.1.
55 Tertio, & vltimo illud diluitur ex eo, quod
non eſt veriſimile, quod ſi ad Proregem
tunc ſpectaſſet auctoritas eligendi, illam
voluiſſet abſolutè delegare Iuratis, *arg.l.*
cum de indebito ff.de prob.& l.qui vas, §.ve-
tare, ff.de fur. & ideo tanquam inueriſimi-
le, hoc affirmare, abſq; falſitatis imagine,
fieri non poteſt, vt poſt *Bald.& Ias.tradit*
Menoch.in cons.147.num.33. que dere a Iudi
56 ce, non ſunt aures porrigendæ, *Ancha.in*
cons.257.& Roland.alios citans, in conſil.11.
num.70.& 71.vol.3. quem conſiderare o-
portet quod veriſimile eſt in deprehenden
da veritate, *Aret.cons.9.col.2.et Crau.in conſ.*
61.num.9.Vol.1. Itaquæ ex premiſſis patet
quod in hac facti ſpecie ad Senatū, ſeu Iura
tos ſpectat eligendi auctoritas, quocum-
que modo iſtud officium vacet & ideo il-
lius electio debet attendi, non obſtante
57 electione facta à Prorege quæ vti tendens
contra ius, & priuilegia Meſſanæ, non me
retur executionem, ex priuilegio Regum
Roge. & Manfredi, mandantium, vt nun-
quam fiat mandatum, vel ſcriptura, quæ
ſit contra ius, ſtatuta, mores, vel priuile-
gia d. ciuitatis, & ſi fieri contingat, nulli
executioni demandētur, niſi per iuſticiam
moderentur.

S V M M A R I V M.

58 *Magiſtratum conſtitutio cum iuriſdictione ad iu-*
ſtitiam adminiſtrādam, de iure ſpectat a Prin
cipem, vel ad eum, cui Princeps concedit per
priui-

Digitized by Google

priuilegium, num. 63.

59 *Populus iuriſdictionem in Vnum Principem tranſtulit.*

Iuriſdictio qualibet, non confertur ab alio, niſi a Principe immediatè, vel mediatè, ibid.

60 *Iuriſdictionum fons, reſidet in pectoro Principis.*

62 *Regalia poteſt concedere princeps, quando conceſſio grauiter non lædit Principatum.*

63 *Iuriſdictionalia ex Principis priuilegio in alium transferuntur, illaq; tranſeunt per conceſſionem alicuius Caſtri, remiſſiuè.*

64 *Barones ex forma Priuilegiorum habentes iuriſdictionem in Caſtro, conſtituunt officiales ad iuſticiam adminiſtrandam, quinimo tenentur conſtituere.*

65 *Princeps, nõ intendit iuribus alterius pręiudicare.*

66 *Priuilegijs gracioſis, poteſt Princeps prolibito voluntatis derogare de poteſtate abſoluta, at ſecus depoteſtate ordinata.*

67 *Feudi conceſſio gratioſa, non poteſt depoteſtate ordinata reuocari à Principe abſq; cauſa, at ſecus depoteſtate abſoluta.*

68 *Rex in vrbe Meſſanæ, non vtitur poteſtate abſoluta.*

Priuilegia ex cauſa meritorum tranſeunt in Vim contractus, & ſunt irreuocabilia, etiam ſi ſubdito fuerint conceſſa, ibid.

69 *Princeps efficaciter ex contractu obligatur, etiam ſi cum ſubdito contrahit, nec deplenitudine poteſtatis poteſt contrauenire.*

70 *Iuriſdictio conceſſa in officium, cumulatiuè, non abdicatiuè, dicitur conceſſa.*

Quid ſi conceditur in titulum feudi, vel allodij, ibid.

71 *Priuilegium ſi concurrit cum Iure communi, interpretatur, vt aliquid addat, ne ſit inutile,*

Idem in ſtatuto, ibid.

72 *Gloſa, nec coniecturis indigemus, in claris.*

73 *Iuriſdictio, accumulatiuè, vel abdicatiuè ſit conceſſa, in primis tenor conceſſionis attenditur.*

75 *Electus, ſi fuerit indignus, & ob crimem remotus, electores iterum eligunt ſi ignoranter indignum elirgerunt, ſecus ſi ſcienter.*

76 *Ignorantia in dubio præſumitur.*

77 *Bonus, quis libet preſumitur.*

SEd quia omnis difficultas in hac facti ſpecie conſiſtere videtur in reſulutione eorum, quæ deducta ſunt pro alia parte, ideo ad Solutionem deuenio, vtilis reſolutis, clarius pateat, Senatum pro ſua electione ius, & iuſticiam fouere.

58 Primo non obſtat, quod electio officialium, de iure communi, ſpectat ad Principem, per ea, quæ *ſup. num. 2.* allegantur, dum conſtituere officiales eſſe deregalibus probat *tex. in d. cap. 1. quæ ſunt regal. & trandunt And Afflic. Capic. & alij ibidem citati*, quod duobus modis diluitur. Primo quia illud procedit in officijs cum iuriſdictione, de quibus loquuntur intra & *Doct. precitati vbi ſup.* vt diſtinquendo tradit *Rebuf in d. l. obſeruare, C. de decur. lib. 12.* vnde Magiſtratuum conſtitutio cum iuriſdictione, eſt deregalibus, vt *in d. cap. 1. qui tex.* loquitur depoteſtate conſtituendorum magiſtratuum ad iuſticiam expediendam, & quidem ſecundum iuris communis terminos veriſſimum

59 eſt ex eo quod pupulus omnem iuriſdictionem in Principem tranſtulit, *ad tex. in l. 2. §. nouiſſimè, ff. de ori. iur. l. 1. ff. de conſt. princi. & §. ſed quod principi. Inſti. de iur. natu. l. 1. §. cum Vrbem, ff. de offi. præf. prat. l. 1. ff. ambit. l. p. in prin. C. de veter. iur. enucle. glos. de pac. conſti. in prin. in verb. criminalibus, & Fran. Mar. in decis. 187 in p. par.* & ideo quælibet iuriſdictio et minima cuislibet magiſtratus, conferri ab alio non poteſt, niſi a principe vel eius auctoritate mediata vel immediata, *Alex. in l. 1. num. 11. in fin. ff. de iuris. omn. iudi. & in l. imperium, num. 9. ff. eod. tit. Bald. in cap. 1. num. 2. deallod. & alibi, vt citat Borrel. de præſt. reg.*

60 *cap. 21. num. 14.* Nam in pectore Principis fons, eſt omnium iuriſdictionum, a quo fluunt, & refluunt, *Bald. in cap. 1. §. ad hec, num. 11. de pac. iur. firma. Curt. Iun. in cons. 157 num. 12. Pari. cons. 1. nu. 3. vol. 2. Alex. in cons. 24. vol. 5. Alber. Bru. inter cons. feu. in cons. 54. num. 6. Gram. decis. 46. num. 1. & vot. 28. num. 12. Capic. decis. 9. num. 15. Pet. de Grego. de conc. feud. in 2. par. queſt. 2. nu. 13. & in 7. par. queſt. 2. num. 17. Vinc. de Fran. in decis. 527. Peregr. de Iureſis. lib. 1. tit. 1. num. 10. Borrell. in d. cap. 21. num. 17. & Camil. de Cur. in p. par. diuers. iur. feud. in verſi. Poteſt. nu. 4. fol. 28. & Lanar.*

61 *in cons. 52. num. 4.* Sed in hac facti ſpecie, de officijs, quibus annexa eſt iuriſdictio, non agitur, ſed de his queritur, quæ abſq; iuriſdictione exercentur, quibus certum munus incumbit pro recta adminiſtratione rerum publicarum d. ciuitatis, quorum officiorum collatio, etiam attentis terminis iuris communis ſpectat ad decuriones ciuitatis, per illa iura *in l. 2. ff. ad munici in l. 1. §. ſolent. ff. quan. appel. ſit & in d. l. obſeruare, C. de decurio. lib. 11.* quarum auctoritate ſic atteſtantur *Glos. Bar. Angel. luc. de pen. Rebuf. Franc. Marc. & alij ſuperius citati in p. conſid.*

62 Secundo illud diluitur ſtantibus priuilegijs *in 2. conſid.* relatis, inquibus à Rege datur facultas Iuratis conferendi hæc officia, vnde eſto quod illa eſſent iuriſdictiona-

lia & eorum collatio vti ius regale ſpecta-
ret ad Principem, tunc vigore priuilegiorũ
illud ius competit Iuratis, quibus potuit
Princeps illud ius regale concedere, vbi cõ
ceſſio grauiter non lædit Principatum, Bar.
in l.prohibere, § plane ff.quod vi aut clam, Iſer.
in rub.quæ ſunt regal.& ibid. Afflic.in 5.quæſt.
prin.num.61. Roland.in cons.1. num.104. cum
ſeq.vol.2.Becc.in cons.15.num.23. qui teſtatur
de communi vol.1.Pereg.de iure fiſ. lib.1.tit.3.
num.47.Pet.de Grego. Tholos.lib.7. de repub.
cap.20.num.61. Aroſent.de feu.cap.5.concl.1,
in glos.lit.B.Menoch.lib.3.preſu.97.num.41.&
ſeq.Surd.in cons. 210. num.62. & alij, quos
63 ſciens pretereo; & in ſpecie poteſt Princeps
iuriſdictionalia in alium per Priuilegium
tranſferre, prout quotidie tranferuntur in
Barones per conceſſionem Caſtri, ad tradi-
ta per Bar.in l.1.§.cum Vrbem, nume.5.& 9.
ff.de offi.pref.Vrb.& in l.1.in fin. & ibi Alex.
num.33.ff. de iuris.omn. Iudi. Alex. Ias. Curt.
Iun.& Purpu.in l. imperium ff. eod.tit. Bald.in
cap.1.num.5.de Capit.qui cur.vend. Paris. in
cons.8.col.1.& in cons.9.num.14.cum.ſeq.vol.
1.Anna alios citans in alleg.52.Couar.prac.cap.
1.num.10.ſub 9.conclus. Pet. de Greg. de conc.
feud.in 7.par.quæſt.2. Afflic.in d.cap.1. nume.
40.de cap-qui cur.vendi. Peregr. de Iure fiſ.lib.
1.tit.2.Menoch.in d.preſu.97.num.14.Dec.in
cap.licet cauſam, col.1.de probat. & Caro. Tap.
64 in l.fin.in pr.par.cap.2.ff.de conſti.princi. Qua
ratione Barones, qui ex forma priuilegio-
rum habent iuriſdictionem in caſtro, con-
ſtituunt officiales ad exercendam iuriſdi-
ctionem, ex Conſti.Reg.Eaqua decus, & ibid.
And.& Afflic.Borrel.de preſt.reg.cap.21.num.
16. quinimo ad illud tenentur Capic. in ſua
inueſ. in verb. Magiſtratuum creatio fol. 128.
quod in Regno eſſe abſolutum inquit Af-
flict. in conſti. Regni, Dilationes, Mari, Frec.de
ſub feud.aucto.13.num.7.Vinc.de Franc.decis.
511.num.1. Capib.de aucto. Baro. pragm.8.in
p.par.num.46.Moſca.in prac.ciui.in 2.par.in
glos.in verb. competens, num. 61. & Rouit. in
5.prag.ſub tit.de Baron.

Secundo principaliter non obſtat, quod
dato, quod ad Senatum pertineat electio
vigore priuilegiorum, potuit tamen Prin-
ceps pro libito voluntatis premiſſis priui-
legijs derogare, ex his, quæ ſup.in 2.funda-
mento ſub num.3.& 4.allegabantur, quod ex
65 tribus diluitur; Primo ex eo, quod non
ſequitur, quod Prorex eligendo, voluit (e-
ſto quod potuiſſet) iuribus, & priuilegijs
Meſſanæ derogare, eiq; preiudicium infer-
re ad tex.in l.2.§.merito, & §.ſi quis a Principe
ff.ne quid in loco publ.cap.ex tuarum, de aucto.
& vſu.pall.cap.ſuper eo, de offi.dele.Fel.in capi.
cauſam quę, in verb.interpretatio de reſcrip.Dec.
in cons.11.num.4.& in cons.271.& cons.606.
num.17.Curt.Iun.in cons.88.num.8.Marſ.in
ſing.440.Soci. Iun.in cons.77. num. 26.vol.1.
Gozad.in cons.9.num.24.Paris.in cons.1.num.
84.vol.1.& Menoch.de arbi.quæſt.9.num.11.
Vnde quatenus Prorex elegit, circunuen-
tus preſumitur potius, quam quod eligen
do voluit Meſſanæ preiudicare, Apont. in
cons.59.num.35.etiam ſi de modico agere-
tur preiudicio, Rimi.Iun.in cons.6. num.68.
66 vol.1. Secundo diluitur ex eo quod, quæ
ex aduerſo allegantur, procedunt de po-
teſtate abſoluta, ſecundam quam poteſt
Princeps pro libito voluntatis priuilegijs
gratioſis derogare, ſed in hac facti ſpecie
non cõſtat, quod Prorex, eligendo, voluit
vti plenitudine poteſtatis, vnde preſumi-
tur, quod ſecundum poteſtatem legibus
ordinatam proceſſit, vt dictum eſt ſup.ſub
num.26. ſecundum quam non licet Princi-
pi priuilegium etiam gratioſe conceſſum
reuocare ſinè cauſa Roland.in cons.13.nume.
67 53.vol.3.Hinc eſt, quod licet conceſſio feu-
di gratioſa de poteſtate abſoluta reuocari
poteſt, Alua.in cap.1.§.notandum num.6.de
his qui feu.dar.poſſ.& in cap.1.de nat.feud.Soc.
in cons.87.num.13.& num.14.verſ. aliquando
& tertio, vol.3.Gozad.in conſi.8.num. 38.&
45.Curt.Iun.cons.138.num.4. Petr.de Gregor.
de conces.feud.in p.par.quæſt.7.num.1.& 2.In-
trigl.in p.cent.quæs.18.num.27.& ſeq. Peregr.
in cons.4.ſub num.21.vol.1.& de iure fiſ.lib.1.
tit.3.ſub num.51.tamen de poteſtate legibus
ordinata abſq; cauſa illud fieri non poteſt,
glos.in cap.1.in fin.de his qui qui feu.dar.poſſ.&
in cap.1.de feud.ſine culp.non amitt.Bald. in
cap.1.de nou.for.fidel. Abb.in cap.quæ eccleſia-
rum, col.pen. verſ. & hoc ſoleo dicere de conſt.
Afflict.in decis.282.num.7.Gram.in decis.65.
num.33.Boe.decis.225.Surd.decis.189.numer.
15.Soci.Iun.in cons.76.num.13.vol.1.& alibi,
vt per Menoch.lib.2.preſu.10.num.50.& Pet.
de Gregor.in d.pri.part.quæſt.7.de conces.feud.
Tertio, & vltimo quod ex aduerſo tradi-
tum eſt diluitur ex eo quod in terminis
priuilegiorum Meſſane non eſt locus pleni-
tudini poteſtatis, tum quia ex priuilegio
68 Regis Rogerij in vrbe Meſſana non vtitur
Princeps poteſtate abſoluta, tum etiam
quia, nec de plenitudine poteſtatis, poteſt
Princeps priuilegijs Meſſanę derogare, quę,
vt eſt notorium ex cauſa meritorum pro-
ceſſerunt vnde obtinent vim contractus,

Digitized by Google

*Bald.in l.qui ſe patris, num.14.C.vnd.lib.Natt. in cons.511.num.9.& conſi.512.num.15.Soci. in cons.59.num.9.vol.1.Gram.in decis.65.nu. 25.Rui.in cons.217.num.7.volu.1.Roland.in cons.76.nu.13.& ſequ.vol.2.& in d.cons.13. num.21.& ſeq. vol.3. Petr. de poteſt.Prin.cap. 32.in 2.dub.num.154.fol.150. Peregr.de Iur. fis.lib.1.tit.3.num.*28.& alij quos ſciens preterreo, & per conſequens talia priuilegia ſunt irrenocabilia, etiam de plenitudine poteſtatis *Felin.in cap. que eccleſiarum ſub nu. 49.de conſti.Cagno.in proœm.ff.ſub numer.45. Bald.in l.ſi cum.mihi.ff.de dol. Cona.in cap. nouit*, vbi *Aret.num.28.Fel.num.12.de iudi.Afflict.in decis.128.num.10.Paris. in conſil.11. num.44.& 47.vol.1.Soci.Iun.in cons.94.num. 2.vol.2.Tiraq.in rep.l.ſi vnquam, in verb.donatione largitus, num.11.C.de reuo.donatio. Natt. in cons.122.num.24.Becc.in conſil.129.numer. 48.Vol.2.Surd.in d.conſi.419.num 51.& Bardel.in cons.22.num.*20.quod vendicat ſibi locum, etiam ſi tale priuilegium ſit ſubdito conceſſum, prout de ſubdito loquitur *Natt. in cons.268.nu.5. Surd. vbi ſup. Feſtas.de colle. in 5.par.cap.1.in princi.Burſ. in conſi.16.num. 44.& ſeq.vol.1.& Bardel. in d.cons.22. num.*
69 20. Nempe cũ talia priuilegia tranſeant in contractus, in his Princeps efficaciter obligatur etiam reſpectu ſubditorum, *Cano. communiter in cap.1.de probat.& in d.cap.nouit de iudi.Docto.in l.digna vox, C.de legib. Abb. in cons.94.col.3.verſ.quo ad tertium, vol.2. Soci. in cons.4.num.1.vol.2.Rui.in cons.90. numer. 4.vol.1.Gabr.alios citans, de iur.queſt.non tolle.conclus.5.num.19.& Menochi.in conſil.27. num.5.&* 26.cum in finitis concordantibus, ad eo quod, nec de plenitudine poteſtatis poteſt Princeps contrauenire, excommuni *in d.cap.1.de probat.Pau.de Cas. in d.l. digna Vox, Soci.in cons.86.num.14.vol.4.Ias. in cons.86.num.8.vol.3.Gabri.alios citans in d. conclus.5.num.*18.quibus accedunt *Burſa.in cons.160.num.36. vol.2.Folle.Cephal.Heyro, Gig.Andr.ab.exea, & Peregri.quos citat Rodol. de abſol.princi.potes.capit.6.numer.170.accedit Bero.in cons.138.num.1.& 9.vol.3.Peregr.in cons.7.num.1.vol.3.* Ex quibus omnibus (vt vnico verbo hæc tria reſtringantur) paret, quod non eſt tractandum, in hac facti ſpecie, de priuilegiorum derogatione, tum quia non conſtat Principem voluiſſe derogare, tum etiam quia, ſi voluiſſet, non potuiſſet de poteſtate ordinata, quinimo, nec de poteſtate abſoluta, qua non vtitur Rex in vrbe Meſſanæ, & que in priuilegiorum, ſapientium contractum, derogatione, nihil operatur, vt ex premiſſis ſatis apertè patet.

Tertio principaliter non obſtat, quod poteſtas Senatus, ſeu Iuratorum conferendi hæc officia, cenſetur cumulatiuè conceſſa, adeo quod eadem auctoritas non eſt abdicata a Principe ita vt nō poſſit illa officia conferre, vnde locus eſt preuentioni ex allegatis *ſup.in 3.fund.ſub num.5.6.&*
70 7. Nam quod ibi traditum eſt de iuriſdictione, quæ cenſetur conceſſa cumulatiuè, procedit vbi illa conceditur in officium, in terminis, inquibus loquitur *Ann.in alle. 44.Vince.de Fran.in decis.370.num.5.Lara.in cons.5.num.3.Camil.de Cur.in p.par.diuer.Iur. feud.in verb.poteſt nu.*8.illa enim iuriſdictio ſic conceſſa, dicitur cumulatiua quo ad maiorem magiſtratum, de quo loquitur *Bart.* cum alijs allegatis, & procedit regula *ſub num.6.* relata, Ceterum quando confertur iuriſdictio, ſeu aliqua poteſtas in titulum priuilegij, vt in terminis iſtis, tunc ſiue titulus ſit in feudum, ſiue in allodium iuxta tradita per *Ann. in d. alleg. 44.& per Capib.de aucto. Baro.prag.8.num.19. in prima par.* ſemper cenſetur abdicatiue non cumulatiuè conceſſa, *Abba.in capi.ceterum col.3. verſ.fateor tamen, & ibid.Felin. num.12. de iudi.idem Felin.in capit.paſtoralis num.3. in 6. limi.de offi.ordi. Roland.in cons.48.nu.21.cum ſeq.Vol.2.Menoch,lib.2.preſump.18.num.1.& 5.& Camil.de Curt. qui clarius diſtin.quid in d. p.par. diuerſ. Iur. feud.in verſ.poteſt.num.8. &* 11. Nec ad rem facit, ſi replicando diceretur, reſolutionem premiſſam eſſe veram reſpectu ſuperioris Magiſtratus, ſed non quo ad ipſum Principem, ſeu Viceregem qui eſt alter ego, & gerit vicem Principis, cuius reſpectu omnis iuriſdictio, ſeu quelibet auctoritas, etiam in titulum intelligitur cumulatiuè, non abdicatiuè conceſſa, adeo quod nunquam cenſetur abdicata auctoritas ab ipſo Principe, per illum *tex.in d.cap.dudum §.nos igitur de preb.in 6.* per quem vno ore ſic atteſtantur *Doct.in 3.fund. citati ſub.num.5.* quibus accedunt *Roland.in conſi.1.num.134.vol.2.Gram.decis.30.nume. 7.& in vot.28. & Menochi.in d. preſu.18.ſub num.7.* Nempe huic motiuo duobus modis
71 reſpondetur. Primo, quod in his terminis, talis poteſtas Iuratis conceſſa, etiam quo ad ipſum Principem, cenſetur abdicatiua, ne priuilegia ipſa, in quibus illa auctoritas conceditur, reddantur inutilia, contra *not, in l.1.& ibi Bar.ff.ad municip.in l.1.ff quod met. cau.in cap.ſi Papa de priui.& in cap.ſolite cum*

vulg. de maio. & obedie. que talia eſſent, ſi hec auctoritas intelligererur cumulatiua cum ipſo Principe, nempe nihil tribuerent Iuratis, quibus hæc eadem poteſtas conferendi hæc officia de iure cõi competit, ex traditis *ſup. in prima Cons. nu.* 27. vnde iure optimo exiſtimari poteſt quod illa auctoritas in priuilegijs conceſſa dicatur abdicatiua, vt per hoc videantur priuilegia aliquid addere, *Purpu. in cons.* 371. *in fin. Barbat. in cons.* 44. *nu.* 9. *in fin. vol.* 2. *Surd. in decis.* 123. *nu.* 11. Efficacius enim hęc priuilegia debent operari, dum cum diſpoſitione Iuris communis concurrunt, ne alias dicantur ſuperflua, prout de ſtatuto loquitur *Decia. in cons.* 49. *num.* 17. *vol.* 1. *& in conſi.* 61. *num.* 7. *vol.* 2. ad tradita per *Alder. Maſcar. de inter. ſtatu. concl.*
72 12. *num.* 17. *cum ſeq.* Secundo reſpondetur, quod in his terminis ſumus in claris quod illa auctoritas fuit Iuratis abdicatiuè conceſſa, etiam quo ad ipſum Regem, ita quod nõ indigemus gloſa, nec coniecturis, *ad tex. in l. continuus* §. *cum ita, ff. de verb. oblig. & l. licet imperator, ff. de leg.* 1. *Soci. in cons.* 13. *num.* 38. *vol.* 1. *& in cons.* 9. *num.* 10. *vol.* 3. *& Rolan. in cons.* 80. *num.* 51. *eod vol.* Quandoquidem patet ex priuilegio obtento in anno 1431. quod Rex Alfonſus expreſſè voluit hanc poteſtatem a ſe, ſuiſq; Viceregibus abdicare per illa verba, Volentes, quod per ſerenitatem noſtram, ſeu Vicereges noſtros in d. Regno Siciliæ aut alios officiales dedictis paruis officijs, quæ, vt dicitur, conferre poteſtis virtute d. Priuilegij, nequeat aliqua fieri conceſſio, ſeu prouiſio, quin potius vos faciatis, iuxta ſeriem priuilegij eiuſdem, & licentiæ noſtrę, ſubdens abdicando poteſtatem omnem a Vicerege, contrarium faciendi. Vnde ex his verbis ceſſat labor inueſtigandi, an poteſtas iſta ſit cumulatiua, vel abdicatiua, ex quo priuile-
73 gium decidit cuius tenori ſtandum eſt, vbi auctoritas, ſeu iuriſdictio abdicatiue conceditur, *Felin. in cap. paſtoralis, col.* 2. *verſ. limitatertio de offi. ordin. Roma. in ſing.* 23. *& in cons.* 293. *Menoch. de arbi. quæſt.* 40. *numer.* 7. *Gram. in d. decis.* 30. *in princ. & Lana. in d. cons.* 52. *ſub num.* 8.

74 Quarto principaliter non obſtat quod auctoritas Senatus, eſto quod ſit abdicatiua, illa tamen non habet locum in caſu, quo officium vacat per priuationem officialis, quia tunc electio ſpectat ad iudicem remouentem prout videtur ſentire *Bar. in l.* 2. §. *qui pueros ff. de uaca. mune. & in caſu priuationis Rom. Ponti. velle videtur Abb. in cap. licet euitanda, de electio cum concord. citatis ſup. nu.* 9. *&* 10. vbi rationabile hoc eſſe dictum eſt, ex eo, quod priuatur poteſtate eligendi pro illa vice, qui indignum, ſeu criminoſum elegit, qui meruit priuari officio per illa iura *ibid. alleg. ſub num.* 11. ſub quarto fundamento, quæ omnia non refragantur, dato, abſq; tamen veri præiudicio, quod officium, de quo queritur, vacet per priuationem, de cuius rei veritate dicetur in reſponſione quinti fundamenti. Nempe verius eſt, quod in caſu priuationis officialis, facultas eligendi ſucceſſorem in locum remoti, ſpectat ad electores, & ſic ad Iuratos, non minus quã, ſi per mortem vacaret officium *vt not. Abb. Mari. Ioan. de Ana. Aret. & Felin. in d. cap. ad petitionem per illum tex. de accus.* adeo quod, ſequuta priuatione, ipſo iure fuit ad Senatum tranſlata poteſtas eligendi, vt poſt *Felin. traditum eſt ſup. ſub nu.* 42. *in* 5. *Conſid. vbi ſub nu.* 44. *poſt Abb. Felin. Aret. & Fran. Marc.* in terminis fortioribus deductum eſt verius eſſe, quod etiam in caſu priuationis Romani Pontificis, electio ſpectat ad Collegium, non ad Concilium, *Nec Bart. in d.* §. *qui pueros* tenet oppoſitum in caſu officialis remoti, nam licet illud dicat arguendo ex illo *tex.* in eo tamen non firmat pedes, ſicut pariter nec firmant *Aret. in d. l. ſerui electione ff. de leg.* 1. *& Tiraq. in d. l. bones* §. *hoc ſermone in d. p. limi. nu.* 45. *ff. de uerb. ſignifi.* Nec ille *tex.* refragatur in eo verſi. *quem ita ſenio*, qui varijs modis intelligitur *a Docto.* ita vt vere illud non probet, vt poſt *Bart. ibi tradit Aret. in d. l. ſerui electione, & refert. Tiraq. vbi ſup. & Peral. in l. cum quidam, num.* 17. *ff. de leg.* 2. Et in effectu ille *tex.* non aperit quod illud officium pręferrendę pecunie erat de his, quorum electio ſpectabat ad decuriones ciuitatis, vel ſaltem quod ille officialis fuiſſet a decurionibus electus, vnde quatenus in locum remoti ob ſenectutem vel corporis imbecillitatem alium conſtituit Preſes, abſq; diuinatione dici poteſt, ſecundum *Bart.* ibi, quod Preſes remotum vocauerat ad illud officium, cum alias electio ſpectat ad electores, vt dictum
75 eſt, etiam ſi electus remouetur ab occultum crimen, vel propter culpam ſuper venientem poſt electionem, *ad tex. in cap. ſi electio, & ibi glos. in verb. occultum de electio. lib.* 6. vnde quod ex aduerſo dicebatur de eligente in dignum, qui pro illa vice priuatur iure eligendi ex allegatis *ſub num.* 11. procedit vbi quis ſcienter eligit indignum, vt tradunt *Abb. & Cano. in d. cap. cum in cunctis* §. *fin. ſup.*

Digitized by Google

ſin.ſup.de elect. & in capit.dudum el 1.eod.tit.
Dec.in cons.522.num.7.& Menoch. poſt alios,
*quos citat in d.cons.783.num.*8. quæ ſcientia
in hac facti ſpecie non concurrit, in qua
iſte officialis fuit remotus, & priuatus ob
crimen Thonſionis Monetæ patratum poſt
electionem, quod minimè potuit ab ipſo
76 Senatu eligente preuideri, pro quo ſuffra-
gatur tum iuris preſumptio, quæ in dubio
vrget pro ignorantia, *ad tex.in l.verius, ff.*
de probat.§.non ſolum in vers.verius, & ibi glos.
Inſti.de legat. cap. preſumitur, de reg.iur.in 6.
Gabr.de reg.iur.conclus.5. Mago.decis.Luc.49.
num.11.& Menoch.de arbi.quæſt.72.nume.3.
tum etiam & illa, quæ militat pro electo,
77 qui in dubio preſumitur bonus, *l.merito ff,*
pro Soci.l.cum pretor §.rogo ff.de leg.2.Soci.in
cons.15.num.15.vol.1.Marſi.in l.1.num.67.ff.
de ſicar.Crau.in cons.8.nu.1.Alci.de preſu.reg.
3.præſu.2.& Menoch.lib.5.preſu.3.num.15.

SVMMARIVM

78 *Officialis inquiſitus, vel accuſatus, an durante proſequutione, poſſit ſuſpendi ab adminiſtratione, remiſſiuè.*

79 *Priuationis pœna non imponitur, niſi vbi de iure eſt expreſſum.*

80 *Pœna vltimi ſupplicij, abſorbet omnem aliam pœnam minorem, preſertim pecuniariam.*

Facti ſpecies, in qua officialis Meßanæ fuit vltimo ſupplicio punitus, nulla precedente priuatione officij, ibid.

81 *Morti proximus, habetur pro mortuo.*

Preuentio facta in fraudem, non inducit preuentionem, ibid.

82 *Supplantare ſucceſſorem in collatione officiorum, non licet predeceſſori.*

83 *Extenſio diſpoſitionis loquentis de vno caſu, an, & quando poſſit fieri ad caſum ſimilem, etiam ſi diſpoſitio loquatur per modum conditionis voluntariæ.*

Conditio adimpletur per caſum ſimilem, ibid.

84 *Priuilegium concedens facultatem conferendi officia vacantia per mortem, an locum habeat in caſu quo illa vacant per priuationem, vide num.87.*

85 *Officialis remotus ab officio habetur pro mortuo.*

86 *Mors ciuilis æquiparatur naturali, quando in caſu tantum operatur, quantum naturalis operaretur.*

87 *Vacationis modus per mortem, ſi in diſpoſitione exprimitur, an ſub illa comprendatur modus vacandi per priuationem.*

88 *Vacandi modo vno expreſſo, in fauorabilibus, veniunt alij.*

Quid in materia ſtricta, ſeu preiudiciali alterius, ibid.

Quid ſi in materia non fauorabili exprimitur modus vacandi per mortem, an contineatur caſus mortis ciuilis, ibid.

Diſpoſitio particularis de certa re, vel caſu, ſi agitur de præiudicio tertij, ſtrittè intelligitur, ibid.

89 *Indefinita equipollent vniuerſali.*

90 *Priuilegij Regis Alfonſi loquentis de ceſſu, & deceſſu, intellectus, & num.ſeq.*

91 *Dictio, iuxta eſt relatiua.*

Relatiua diſpoſitio intelligitur ſecundum relatum, ibid.

QVinto principaliter non obſtat,
quod traditum eſt, in quinto fun
damento, quod auctoritas Iura-
torum eſt indiuidualiter limitata
per Priuilegium in caſu, quo officia vaca-
te contingerit per ceſſum, & deceſſum, vn
de non habet locum in caſu iſto, in quo of-
ficium vacat per priuationem ex his, quæ
ibid' adducebantur *num.12. vſq; ad* 27. in
cluſiuè, quibus tamen reſpondetur tribus
modis, Primo, conceſſo, ſed abſquè veri
preiudicio, quod auctoritas Senatus ſit li-
mitata, vt dicitur in caſu quo officia va-
cant per ceſſum, & deceſſum, vtiquæ ſu-
mus in caſu limitato, ex quo vere officium,
de quo queritur, vacat per deceſſum illius
officialis, licet ſuperficialiter videatur va-
care per priuationem factam a Prorege;
Mouet, quia pretenſa priuatio fuit facta
eo tempore, in quo ille infelix officialis
proſequutus de Tonſione Monetæ, erat
tortus, & confeſſus, & proceſſit priuatio
vno die, antequam ille fuiſſet ad mortem
78 condennatus, Vnde licet potuiſſet atten-
tari, an durante illa proſequutione, ſuſpen-
di poterat ab adminiſtratione officij, eſto
quod erat proſequutus de crimine commi
ſſo extra officium, ſecundum diſtinctionem
Bart.in l.libertus. §.in quæſtionibus, ff. ad muni-
re ad quem ſæpe recurritur, vt teſtatur *Fran.*
in decis.8.in princ. qui concordantes citat, Luc.
de pen.in l.1.C.de rei.poſt.in glo.fin.lib.10.& in
l.iudices col.3.in Verb.ſceleribus, C.de digni.lib.
12.Franc.Marc.decis.654.Vol.1.Ioann. Anto.
de nigr.in cap.Reg.Neap.132.ſub.nu.72.Vinc.
de Franc.in d. decis.8. Cumi.in trac.de Syndi.c.
17.nume.9. Ann. pater in ſingul. 370.& ſing.
476.Cancer.var.reſol.lib.3.cap.12.nume.140,
& 210.Ioan.And.de Gior.in alleg.42.num.21.
Gabal.reſol.crim.cas.76. Lanci.de atten. in tit.
de atten.accus. vel. inqui.pend.c.1.Reg.Apont.
in cons.

in cons.22.& in decis.7.num.7.10.& 14.&
in decis.25.latè D.Tapp.in conſti.Reg.ſtatuimus,
in verſ.adminiſtratione remotus.num.38.in tit.
de off. mag.iuſti.lib.2.Gram.in conſil.10.in cri-
mi.Flau. amend.ad addi.ad Fran.in d.decis.8.Te
ſtay.alleg.9.num.4.Azeue.lib.3.cap.7.l.14.D.
Maſtril.in decis.188.num.19.& in tract.de ma-
giſ.lib.6.capit.5.num.48.& ſeq.& D.Caſtil.in
decis.166.num.16.cum.ſeq.par.2. Tamen fini-
ta iam proſequutione per iudicialem con-
feſſionem, ita quod partes Iudices erant in
condennando ad mortem, prout immedia-
te ſequenti die condennauit, vtiq; non erat
locus pœne priuationis officij, quod ſtatim
erat vacaturum per obitum, prout cum ef
79 fectu vacauit, Tum quia priuationis pœna,
non imponitur, niſi in caſu de iure expreſ-
ſo, *l.at ſi quis §.ita diuus, ff.de reli.& ſump.fu-*
ne.glos.in §.cum igitur, in auct.de non elig. ſecu.
nube.& in cap.fin.de iur.patro.Cano.in capit.24
vbi preſertim Felin.& Fran.Rip.de reſcrip.Deci.
in cons.464.num.2.& conſil.557.num.5.Crau.
in conſil.205.Corb.de iur.emphy.in tit.de priua.
ob alien.ampli.35.num.4.Menoch.cons.85.nu.
80 *107.& in cons.607.nu.11.* Tum etiam, quia
pœna capitis, quæ pro crimine tonſionis
monetæ imponitur, ad late tradita per *Fa-*
rin.in prac.quæſt.115. vti pęna non reiterabi-
lis, abſorbet omnem pęnam, preſertim pe-
cuniariam, idem *Farin.quæſt.22.num.30.* vbi
ait quod reprehendendus eſt iudex, vel e-
tiam deridendus, qui prius aliquẽ pecunia
riter punit, & poſtea mandat pęna capitis
puniri, Hinc eſt, quod in ſimilibus non fuit
proceſſum ad priuationis pęnam vbi pęna
vltimi ſupplicij veniebat imponenda vt cõ
ſtat ex ea facti ſpecie quondã Iacobi Papar
do credenzerij eiuſdem Regij Campi, qui
de varijs criminibus inquiſitus, fuit ad mor
tem condennatus; nulla precedente pęna
priuationis d. officij, quod erat de proxi-
mo vacaturum, prout tunc vacauit, &
per Iuratos fuit officium illud collatum
Franciſco Romano, vt ex literis prouiſio-
nis patet de menſe Augusti, 1553. Illud
itaq; vt ingenue fatear ſeruatum fuiſſe vi-
demus, quod durante proſequutione offi-
cialis, ne officium rectore careat, fuit alteri
incommendatum, & ſequuta morte pro-
ſequuti, ceſſauit illa prouiſio, & officium
fuit a Senatu alteri collatum, vt ex ea fa-
cti ſpecie petet Petri Galiſſi Credenzerij ſet
tini Carnium d. Vrbis Meſſanæ, ob cuius
proſequutionem, ſua Excellentia in
commendauit illud officium Nicolao An-
tonio Moleti, & de inde Vgoni de Fran-
ciſco, Verum ſequuta morte d. de Galiſſi,
fuit per Senatum illud officium collatum
Vincentio Sollima, licet poſtea abſq; no-
ta infamiæ fuit remotus cauſa cognita, au
dito regio Fiſco, & Syndico Meſſanæ, ad
inſtantiam Ioannis Matthei Galiſſi, vti
heredis prius nominati per d. Petrum Ga-
liſſi, ex quibus datur intelligi, quod illa
priuationis pena non conueniebat in eo
81 tempore, in quo iſte officialis habebatur
pro mortuo, dum proximus erat morti, *l.*
huic ſcripturæ, ff.ad l.aquil. Ancha.in cons.421.
Cels.hugo.in cons.73.num.32.Menoch.in cons.
108.nu.47. Vnde verè exiſtimari poteſt, qđ
illa (cum reuerentia) proceſſit in fraudem
& per conſequens ex electione inde ſequu-
ta non reſultat preuentio, licet eligendo
excellentia Proregis prouenit *Fran.Marc.in*
82 *decis.494.num.35.in pri.par.* Et tanto magis
quia electio fuit facta eodem die, quo ille
fuit ad mortem condennatus, vnde que-
dam ſupplãtationis ſpecies iure optimo ba
ptizzari poteſt, quæ ſecundum iuris termi-
nos non procedit, prout de ſupplantationẽ
ſucceſſoris in collatione officiorum facta
a predeceſſore loquitur *Bald.in cap.vnico,col.*
2.& ibid.Alua.in 2.not.& Cardi.Alex.in p.per
illum tex.qui ſuc.tene.Cano.in cap.p.de prob.Af
flic.in decis.161.& Vinc.de Franc.in decis.393.
83 Secundo reſpondetur, quod eſto, quod au-
ctoritas Iuratorum eſſet limitata in caſu,
quo officia vacant per ceſſum, vel deceſſum,
& in caſu iſto vacaret officium per priua-
tionem, illa tamen auctoritas extẽditur ad
caſum ſimilem, quia generale eſt quod
diſpoſitio limitata in vno caſu, locum ha-
bet in alio habente ſimilem rationem, ma-
ximè in Materia fauorabili, *ad tex.in l.titi-*
us, §.lucius, ff.de lib.& poſt l.fin. C.de poſth.
here.inſti.& l.fin.cum ſimilib.C.de inſti.& ſubſti.
Bar.in l.ex facto, num.28.ff.de vul.& pupi.ſub.
Bal.in l.humanitatis, quæſt.4.C.de impub.& a-
lijs ſubſtit.Alber.in l.precibus, num.85.in fin.C.
eod.tit.Roma.in conſil.56.num.3.Ias.in l.1.nu.
27.ff.de vul.& pupil.ſubſtit.Dec.in cons.227.
num.11.Curt.Iun.in cons.83.num.6.Paris.in
cons.70.num.19.vol.2.Soci.Iun.in conſi.180.
num.22.lib.2.Menoch.qui eorum dicta & alio-
rum refert, lib.4.preſu.65.num.6.cum ſeq. Et
loquuntur de diſpoſitione conditionali,
quæ licet adimpleri debet in forma ſpe-
cifica, illius tamen implementum admicti
tur per caſum ſimilem, *l.legatum, ff.de vſuf.*
legat.Bart.in l.1.col.fin.ff.de cond.inſti.Angel.in
l.paterfamilias, ff.de here.inſt.Ias.qui ita reſpon
dit.in cons.184.col.5.verſ.non obſtat,& conſil.
203.

203.*verſ.non obſtat tertium*, *vol.2. Soci. Iun.in conſ.*181.*num.*50.*vol.2. & Decian.in conſil.*1. *num.*138.*cumſeq.vol.*1.qui loquitur, etiam ſi diſpoſitio ſit per modum conditionis voluntariæ, quæ tamen extenditur ad caſum ſimilem, vt tradit *Menoch.in d.preſump.*65.
84 *num.*16.Qua propter licet diſpoſitio priuilegij loquatur de caſu in quo officia vacant per ceſſum, habent tamen locum in caſu, vbi illa vacant per priuationem, quia ſimilis eſt caſus, *l.gallus*, §. *& quid ſi tantum, ff.de lib.& poſt*, vbi prouiſio facta in caſu mortis, porrigitur ad caſum, in quo quis patitur pœnam interdicti aquæ, & ignis, quia ad ſimilitudinem mortis ceteri caſus admittendi ſunt, & ſic caſus priuationis
85 continetur, quia ſimilis eſt, ex quo officialis remotus ab officio habetur pro mortuo, vt notant *And.de Baro.& Ioann.de Plat.in l.*1.*numer.*6.*C.de primi.lib.*12.*& Caro.Tap.in l.fin.in* 2.*par.cap.*9.*num.*80.*ff.de conſti.princip.*
86 Vnde mors ciuilis æquiparatur naturali, quando illa in caſu, tantum operatur, quantum Naturalis operaretur, vt in caſu iſto contigit circa ſubiectam materiam vacationis officij, *ad tex.in l.actione*, §.*publicatione*, *ff.pro Soc.l.*1.§.*fin.ff.de con.tabu.Bart.in l.ex ea parte*, §.*in inſulam ff. de verb. obligat Imo. & Felin.in capit.licet vndiq; de offi.deleg. Alex.in conſ.*2.*num.*16.*volum.*1.*Rui.in d.§. & quid ſi tantum*, *num.*2.*Imol.& Alexan.in l.ex facto §.ex facto, & ibid.Rip.num.*11.*qui teſtatur de communi*, *ff.ad trebel.* & ſufficit quod operetur eundem effectum quo ad id, de quo quæritur, licet non quo ad alia, ſecundum veriorem Sententiam, quam tenet *Crot.in d.§.& quid ſi tantum num.*14.*& Ruin. ibid.vbi ſup.& Petr.Surd.in conſ.*90. *num.*43.
87 *vol.*1.Et propterea magis in terminis, quando in diſpoſitione exprimitur caſus vacandi per mortem, continetur caſus vacandi per priuationem, pro vt dereſeruatione beneficij in caſu mortis, voluit *gloſ.in clem.*1.*in verb.mori, vt lit. pende quam in his terminis citat Abb.in cap.ad petitionem ſub.num.*4.*& ibid.Felin.ſub.*2.*nota.extra de accus.*& de electione R.Pontificis, quælicet de iure tribuitur Cardinalium collegio in caſu mortis, competit tamen etiam in caſu depoſitionis, vt dictum eſt *ſup. num.*44. *poſt gloſ. in clem.ne romani*, *in verb.moriente, de electio*, Eſt
88 itaq; generale in fauorabilibus, in quibus, vno vacandi modo expreſſo, veniunt alij, vt fatetur *Barb.in d.conſil.*82.*col.pen.verſ.reſtat modo*, *vol.*4.*& voluerunt Felin.in cap.in noſtra nu.*38. *verſ.fallit quinto,de reſcrip. Selu.de beneſ.in* 3.*par.quaſt.*12.*Menoc.de arb.iudi. cas.*201.*num.* 108.*& Garz.de benef.part.*11. *cap.*1.*num.*83.*in* 2.*tom.& ideo*, *quæ ſup. in.*5. *funda.ſub.num.*17.allegantur, procedunt in materia ſtritta, videlicet vel vbi agitur de preiudicio tertij, vt in terminis illius *tex. in d.cap.quamuis el* 2.*& ibi gloſ. deprehe. in* 6. vbi agebatur de preiudicio ordinarij, ad quem illorum beneficiorum pertinebat collatio, quo caſu, diſpoſitio particularis de certa re, vel certo caſu, loquens, ſtrictè intelligitur, *clem.fin.de reſcrip. Barba.in l.diuortio §.quod in anno ſub.nu.*17.*verſ. neque obſtat. ff.ſolu.matrim.* vel vbi queritur de materia odioſa, vt in terminis illius *tex. in d. capit. ſuſceptum de reſcript.in* 6.qui loquitur de reſcripto ad beneficia, quod propter ambitionem, eſt odioſum, vt traditum eſt *ſup. num.*39.Et ſecundum prædicta vendicat ſibi locum quod conſulendo voluit *Barba.in dicto conſ.*82. nempe talis erat materia illa ex horbitans, & ſtricta, in qua expreſſo vno modo vacationis per obitum, non continetur caſus vacationis per priuationem, vt ipſe fatetur *ibid.in d.verſ.reſtat modo*, At in terminis iſtis tractatur de conceſſione fauorabili, in qua non agitur de preiudicio tertij, vnde ſit lata interpretatio ex deductis *ſup.num.*33.cum duobus ſeque. & ideo diſpoſitio loquens de vno caſu vacationis, comprehendit alium vacandi modum, vt ſup. proximè poſt *Felin. Selu. Menoch.& alios* traditum eſt, quinimo etiam in materia nõ fauorabili, (exceptis tamen literis ad beneficia)ſi exprimitur modus vacandi per mortem, & in caſu, de quo agitur, mors ciuilis eundem effectum operatur, quem naturalis, vtiq; ſub diſpoſitione venit caſus mortis ciuilis per illum *tex.in d.§.& quid. ſi tantum*, *quod poſt Felin. Rodor. Zuar.Giga.& Mendo.atteſtatur Garz. de benef. in d.par.*11.*cap.*1.*num.*86.Vnde ex his patet, quod dato quod in hac facti ſpecie ageretur de abſoluta vacatione officij per priuationem, & poteſtas Senatus eſſet conceſſa in caſu vacationis officiorum per mortem, adhuc tamen ſub priuilegio continetur caſus vacationis per priuationem iuxta prædicta.

Tertio & vltimo reſpondetur negando, quod auctoritas conceſſa Iuratis ſit limitata in caſu, quo officia vacant per ceſſum, vel deceſſum, nempe verius eſt quod illa eſt uniuerſalis in omni caſu uacationis, vt patet ex priuilegio regis Alfonſi conceſſo in anno 1421. in quo confertur Iuratis

pote-

poteſtas eligendi ſimpliciter, & indefinitè,
abſq; eo quod exprimatur, aliquis vacan
di modus, vnde vniuerſaliter cenſetur col
89 lata auctoritas ſub ſermone indefinito, qui
equipollet vniuerſali, *glos. in cap. Vt circa de
elect. in 6. Bart. in l. ſi pluribus, ff. de leg. 2.
Dec. in capit. tertio loco, de probat. Tiraquel.
de retra. lign. §. p. glos. 3. num. 1. Paris. cons. 53.
num. 22. volum. 2. Bero. cons. 141. num. 2. vol.
3. Bec. in cons. 21. num. 3. vol. 1. & Surd. in cons.
104. numer. 7.* quadere poteſtas Senatus ad
hunc, vel illum vacandi modum non me-
retor reſtringi, ſed ad omnem vacandi ca-
ſum referri deductum eſt *ſup. in 4. conſide.
90 num. 37. cum alijs ſequ.* Nec obſtat aliud Pri-
uilegium eiuſdem Regis Alfonſi de anno
1431. conceſſum, in quo vt ſup. dictum
eſt fit mentio de caſu, in quo, contigit of-
ficia ipſa vacare per ceſſum vel deceſſum,
Nam quod ibi dicitur deceſſu, vel deceſ-
ſu, non refertur ad auctoritatem conferen
di dicta officia per aliud priuilegium in-
definitè, & vniuerſaliter conceſſam, quia
ſic fauor illius noui priuilegij, per quod a-
lia, & noua conceditur auctoritas Iuratis,
retorqueretur, in odium, contra vulgaria,
Et ideo aduertendum eſt quod illud pri-
uilegium duo concedit principaliter Iura
tis; Primo datur eis auctoritas ſuſpenden-
di, vel abolendi d. officia, & applicandi
Salaria, & eorum emulumenta in refectio
ne murorum ciuitatis, & hoc vbi officia
ipſa contigit vacare per ceſſum, vel deceſ
ſum, & ſic poteſtas ſuſpendendi vel abolen
di, videtur limitari in caſu ceſſus vel deceſ
ſus, quæ an extendi poſſit ad alios vacan-
di caſus, patet ex his que tradita ſunt *ſup.
nu. 83. cum quinque ſequen.* vnde ex illis ver-
bis non eſt inferendum ad auctoritatẽ con-
ferendi officia de qua hodie quæritur, quia
ex diuerſis fieret illatio, contra vulgaria.
Secundo in eo priuilegio confirmatur au-
ctoritas aliàs conceſſa conferendi hæc offi-
cia, & hoc cũ clauſula abdicatiua dum vo-
luit a ſe, & ſuis Viceregibus abdicarè fa-
cultatem concedendi ſeu prouidendi d. of
ficia quæ virtute alterius priuilegij confer-
re poſſunt Iurati, volens, vt potius hoc fa
ciant Iurati iuxta ſeriem priuilegij eiuſ-
dèm, & ſic, quo ad auctoritatem conferen-
di ibidem de nouo conceſſam, ſe refert Prin
ceps ad primum priuilegium per illam di-
91 ctionem iuxta, quæ eſt relatiua, *Decian. in
cons. 21. num. 38. vol. 2. Cantuc. in Rot. Roma. de-
cis. 40. in 2. vol.* Et propterea cum ſit, quod
in priuilegio relato conferendi poteſtas eſt
ſimplex, indefinita, & vniuerſalis, atquè
nullo vacandi modo expreſſo, & per con-
ſequens in õi caſu vacationis illa cenſetur
conceſſa ex deductis in *d. 4. conſid.* ſic, & eo-
dẽ modo intelligitur tributa auctoritas in
ſecundo priuilegio referente, quia diſpoſi-
tio referens, intelligitur ſecundum relatam
vt poſt *Bar. Alex. Curt. Iun. Rui. Dec. Felin. Pur
pu. & alios atteſtatur Cantu. in d. decis. 42. num.
4. cum duob. ſeq.* adeo quod tantum eſt in re-
ferente, quantum eſt in relato *l. aſſe toto ff.
de here. inſt. Dec. Soc. Tari. & Tiraqu. quos citat
Menoch. in cons. 247. num. 3.* Vnde ex priuile-
gio prædicto hæc aſſerta limitatio aucto-
ritatis in conferendo, penitus diluitur.

SVMMARIVM

92 *Rei iudicatæ exceptio, ad illius ſubſiſtentiam, tria copulatiuè requirit, videlicet perſonarum, cauſæ, & rei idemptitatẽ, ſaltẽ interpretatiuè.*
93 *Res inter alios acta, alteri non nocet.*
94 *Sententia, quando de ſui natura facit ius quo ad omnes, remiſſiuè, vide num. ſequ.*
Sententia nulla, non tranſit in rem iudicatam, ibid.
95 *Syndicus debet interuenire in cauſa vniuerſitatis, per quem vniuerſitas repreſentatur, & legitimè defenditur.*
Sententia lata contra vniuerſitatem non defenſam per Syndicum, eſt ipſo iure nulla, ibid.
Sententia in caſibus, inquibus facit ius inter alios, debet ferri cum legitimo contradictore, ibid.
96 *Sententia lata ex abrupto, & abſq; cauſæ cognitione, eſt ipſo iure nulla, etiam ſi fertur à Principe.*
97 *Cauſæ cognitionis defectus arguitur extemporis breuitate, & ex actis poteſt conſtare, & nu. 103.*
98 *Principis aſſertioni, an & quando ſtandum ſit, ita vt illius aſſertio probet, & quomodo, cum num. ſeq. & num. 102.*
99 *Legato à latere aliquid aſſerenti, an credatur.*
Prorex æquiparatur legato à latere, ibid.
100 *Præſumptio, quæ viget pro aſſertione principis, diluitur ab alia præſumptione fortiori.*
Præſumptio fortior & validior eſt, quæ veriſimilitudini magis conuenit, ibid.
101 *Aſſertio principis de facto alieno, & non coram ſe geſto, an probet, & quomodo*
102 *Negatiua coartata ad certam ſcripturam, eſt probabilis.*
103 *Prouiſiones ſolent fieri à Prorege de ſtylo regni Siciliæ ad ſolam relationem regiorũ conſiliariorum vide num. 106.*
Stylus curiæ obtenet vim legis, & debet attendi ibid.

104 Stylus

Digitized by Google

104 *Stylus facit de illicito, licitum,*
Exceptio rei Iudicatæ non reſultat ex prouiſione ſummarie abſq; plena cognitione facta ibid.
105 *Sententia lata in iudicio Summario, non nocet in plenario, vbi in Summario non interuenit plena cauſa cognitio,*
Cognoſcere plenariè de re, de qua fuit Summariè cognitum, non eſt abſurdum ibid.
Tertius ſuccubens excipiendo in iudicio eſecutiuo, non prohibetur ordinariè agere, ibid. nu. 105.
106 *Exceptio rei iudicatę tunc obſtat, quando de neceſitate concludit ſuper eo fuiſſe iudicatum, quod poſtea venit in controuertiam.*
107 *Succumbens in iudicio executiuo, non prohibetur via ſua principaliter agere.*
108 *Sententiæ interpretatio fieri debet, vt minus lędat quam ſit poſſibile.*
109 *Sententia eſt ſtricti iuris, & intelligitur prout ſonat, & tantum diſponit quantum loquitur nec ex ea infertur.*
110 *Priuilegium ſi eſt irreuocabile, per actum contrarium factum à principe, ei non derogatur.*
111 *Priuilegiatus per actum contrarium, tunc renunciat priuilegio, ſi ſponte facit, at ſecus ſi coactè, vt ſuperioris mandato obediat & num. ſequent.*
Velle non preſumitur, qui ſuperiori aliquid mandanti preſtat obſequium, ibid.
112 *Priuilegio non renunciat, qui coactè contrauenit priuilegio.*
113 *Priuilegium habens actum momentaneum, & non reitirabilem, per actum contrarium amittitur, at ſecus ſi habet actum ſucceſſiuum.*
114 *Priuilegio generali, per actum particularem in contrarium, non derogatur.*
115 *Immunis ab oneribus ex priuilegio, ſi aliqua ſoluit, in his, non in alijs ſibi praiudicat.*
116 *Renunciatio priuilegij trahitur ad expreſſa.*
117 *Quaſi poſſeſſio vt acquiratur, aliqua ſunt neceſſaria in eo, qui facit actum, & preſertim, bona fides, remiſſiuè.*
118 *Quaſi poſſeſſio ſtrittè interpretatur, & reſtringitur ad Solita.*
Quaſi poſſeſſionem non acquirit, qui pedagium exigit de certis rebus, niſi quo ad illas res, non quo ad alias, ibid.

SExto, & vltimo principaliter non
obſtant illa tria, quæ reſultant ex
ea facti ſerie quæ in ſexto, & vl-
timo fundamento ex aduerſo re-
fertur a *num. 17. vſq; ad 26.* dum alias in
caſu priuationis officialis fuit facta electio
à Prorege, & pro tali electione, auditis
partibus fuit iudicatum Et eodem ordine
92 retento, Primo non obſtat exceptio rei iu-
dicatæ ex tribus; Primo, quia ad ſubſi-
ſtentiam illius exceptionis tria copulati-
uè debent conuenire, videlicet idempti-
tas rei, perſonarum, & cauſæ, *ad tex. in l.
cum quæritur, ff. de excep. rei Iudi. cap. fin. & ibi
glos. & Docto. de excep. in 6. Abb. in conſil. 50.
num. 2. vol. 1. Dec. in cons. 96. col. 1. in fin. Port.
Imo. in cons. 9. num. 74. Rot. diuers. in decis. 100.
num. 3. in 4. part. Fab. de ann. in cons. 17. vol. 1.
Honde. in cons. 30. num. 50. vol. 1. Surd. in cons.
114. num. 21. & in cons. 165. num. 11. & cons.
312. num. 1. Menoch. in cons. 828. num. 2. & Intrig. in ſingul. 56. nu. 1.* Quæ licet ſufficiat in
terpretatiuè ſaltem concurrere, vt tradit
*glos. & ibi Bar. in l. & an eadem, ff. de excep.
rei iudi, Angel. Aret. in §. item ſi num. 27. Inſti.
de excep. Soc. in cons. 18. num. 44. vol. 1. Surd. in
d. cons. 312. num. 26. Lana. in cons. 65. nume. 5.
Apont. in conſil. 49. num. 4. Fab. de ann. in conſi.
53. num. 27. & Cornaz. in decis. 70. num. 8.* Ta
men in hac facti ſpecie illa tria non conue-
niunt, & preſertim perſonarum idempti-
tas, quæ nec verè, nec interpretatiuè con-
uenit, Nempe nunc interpartes agitur,
quæ nec Iuratos, nec regium fiſcum, inter
quos tunc agebatur, repreſentant, vnde
ceſſat rei iudicatæ exceptio, quæ Itademum
obſtare dicitur, vbi de eo quæritur, quod
alias fuit deciſum, dummodo inter eaſdem
perſonas ſit contentio, ita procedunt iu-
ra in oppoſitum allegata in *d. l. iulianus, & l.
ſi quis cum totum, vers. & generaliter ff. de excep.
rei iudi.* & in his terminis, data perſonarum
idemptitate loqnuntur *Bart. Rui. Rimi. La-*
93 *na. & alij ſuperius citati ſub num.* 19. nam alias
tanquam res inter alios acta alteri obeſſe
non poteſt ad iura *in l. vnica C. res inter alios
act. & l. 1. cum ſimil. C. quib. res iudi. non noc.*
94 Secundo non obſtat aſſerta rei iudicatæ
exceptio, eſto abſq; tamen veri preiudicio
quod illa aſſerta ſententia de ſui natura
faciat ius quo ad omnes eodem iure venien
tes, iuxta tradita per *Cano. in capit. pen. vbi
Abb. num. 34. de re iudi. & Docto in l. ſepe. ff. eod.
tit. Bar. in l. Ingenuum ff. de ſta. homi. & Couar.
practi. quaſt. cap. 13. num. 5.* Mouet, quia illa
fuit nulliter lata, & per cōſequens ceſſat res
iudicata *ad tex. in l. 4. §. cōdemnatum, & ibi communiter Docto. ff. de re iudi, clem. paſtoralis eod.
tit. Felin. in capi. eccleſia S. M. num. 17. de conſti.
Afflict. in decis. 39. ſub num. 6. Menoch. de arb. iudi. cas. 202. num. 52. & in cons. 1131. numer. 2.*
Bu. loquens de nullitate proueniente ex
manifeſta, & euidenti iniquitate *in capit.
ſuum, in vlti. not. de pęn. Barb. in cons. 1. volu. 2.
Curt. Iun. in cons. 104. num. 4. cum duobus ſequ.
& alij,*

& alij, quos citat Menoch. in conſ. 675. numer.
95 23. Antecedens nullitatis probatur, ex eo
quod tunc, in ea facti ſpecie, non interue-
nit actor, ſeu Syndicus Meſſanæ, per quem
cauſa vniuerſitatis legitimè defendi potue-
rat, *ad tex. in l. 1. §. quibus, & l. 3. ff. quod cuiuſq;*
vniuerſ. nomi. l. de pollicitationibus ff. de pollic. l.
procuratores, & ibi glos. C. de decur. l. ita tamen,
& ibi glos. ff. ad trebel. l. ſed ſi hac, §. qui ma-
numittitur, ff. de in ius vocand. Gratia decis. 107.
Vinc. de Franc. decis. 309. Octa. Corſet. quaeſt. fo-
renſ. lib. 1. quaeſt. 10. Maſtrill. decis. 198. in prin.
vol. 2. vnde in his terminis nullam eſſe ſen-
tiam latã contra ciuitatem, probat *tex. in*
l. 1. C. de iur. rei publ. lib. 11. & tradit *Nicol.*
Loas. in tract. de iure vniuerſ. in 2. par. cap. vnica
num. 87. Hinc eſt quod in his caſibus, in
quibus ſententia de ſui natura ius facit in-
ter alios, de quibus *ſup. remiſſiue numer. 94.*
oporet illam fuiſſe latam cum legitimo
contradictore, vt docuit *Bart. in d. l. inge-*
nuum, & ibid. Albe. Angel. & alij ff. de ſta. homi.
96 *& Couar. in d. cap. 13. in loco preci.* Preterea
nullitas reſultat ex eo quod fuit lata ex ab-
rupto, precipitanter, & abſq; cauſæ co-
gnitione, *l. ex ſtipulatione, vbi Bar. C. de ſen-*
ten. & inter. omn. Iudi. Pau. de Cas. in l. cum hi,
§. ſi pretor, ff. de trans. Cano. in cap. E. S. M. & pre-
ſentim Felin, num. 17. de conſti. Bald. in l. 1. ff. de
reb. cor. Paris. alios citans, in cons. 89. num. 58.
vol. 1. Dec. in cons. 403. num. 19. Vant. de nulli.
in tit. de nulli. ex de fe. potes. num. 36. qui tenet
etiam hoc vendicare ſibi locum in ſenten-
tia Principis, quæ ſi ex abrupto, & non
precedente cauſæ cognitione fertur, eſt ip-
ſo iure nulla *Dec. in cons. 544. nume. 18. Capic.*
97 *in decis. 69. num. 35.* Cuius cauſæ cognitionis
defectus colligitur ex temporis breuitate,
nẽpe eo die, in quo fuit porrecta ſupplica-
tio ex parte Iuratorũ, in eodem fuit facta
prouiſio per S. E. ad relationem magiſtri
Rationalis Mariani de Iuliana, qui nullate-
nus potuit in tam breui, & momentaneo
tempore ſe informari de meritis negotij,
cap. cum ex literis, de in integ. reſti. & ideo talis
prouiſio fuit ipſo iure nulla ob defectum
cauſæ cognitionis reſultantem ex temporis
breuitate, prout arguit, & tenet *Imo. in*
cons. 98. col. 2. vers. pro predictis, & refert, & ſe-
quitur Dec. in d. cons. 403. arguitur enim ex
breuitate temporis cognitionem cauſæ de-
feciſſe, *Bar. in l. prolatã in fin. C. de ſente. Calde.*
in conſil. vltimo in tit. de re indi. Dec. in d. conſil.
544. num. 17. Fulgos. in cons. 165. incip. Inqui-
ſitione in prin. Feli. alios citans, in d. cap. E. S. M.
num. 14. & ibid. Dec. ſub num. mihi 23. Sed fa-
teor, quod huic capiti nullitatis duæ pri-
mo aſpectu, videntur refragari difficulta-
tes, Prima eſt illa, quæ reſultat ex literis
emanatis pro executione d. prouiſionis,
ex quibus videtur conſtare oppoſitum, dum
in eis Excellentia D. Proregis enunciat
in ea cauſa fuiſſe ex parte ciuitatis preſen-
tatas ſcripturas, & coram d. ſpectab. de
Iuliana, cui tunc fuit commiſſum negõ-
tium, fuiſſe pariter allegatum per aduoca-
tos d. Vrbis tam in iure, quia in facto, illãq;
prouiſionem emanaſſe ad relationem d.
de Iuliana, prehabita de omnibus diſcuſ-
ſione, & auditis etiam iuribus Regij Fiſci,
& ſic ex principis aſſertione conſtat fuiſſe
cauſæ cognitionem adhibitam, cui ſtandum
98 eſſe videtur, *ad tex. in clem. 1. & ibi Docto. de*
probat. Bar. in l. ambitioſa, num. 28. ff. de decre. ab
ord. Faci. Gozad. in conſil. 8. numer. 43. Aflict. in
capit. 1. nu. 27. qui ſucces. tene. Mand. in cons. 75.
num. 6. Soci. iun. in cons. 65. nume. 10. & conſil.
66. num. 6. vol. 1. & alij, quos ſciens pretereo.
Sed huic motiuo reſpondeo non eſſe abſo-
tum an talis aſſertio Proregis probet vel ne
aſſerta, quia licet illud ſit regulariter ve-
rum, ſunt tamen, qui regulam illam tan-
tum intelligunt procedere in ſummo Pon-
tifice, *Pau. de Cas. Gemi. Felin. Alex. Ias. Deci.*
Curt. Iun. & Crauet. quos citat. Anto. Gab. in tit.
de probat. conclus. 2. num. 20. & Maſcar. in con-
clus. 1227. num. 24. & licet magis communis
opinio ſit in contrarium de qua atteſtatur
idem *Gabr. vbi ſup. & quam tenent Docto. quos*
ipſe citat ibid. num. 18. & Maſcar. vbi ſup. num.
23. tamen illa procedit in Principe ſeculari
non recognoſcente ſuperiorem, ſecus in
alijs, vt poſt *Soc. & ceteros atteſtantur Gabr.*
ibid. num. 21. & Maſcar. num. 26. & Propterea
non eſt credendum Viceregi, qui ſuperio-
99 rem recognoſcit, ſicut non creditur Lega-
to a latere, vt tradit *Gabr. vbi ſup. num. 39.*
cui Prorex, æqui paratur, vt ſentit *Apon. de*
poteſt. proreg. in tit. de aſſe. reg. §. 6. num. 2. cum
tribus ſequ. Quin Imo, dato, quod inferio-
rum principum aſſertio probaret aſſerta,
illa tamen probat præſumptiuè, quouſq;
non conſtat de contrario, vt poſt *Bar. Rui.*
& Cepha. atteſtatur Maſcar. nu. 27. in loco prec.
& ideo non ſuffragatur aſſertio illa Prore-
gis dum ex actis conſtat oppoſitum, Nem-
pe aliud non eſt de medio, niſi ſola ſuppli-
catio Iuratorum porrecta Proregi die 18.
Auguſti 1578. in cuius pede extat decre-
tum, quod ſpectab. de Iuliana ſe informet,
& referat, qui eodem die retulit, & cum
relatione emanauit illa prouiſio, quæ in

vim

vim rei iudicatæ affertur, vnde ex tam mo-
mentaneo tempore fortius arguitur nihil
de enunciatis a Prorege interueniſſe, quia
impoſſibile eſt illa in tam breui tempore
100 potuiſſe interuenire, ad tradita ſup. nu. 97.
& ideo ſique preſumptio vrgeret pro aſſer-
tione Proregis, illa tñ tollitur ab iſta fortio
ri l. diuus. ff. de in te. reſti. cap. litteras de prſumpt.
Menoc. de preſ. lib. p. præſ. 30. & quidẽ fortior,
& validior eſt iſta, quæ ex temporis angu
ſtia reſultat, quia verisimilitudini magis
conuenit, Brun. in trac. de indit. in p. par. quæſt.
vltima, num. 2. quem refert, & comprobat
101 Menoch. de arb. iud. cas. 472. num. 22. & memi-
nit Menoch. lib. 1. preſump. 29. nu. 10. Ad quo-
rum confirmationem conſidero, quod tan-
to magis illa aſſertio Proregis non probat
aſſerta, ex eo quod enunciat factum alie-
num, & quod magis eſt, non coram, ſe, ſed
coram ſpet. de Iuliana, & ſic coram alio ge
ſtum, quo caſu non creditur etiã Principi
non recognoſcenti Superiorem, vt tradunt
Doſto. in d. clem. 1. de probat. Cald. & Anto. de
But. in cap. poſt ceſſionem, eod. tit. Aret in cap.
cum à vobis, num. 10. de teſtib. & in conſil. 22.
num. 9. & cons. 163. col. 3. verſ. ſecunda ratio.
Cald. in cons. 2. de priuil. Alex. in cons. 112. col. 1.
vol. 7. Ias. in cons. 34. col. pen. verſ. non quoque
obſtat, vol. 3. Menoch. cons. 100. nu. 18. Mendo.
in addi. ad lap. alleg. 7. & alii, quos citat Gabr. in
loco preci. nu. 50. & Maſcar. in d. conclus. 1227.
num. 52. cum multis ſeq. & dato, quod cre-
deretur, illius tamen aſſertio probat pre-
ſumptiuè, quouſq; cum conſtat de contra-
rio, vt poſt Lap. teſtatur Soci. in cons. 87. num.
19. vol. 3. Angel. in cons. 398. col. 1. Roma. in
cons. 369. nu. 38. Rui. in cons. 41. num. 15. vol.
1. Felin. in d. cap. cum a nobis, de teſtib. Crau. alios
citans, de anti. tempo par. p. num. 13. & in cons.
235. num. 42. Anto. Gab. qui & alios congerit in
d. conclus. 2. num. 49. & Maſcar. vbi ſup. nu. 64.
& 67. accedit Menoch. in d. cons. 100. num. 25.
Vnde eſto quod aſſerat Princeps cauſæ co-
gnitionem interueniſſe, & ex actis conſtat
102 oppoſitũ, ſtandum eſt actis, cap. quoniam con
tra cum materia ſua, de probat. Nam iſta nega-
tiua dicitur ad certam ſcripturam coarta-
ta, & redditur probabilis, Bar. in l. titie. texto-
vis in 2. not. ff. de leg. 1. & in l. 2. C. de erro. ad-
uoc. & ideo ad oſtendẽdum defectum cau-
ſæ cognitionis pro nullitate, recurritur ad
acta ex quibus talis defectus probatur Imo.
in cons. 100. in prin. Bald. in l. ſi contra C. de ap-
pell. Dec. in cons. 483. num. 4. & 5. Vant. de nulli.
103 in tit. à quo, & a quib. num. 12. & Maſcard. de
prob. conclus. 1110. num. 11. Secunda eſt dif-
ficultas, quæ oritur ex practica huius Re-
gni, qua attenta, quodidie ſolent fieri hu-
iuſmodi prouiſiones à Prorege, ad ſolam
regiorum Conſiliariorum relationem, &
ita factæ ſeruantur & tanquam res iudicatę
exequuntur de ſtylo, qui obtinet vim legis,
& omnino debet attendi, l. 3. §. fin. vbi
Bar. ff. de teſtib. l. labeo ff. de ſtatulib. cap. quem
graui de crim. falſ. Cano. in cap. 2. de reſcrip. Bald.
in l. 1. in fin. C. vt quę des. aduo. Marſil. in ſing.
118. Boe. in decis. 135. in fin. Dec. in l. edita, nu.
2. C. de eden. & in cons. 21. num. 16. Curt. Iun. in
cons. 162. num. 2. Afflict. in decis. 79. in fin. & in
104 decis. 253. num. 4. Menoch. in cons. 270. numer.
19. & cons. 187. nu. 27. Nempe tanta eſt il-
lius virtus, quod illius vigore, quod eſt illi-
citum, fit licitum, Thes. in decis. 186. num. 6.
Surd. in decis. 199. num. 14. & ſeq. & Bardel. in
cons. 30. num. 22. Sed pariter huic difficulta-
ti reſpondetur, quod licet tales prouiſſio-
nes ſummariæ & ex abrupto factæ ſecun-
dum Stylum, valeant in his caſibus, inqui-
bus fiunt, nullum tamen afferunt preiudi-
cium, in alia iudicij plenarij inſtantia, vn-
de tanquam res iudicata, in iudicio, in quo
plenariè de eodem Iure quęritur, opponi
minime poſſunt, Dec. cons. 96. Surd. cons. 189.
78 Et ſecundum prædicta procedit, quòd magis in terminis dictum eſt poſt *Bald.Sali.Natt.& Magon*.de eo, qui partem debiti ſoluir, qui propter hoc cenſetur debitum ipſum, ac reliquum agnoſcere, per illum *tex.in l.cum fidem*, C.*de non numer.pecu*. nempe illud eſt verum, in eo, qui ſcienter ſoluir, vt dicunt *Bar. Salic.& alij in d.l. cum fidem, in quo iuris articulo, vt ex diſtintione Sali. colligitur, vbi ſup.breuiter quatuor caſus conſidero*. Primus, quando ſoluens partem expræſſit ſe velle fidem cautionis agnoſcere, & tunc in totum ſibi præiudicat, vt *in d.l. cum fidem, & in aut.ſed cum teſtator, C.ad leg. fal*.Secundus, quando ſoluens expreſſit in parte ſoluta tantum agnoſcere, & tunc in reliquo ſibi non præiudicat, per illa iura *in l.quidam, ff.ſi cer.pet.& in l.fin. vbi not*.C.*ne vxo pro mari.Aret.in conſil.91.col.fin.Ias.in l.ſi ob turpem, ff.de cond. ob turp. caub. Paris.& Natt. quos citat Surd.in decis.33. num.12.idem Surd.de Ali.tit.4. queſt.16.nu.26.& in cons.212.num.25*.Tertius caſus, quando ſoluens nihil expreſſit ſoluendo partem debiti, & tunc in dubio non dicitut fidem cautionis agnoſcere, ita vt poſſit probare errorem, & repetere ſolutum, vt tradit efficaciter *Sali.in d.l.cum fidem in vltimo capite diſtinctionis, per tex.in l.cum de indebito, ff. de prob.quod non inficiat Natt.in cons.77.ſub.num.7*.qui tertius caſus conueuit rei, de qua

quæri-

Digitized by Google

quæritur, vt in ea, conſtito, quòd ipſe dominus Decius non ſit debitor, iuxta præmiſſa reſtituantur dictæ vntiæ duocentum quartus, & vltimus eſt caſus indubitabilis, quando ſoluens partem noluit fidem cautionis, in aliquo agnoſcere, quo caſu in nihilum ſibi præiudicat, vt inquit *Sali. vbi ſup. in 2. capit. diſtinctionis,* ad eo quòd, comperta veritate, ſolutum repeti poteſt, *l. 2. cum concord. ff. de cond. indeb.* & iſte eſt caſus noſter, in quo ipſe dominus Decius ſoluit illam partem coactè, nolens fidem cautionis agnoſcere, ſed non valens aliud agere animo, repetendi comperta veritate rei per tribunal Regij Patrimonij, vt ipſe aſſerit in memoriali, tunc porectò ſuæ excelentiæ qua propter vanum eſt affirmare, quòd per illam ſolutionem ſic factam, voluit ipſe dominns conuenctus agnoſcere prætenſum debitum, quo enim animo ſoluit, ex præcedentibus, & ſubſequentibus ſolutionem ipſam, iudex arbitretur, nempe ex his probatur animus, non minuſquam ex circumſtantijs, & qualitate facti, *ad trad. per Maſcard. de probat. conclus.* 95. & ita concludendum eſſe arbitror iuxta prædicta, ſalua ſemper ſanctiori doctrina preſtantiſſimorum iuris conſultorum tribunalis, vbi res ipſa pendet, quibus ex more hæc ſubmitto. Meſſanæ Die 4. Frebuarij 1617.

Ita iuris eſſe ſentio

Octauius Gloritius Iuriſconſultus Tropienſis.

RESPONSVM OCTAVVM

SVMMARIVM

1 *M. R. C. eſt iudex competens in cauſa feudali; quæ loco domini, vel parium eſt ſubrogata. & num. 2.*
2 *Iudex quis ſit competens in cauſa feudali, de iure communi feudorum.*
3 *Princeps, per viam legis generalis ius, & dominium alterius an tollere poſſit.*
4 *Magna Curia in loco, vbi reſidet concurrit cum ordinario.*
5 *Quid ſi recedit ante exſpeditionem cauſæ.*
6 *Cauſa debet finiri, vbi eſt inquoata,*
7 *Cauſa concluſa in M. C. in Regno Siciliæ, non tranſit in hermodicium.*
8 *Concluſio æquiparatur aliquando ſententiæ, remiſſiuè.*
9 *Iudices Straticotiales tenentur declarare contra priuilegta Meſſanæ*
10 *Mandata contra Priuilegia Meſſanæ, non debent exequi.*
11 *Literæ, de quibus quæritur, ſunt contra priuilegia Meſſanæ.*
12 *Ciues, & habitatores Meſſanæ non poſſunt alibi conueniri, vel accuſari, quam in curia Sraticotiali.*
13 *Forum originis, Vel Domicilij, quis ſortitur de iure communi.*
14 *Iudex domicilij, Vel originis, an poſſit cognoſcere de delictis alibi commiſſis.*
15 *Siculi, attentis capi. Reg. non poſſunt extrahi à foro domicilij, & alibi conueniri.*
16 *Priuilegij maior efficacia, ſi cum eo concurrit ius commune.*
17 *Reſponſio Primi obiecti.*
18 *Curia Straticotialis cognoſcit cauſas feudales, pro quibus ciues Meſſanæ in primo iudicio, ibidem debent conueniri,*
19 *Reſponſio ſecundi obiecti.*
20 *Iudicium cauſæ feudalis habet inſtantiam.*
21 *Deciſum, ſi quid non eſt iure feudi, recurritur ad ius commune.*
22 *Inſtantia cauſæ feudalis quanta ſit.*
23 *Quid in Regno Neapolitano*
24 *Iudicium, ad cuius transfuſionem datur cedula non eſt in conſideratione in hac facti ſpecie.*
25 *Partes poſſunt renunciare inſtantiæ,*
26 *Renunciari quid videatur, per ſimplicem litis ceſſionem.*
27 *Renuncians liti, ad illam reddire non poteſt,*
28 *Regreſſus non datur, ad ius renuntiatum.*
29 *exceptio, quæ oritur ex ceſſione litis, eſt litis finita, & impedit proceſſum.*
30 *Inſtantia noua in quoatur, vbi inſtantia perimitur, ſiue per lapſum temporis, ſiue per ceſſionem.*
31 *Inſtantiæ peremptio non perimit ius in ciuilibus, licet aliud in criminalibus.*
32 *Scriptura priuata regulariter non probat.*
33 *Scriptura priuata, auctoritate teſtium ſuffulta, an probet.*
34 *Iudicium ſemel exſtintum non reuiuiſcit.*
35 *Nonentis, nullæ ſunt partes.*

ARGVMENTVM

An, qui ex priuilegio à foro ſuo extrahi non poteſt, vti priuilegio poſſit aduerſus citationem factam ſuper transfuſionem iudicij alibi legitimè tentati cuius tamen inſtantia perijt per lapſum temporis, vel per litis ceſſionem.

SPiritus Sanctus Adſit. Viſo euilogio mihi exhibito, in eo de quo conſultatio queritur, videtur prima fronte, quod Præmiſſæ Literæ non ſunt contra Priuilegia ex duobus. Primo quia talis eſt natura cauſæ feudalis, de qua tractatur, cuius ſola M. R. C. eſt iudex competens in regno, vt legitur in conſti. ſtatuimus, & ibid. notat *Afflict. in 4. Nota. de offi. magi. iuſti. & in conſti. Margnæ curiæ, &*

riæ, &

Digitized by Google

vla, & ibid. idem Afflict. in 2. & 3. notab. & in conſti. Iuſtitiarij nomen in fin. & in conſti. ſi quis poſt litem §. in feudalibus, in quibus patet, quod de feudis quaternatis, vel de eorum quota ſolus Inſtitiarius, & Iudices Magnę Curię poſſunt cognoſcere, quibus abdicatiuè hæc iuriſdictio competit *Pet. de Greg. in tract. de iudi. caus. feud. quæſt. 7. ſub. nume. 7.* Itaquòd, licet iure feudi, dominus cognoſcit de feudo, ſi inter duos vaſſallos exſtat contentio, *cap. 1. Vbi not. de contr. feud. apud par tarmi. cap. imperialem, §. præterea, & ibid. feudiſtæ omnes, de prohibita feud. Alie. per feder. c. nouit, & c. cæterum. extra de iudi. c. & ex tranſmiſſa, & c. verum. de for. compe. Gram. in decis. 103. num. 133. latè Aiuaro. in capi. 1. col. 2. apud quem, vel quos, Cur. iun. in tract. de feudi. in 7. Par. Iacob. de 5. geor. de feud. in verſ. & dicti vaſſalli prodictis rebus, Alex. in conſil. 79. col. 5. vol. 1. Gui. Papa in decis. 139. num. 2. Pet. de Greg. de iudi. caus. feud. d. quæſt. 7. in prin.* adeo quòd in illius præiuditium in alium hæc iuriſditio non eſt prorogabilis, *glos. in d. §. præterea. & ibid. And. col. 6. in prin. verſ. ſed ſi dominus. & Alua. col. 2. Verſ. quæro cum iſta glos. Maran. in 4. par. quæſt. 12. numer. 25. Abb. in capit. p. & Greg. num. 18. de offi. delega. Natta. in cons. 413. num. 6. latè Surd. in conſil. 47. num. 8. Marta, de iuriſdi. num. 4. par. cent. 2. cas. 184. in fin. Capici. in Dec. 9. num. 8. & 9. foll. in d. conſt. Regni Iuſticiarius nomen numer. 122. Franc. decis. 417. Paris. in conſil. 118. num. 22. vol. 2. clarius in §. feudum quæſt. 39. in fin. Soci. Iuni. in cons. 74. num. 76. vol. 2. moli. lib. 4. de Hiſp. primoge. cap. 9. num. 5. & 9. Ceuall. quæſt. 782. nu. 2.* & pares eodem iure cognoſcunt, vbi de feudo ligio non quæritur, aut contentio eſt inter dominum, & vaſſallum *cap. Imperialem, §. penul. de probib. feud. alie. per feder. Cur. in tract. de feud. in 1. par. quæſt. 8. Older. in conſi. 234. in fin. Boſſ. de for. compe. nume. 170. Capic. in ſua inueſt. in verb. ligium feudum conll. 11. fol. mihi 233. Roland. in cons. 89. num. 19. volu. 2. Pet. de Greg. de conces. feud. in 5. par. quæſt. 8. & de Iudi. caus. feud. quæſt. 7. num. 15. verſ. ſecundo. infero. Intri. de feud. in 1. centu. quæſt. 28. num. 44.* tamen in Regno ſola M. C. loco eorum eſt ſubrogata, vt inquit, *Pet. de Greg. in d. vers. ſecundo in fero, & ipſa ſola congnoſcit, Par. de put. in tract. de reint. feud. cap. eſt aduertendum in fin. fol. 159. Mari. frec. de ſub feu. in tit. de offi. mag. iuſti. in prin. numer. 40. fol. 23. & in 7. auct. num. 2. fol. 203. Cumi. in Rit. cap. 76. num. 24. Afflict. in capi. 1. nume. 39. de ſuc. feud. Capic. in Inueſt. Rub. feud. genera, verſ. quaternatum in fin. fol. 230. Pet. de Greg. de conceſ. feud. par 5. quæſt. 5. ver. quartus effectus*, ex quo reſultat quod dato, quod ciues Meſſanę, ex priuilegio, pro eorum cauſis non poſſint alibi conueniri, niſi in foro ordinario ſtraticotiali, tamen tale priuilegium non procedit reſpectu cauſę feudalis, ſpecialiter propter eius grauitatem, reſeruatæ ſolę M.R.C. per uiam legis generalis, qua poteſt princeps, nedum priuilegium, ſed quòd plus eſt ius, & dominium alterius tollere, abſque aliqua rei compenſatione, ex *Bar. in l. toties, ff. de polli. Alex. in cons. 190. nu. 17. Vol. 2. quod eſt duplicatum in conſ. 108. vol. 3. quem refert, & ſequitur Dec. in cap. quæ eccleſiarum num. 21. in lib. meo verſ. ſecundo hoc intelligitur, de conſt. Cozadi. in cons. 5. nume. 21. verſ. quinto adduco, quorum meminit Ant. Gab. de iur. quæſt. non toll. concl. 2. num. 26. accedit Menoch. in cons. 701. num. 88. vol. 8. Pereg. in trac. de iure fiſc. lib. 5. tit. 2. num. 52. Verſ. Item cum domino in* Secundo quia dictæ litteræ non ſunt ſuper nouo iudicio inquoando in M. R. C. ſed ſuper transfuſione iudicij pendentis, olim moti in M. R. Curia, tempore, quo reſidebat Meſſanæ, quo caſu licitè potuit Iudicium intentari, etiam in Allodialibus, ad electionem Actoris R. M. Curia, quæ in loco, vbi reſidet concurrit cum ordinario, *And. in d. conſt. ſtatuimus col. 3. in prin. verſ. quid ſi princeps, cuius meminit Pet. de Greg. in d. quæſt. 7. num. 3. & in quæſt. 8. num. 4. de iud. cau. feud. Ioſep. cum ſuper Ritu. cap. 135. num. 121. & ibid. Mut. nu. 17.* quod expraſſè eſt prouiſum *in cap. Reg. Alfon. num. 177. idem Mut. ſuper Conſuet. Panor. cap. 5. ſub. num. 68. & in Ritu. cap. 72. num. 25. cum. ſequ.* & propterea licet, recedente Magna Curia
5 ab vrbe Meſſanæ, & per conſequens vigore Priuilegij Regis Alfon. cauſæ remanent penes ordinarium, prout eſt diſpoſitum *in cap. eiuſdem Reg. 177. qui in fin. reſeruat* Priuilegia locorum, prout clarius declarat, *Mut. in S. Rit. 72. ſub num. 37.* tamen, quia cauſa erat feudalis ſtetit in M. Curia, ad cuius transfuſionem emanarunt literæ, de quibus quæritur, ideo non conueniunt Priuilegia
6 de non exſtrahendis ciuibus, nempe cauſa ibi debet deffiniri, vbi legitimè fuit inquoata *ex reg. l. vbi captum, ff. de iudi. l. ſi quis poſtea. ff. eod. tit. & in l. pe. ff. de iuris omni. iudi. Abb. in capi. poſtulaſti num. 2. de homi. & latè Cors. in addi. ad repert. Abb. in verb. iudicium.* Nec prædictis refragatur, quòd Inſtantia dictæ cauſæ per lapſum temporis exſpirauit, iuxta *tex. in l. Properandum, cum materia ſua C. de iudi.* nam ſi eſt verum, quòd in

cedula ſupponitur dictam cauſam eſſe iam
concluſam, iſtud ſufficit in Regno ad per-
petuandam inſtantiam, itaquòd cauſa
7 non tranſit in hermodigium, vigore *Rit. in*
cap. Alfo. 184. quòd non eſſe ſublatum pa-
tet *ex prag. Card. V. in Regno ſub. tit. inſta. caus.*
cuius meminit in terminis cauſæ feudalis
Pet. de Greg. ind. tract. de iudi. cau. feud. cap. 43.
num. 8. qui ſentit, quod in hoc caſu conclu-
ſio æquiparatur ſententiæ, nec eſt nouum,
8 *ex glos. in l. ſi rem, §. fin. ff. de euict. cum concord.*
allegatis per eum, & ex Bar. in l. ſi mater, §. eam
dem. ff. de excep. re. iud. Fel. in cap. inſinuante col.
4. vers. 3. allego. de offi. deleg. Vinc. de Franch.
qui iſtud. declarat in decis. 286. nu. 4. & 8. mut.
in conſu. Pano. cap. 5. num. 30. & remiſſiuè ſuper
Rit. in d. cap. 72. num. 37. circa fin.

Sed tamen iſtis non obſtantibus, in con-
trarium eſt veritas, quòd immo litteræ, de
9 quibus quæritur, tendunt cum omnibus in-
de ſequutis contra priuilegia Meſſanæ, &
ita debet per iudices Straticotiales, Re-
gios delegatos declarari, Et pro hac veri-
tate ſuppono illud fundamentum, quòd
omne mandatum, ordinatio, ſeu ſcriptu-
ra, quæ emanat contra conſtitutiones, mo
10 res, conſuetudines, aut priuilegia Meſſanæ
non debent exequutioni demandari, niſi
fuerint regulata, vt patet ex Priuil. Roge.
& Manfr. de quibus in Eulogio, ſed in pro-
poſito, litteræ, de quibus quæritur, tales
ſunt, nempe tendunt contra priuilegia Meſ
ſanæ, ergo non debent exequi, ſed debent,
iuxta actum Allegationis declarari contra
priuilegia minor iſtius ſuppoſiti eſt vera,
quãdoquidem quatenus per dictas litteras
11 D. Ioanna ciuis Meſſanæ, de cuius ciuilita-
te, & origine patet in eulogio exſtrahitur
ab eius ordinario foro Straticotiali, & co-
gitur in M. R. C. reſpondere, & litigare,
certum eſt, præmiſſis litteris refragari priui-
legia Meſſanæ, ex quibus patet, quòd ciues,
& habitatores iſtius vrbis in curia Strati-
12 cotiali, & non alibi, tam pro ciuilibus,
quam pro criminalibus cauſis magnis, &
paruis in primo iudicio conueniuntur, &
accuſantur, itaquod cuiuſcunque aucto-
ritatis ſit is, qui litigat cum ciue, vel ha-
bitatore, non poteſt eum à ſuo prædicto
foro extrahere, & alibi conuenire, patet
ex priui. Roger. Fede. Manf. Iodo. Ioan. &
13 Alfon. cum quibus pariter, & ius commu-
ne concurrit, quo attento quis ſortitur fo-
rum originis, ſeu domicilij, *ex notat. in l. hæ-*
res abſens, §. proinde, ver. vt ſi quis in glos. in
14 *verb. debebit & in §. fin. ff. de iudi.* Itaquod in
fortioribus traditur, quòd iudex domici-
lij, vel originis cognoſcit de delictis, alibi
commiſſis, *Bar. in l. ſi cui, §. fin. ff. de accuſ. &*
in l. cunctos populos, num. 47. C. de ſum. trin. Ant.
de But. & Abb. in cap. cum contigat de iure Iuran.
& alii, quos congerit Couar. prac. quæſt. capit.
11. ſub. nu. 6. quibus accedit *Burs. in cons. 77.*
col. 2. vol. 1. Mago. in decis. 70. in lucu. Theſau.
in decis. peda. 90. num. 5. & Vince. de Fran. qui
horum meminit *in decis. 66. in fin.* quinimo
cum priuilegijs præmiſſis conueniunt ma-
gis ad rem *cap. Regni Reg. Alfon. 72. & 177.*
15 quibus attentis nemo ſiculus poteſt extra-
hi ab eius domicilio, vt inde alibi, omiſſo
iudice ordinario, teneatur litigare, quod
idem legitur *in cap. Reg. Mart. 62. Multa. ſuper*
Rit. in d. cap. 72. num. 33. ex quo datur intel-
16 ligi maior efficacia priuilegiorum Meſſanæ,
ſtante iuris communis, & ſtatutorum *con-*
curſu. arg. l. cum in adoptiuis, C. de Adopt. & in
§. ſed hodie inſt. eod. quòd in terminis teſta-
tur *Fran. in decis. 505. num. 2.* Et ideo, quate-
nus per litteras præmiſſas D. Ioanna exſtra-
hitur à foro ſui domicilij, dictæ litteræ, ex
hoc capite ſunt contra priuilegia, & iſtud
non habet dubium, ſi ea, quæ ex aduerſo
allegabantur in facto non militant (vt o-
ſtendetur) vnde ſolum reſtat reſpondere
ad obiecta, ex quibus apparet prima fron-
te rem ipſam habere aliquam difficulta-
17 tem quoad primum vnico verbo reſpon-
deo naturam cauſæ feudalis non obſtare,
nam licet ſit verum, ex diſpoſitione ſtatu-
torũ, quæ vrgent in vtroque Regno, ſolam
M. Curiam de cauſis feudalibus cognoſce-
re, vt ſupra probatum eſt, tamen ex priui-
18 legio Curia Straticotialis à tali cognitio-
ne non eſt excluſa, in tantum quod iudices
Curiæ Straticotialis cognoſcunt in primo
Iuditio cauſas feudales, de quibus alias M.
Curia congnoſcit, itaquòd pro cauſis feu-
dalibus cuiuſcunque qualitatis fuerint ci-
ues Meſſanæ alibi citari, nec extrahi poſ-
ſunt, vt prouiſum eſt per eternæ memoriæ
Regem *Philip. 2. in cap. 4.* cuius meminit *Io-*
ſep. Cumi. ſuper Rit. cap. 83. nu. 23. & poſt eum
Maſtrill. in addi. ad Pet. de Greg. in tract. de iu-
di. caus. feud. in quæſt. 7. lit. D. ad cuius Vrbis
vberiorem cautelam extat in forma priui-
legium exſpeditum ab eodem Principe, in
quo expreſſe Cauetur, quod nec ex officio,
nec ad partis inſtantiam poſſint ciues Meſ
ſanæ alibi conueniri, etiam in M. R. C. pro
cauſis feudalibus, niſi in eorum foro ordi-
nario Curiæ Straticotialis, & ſic ceſſat om
nino Primum obiectum, nam in caſu legis
non

Digitized by Google

non cadit difficultas, l. ancillæ & ibi Bal. C.
de furt. & in claris non eſt opus coniecturis, l. il-
le, aut ille, §. cum in verbis ff. de lega. 3. & l. con-
tinus, §. cum ita cum ſimilib. ff. de verb. obliga.
19 Quoad ſecundum, in quo ſtat prima
fronte difficultas pro ſulutione conſidero
nullum hodie pendere iudicium prætenſæ
cauſæ in M. R. C. Itaquòd potius de nouo
agitur iuditio, quam de illius transfuſio-
ne, & ideo refragantibus Priuilegijs, non
poteſt D. Ioanna à ſuo ordinario foro ex-
trahi, & ſub colore dictarum literarum
20 in Magna Curia nouo iudicio conueniri,
& pro huius rei veritate, ſuppono breui-
ter, quod Iudicium cauſæ feudalis habet
inſtantiam, non minus, quam ſi de re allo-
diali ageretur, iuxta illum tex. in d. l. pro-
perandum C. de iud. Nam eo ipſo, quod iure
21 feudi non eſt deciſum quanta ſit inſtantia
cauſæ feudalis, recurritur ad ius commune
ad tex. in cap. 1. de feud. cogni. Alua. in capit. im-
perialem, §. penul. in fin. de probib. feud. ali. per
fed. cur. iun. in trac. de feud. in 7. par. quæſt. 3. Ca-
pic. in decis. 186. & Cara. ſuper Rit. Neap. 244.
22 num. 1. Et ſic erit triennalis, prout eſt deffi-
nitum in ciuilibus in d. l. properandum, & te-
net Pet. de Grego. in d. Trac. de Iudi. cauſ. feud.
quæſt. 43. & licet Boer. in conſue. Bitur. tit. des co-
ſtumes §. 23. in fin. voluit inſtantiam cauſæ
feudalis anno perire, per tex. in capit. 1. vbi
hoc not. ſi de inueſti. inter domi. & vaſſ. lis oria-
tur, tamen verius eſt illam eſſe triennalem;
& quod traditur in d. capit. 1. procedit in 2. in-
ſtantia, vt ibid. teſtantur Iſer. Alua. Trapo. &
Bal. quorum in hac re meminit Cara. in d. Rit.
244. num. 2. quod in Regno non habet du-
bium, in quo licet per capi. Caro. V. nu. 198.
fuerit cauſarum inſtantia abbreuiata ad
biennium, in feudalibus tamen nihil eſt
innouatum, & expreſſe de his excipitur,
23 Maſtril. in decis. conſi. 66. num. 9. quamuis in
Rengno Neapolit. (licet aliud ſentiat Ca-
ra.) inſtantia cauſæ feudalis durat per an-
num, quia ſic eſt præſcriptum in d. Rit. 244.
& tenet Affli. in conſti. Reg. hac lege. in 1. notab.
Venus in prac. in 5. par. nu. 42. & Annib. Troiiſ.
in d. Rit. vbi expreſſe inquit diſpoſitionem d.
l. Properandum, in Regno eſſe Correctam
reſpectu cauſę feudalis. Hoc ſuppoſito di-
co breuiter, quod illud iudicium præten-
24 ſum, motum in anno 1528. in M. R. C. ad
cuius transfuſionem emanarunt literę præ-
miſſæ, non eſt in conſideratione, licet eo
tempore potuit intentari in d. Tribunali
M. C. tum quia cauſa erat feudalis, tum
etiam quia tunc reſidebat Meſſanæ, vt ex
præmiſſis patet, nam illud eſt penitus ſub-
latum, illiuſque Inſtantia penitus perem-
pta, & ſi non lapſu temporis, ſi verum eſt
cauſam fuiſſe concluſam, ſed facto partium
per expræſſam renunciationem, cui partes
25 poſſe renunciare nemo dubitat, ad notat.
in l. 1. C. de preſ. Long. temp. Bal. in l. poſtquam
liti. num. 2. & ibid. Fulgo. Salij Pau. de Cas. &
alij C. de pactis, Alex. in cons. 22. num. 6. volu.
1. De qua renunciatione conſtat per Alba-
ranum D. Philippi la Rocca de menſe Maij
1583. Legitimi contradictoris d. pretenſę
cauſæ, vt patet ex capite illius contractus
Accordij, in Eulogio præſentato, qui con-
templatione domini Viſcontis Rizzo con-
nenti, à quo ipſa D. Ioanna, vti filia, &
hæres cauſam habet, fecit litis ceſſionem
in ampla forma, tam reſpectu iuris, cauſæ,
& Actionis, quam etiam reſpectu inſtan-
tię, Itaquòd in hac re ceſſat difficultas,
26 quid per ſimplicem litis ceſſionem videa-
tur renuntiatum, quamuis communiter tra
ditur quòd cauſæ, & inſtantiæ renuntiatum
cenſetur, vt notat glos. 1. in d. l. poſt. quam li-
ti, & ibid. ita ſummat Bald. & poſt eum Doct.
quos reaſſumit Pet. Surd. in decis. 282. num. 20.
qui refert Cur. Iun. ibid. nu. 9. atteſtari de co-
muni, nam in hac facti ſpecie verba ceſſio
nis ſunt clara, Itaquod non eſt opus acce-
dere ad coniecturas, nempe D. Philippus
expreſſe ceſſit, tum cauſę, & actioni, tum
etiam inſtantiæ, & ſic vtrunque ex ceſſio-
ne fuit ſublatum, ſi verba debent attendi
ex l. non Aliter, ff. de leg. 3. & l. 2. §. fin. ff. ad
Tertu. Socc. Iun. cons. 3. num. 36. vol. 1. & conſil.
160. num. 47. vol. 2. quæ cum virtute operan
di cenſentur appoſita, iuxta not. in l. 1. ff.
quod. met. cauſ. & in l. 1. ff. ad muni. l. ſi quando,
ff. de leg. 1. Bal. in rub. C. de cont. empt. quæſt. 9. &
Dec. in conſi. 626. num. 7. cum concord. Vnde re
ſultat, quòd nullo iure poteſt D. Ioanna
ad preſens, cauſam iam finitam per ceſſio-
27 nem D. Philippi, à quo ipſe cauſam habet
inſtaurare, quia qui renunciat liti, ad il-
lam redire non poteſt, ad tex. in d. l. poſt quam
liti, & ibid. inquit. Dec. num. 17. & eſt generale
quod ad ius renuntiatum non datur regreſ
28 ſus, l. quæritur, §. ſi venditor, ff. de edili. edic. l.
herennius, in prin. ff. de euict. cap. quam pericu-
loſum. 7. quæſt. 1. Dec. in cons. 389. num. 10. Ce-
phal. in conſi. 423. num. 23. Crau. in cons. 24. nu.
4. & in cons. 290. num. 2. Bec. in cons. 38. nume.
4. & in cons. 58. num. 8. Menoch. in cons. 1. num.
209. vol. 1. quorum meminit Pet. Surd. qui-
bus accedit in decis. 51. num. 11. & in decis.
231. num. 13. & ideò Doct. communiter in d. l.

Digitized by Google

poſtquam liti teſtantur, quod exceptio, quæ
otitur ex litis ceſſione, eſt litis finitæ, &
impedit Proceſſum, ſicut ceteræ, de qui-
29 bus *in cap.1.de lit.contes.in 6. quod not.Bar.in
d.l.poſtquam liti in fin.Bal.in 5.oppoſi.ſub. num.
4.& ibid.Paul.num.2.& Dec.num.9.* qua de
re ſi de facto inſtauratur, ſtante ceſſione
inſtantiæ, nouum eſt iudicium, quòd in-
30 choari neceſſe eſt, ac ſi inſtantia per lapſum
temporis eſſet perempta, iuxta, *glos. in l.
properandum, §.fin.in verb.vigorem C.de iudi.
Bar.in l.petenda C.de temp.in integ.reſti.Venus.
in prac.in 5.par.num. 47.& 55.* Et illud eſt
indubitatum in ciuilibus, quia data perem
31 ptione inſtantię, ius remanet, vt inde no-
uo iudicio poſſit intentari, refectis expen-
ſis, *Sali.in l.qui de crimine, in 4.oppo. C.de ac-
cus.Capi.decis.206.num.4.* Clar.in *quæſti.51.
verſ.alia eſt defenſio, Venus.vbi ſup. Cara.in
rit.248.num.14.Curt.Iun.in cons.163.num.4.
Canal.decis.22.num.56.in 3.par.Roland.conſil.
94.num.6.vol.3.& cons.82.nu.4.&* Maſtril.
*in decis.70.*licet aliud ſit in criminalibus, in
quibus actor non auditur, etiam ſi voluit
expenſas ſoluere, *Sali.& Alex.in d.l. prope-
randum, §.fin.* Afflic.*in cons. reg. Accuſatorem,
in 2.not.*Sali.*in l.1.C.vt inf.cert.temp.& in l.
abolitionem col.1.C.de ad alte. Grama. vol.31.
Iul.clar.in tract.crimin.queſt.51.nu.8. Sali. in
d.l.qui de crimine. C.de accus. poſt.num.8. Capi.
in decis. 206.nu.4. Vinc.de Franc.in decis.250.
in 2. par.Caran.in Rit.Neap.248.num.13.&
14.Roland.in cons.93.num.7.vol.3.& in cons.
82.num.4.vol.4.Maſtril.in d.decis.70.in prin.
Galea.malua in conſi.110.num.4. Surd.in cons.
199.num.1.*late dixi, & ſcripſi occaſione il-
lius articuli, an reus ex confeſſione poſſit
condemnari, non obſtante lapſu inſtantię
*rub. de probat. vbi de communi poſt. Sali.in d.l.
qui de crimine, & poſt Roland. Malu. Vince.de
Franc.& Iul.clar.vbi ſup.* Itaquę ex prędictis
patet nouam in ciuilibus Inſtantiam in-
choari, ſublata, & perempta inſtantia,
prout in propijs terminis ceſſionis, ſentit
*Pau.de Caſtr.in d.l. poſtquam liti, in fine C.de
pact.* Et propterea, ſi nouo agendum eſt iu-
dicio, nullo modo poteſt D. Ioanna alibi
conueniri, niſi in foro Meſſanæ, & obid
quatenus ſub colore pręmiſſarum litera-
rum, extrahitur, tales literæ ſunt contra
priuilegia, & ita omnino debet decla-
rari.
32 Audio tamen, quod vnum ex Aduerſo
ſit motiuum, videlicet, quòd non conſtat
de tali litis ceſſione, niſi per Albaranum,
quòd tamquam priuata ſcriptura non pro-
bat regulariter, *ex not.in l.ſcripturas, cum auth.
ibi poſita C.qui pot. in pigno. hab.faciunt iura in
l. inſtrumenta domeſtica, & in l. exemplo C. de
probat. cap.2.& ibid. Cara.extra de fid.inſtru.
Afflic.in decis.85.in fin.Ioan.de Ami.in conſil.
101.num.24.Bart.& alij in l.Admonendi ff.de
iure iur.Roma.in conſi.303.Hyppo.de Marſi.in
ſing.436.Roland.in cons.26.in prin.volu.1.&
Maſcard.de prob.conclus.111.num.1.volum.1.
Aret.in conſi.64.num.1.Turret.alios citans in
cons.74.num.59.vol.1.Coſta cons.1.nume.92.
volu.1.Rimi.Iun.conſil.39.numer.9.& ſequen.
Menoch.conſil.1.num.326.& conſil.378.num.
10.Petr.Bimius.in conſil.216.nume.92.volu.3.
cum alijs citatis a Nicol. Gen.de ſcrip. priua. lib.
1.queſt.4.in prin.* Sed prædicta ſunt vera, &
procedunt in ſcriptura priuata, nullo te-
ſtium adminiculo ſuffulta, nec iuſtificata,
& in his terminis ſtat regula, & loquun-
tur doct. præ alle, ſed quando ſcriptura li-
33 cet priuata, partis, & teſtium ſubſcriptio-
ne iuſtificatur, ſecus eſt, prout in facto, in
quo Albaranum extat ſcriptum, & ſubſcri-
ptum manu d. D. Philippi, eiuſque ſigil-
lo munitum, cum teſtium, ſubſcriptione,
illudque conſtat per teſtes receptos in cu-
ria Straticotiali, quorum vigore ad inſtan-
tiam domini Viſcontis fuit per publicum
notarium authenticatum, ex quo reſultat,
quod talis ſcriptura probat eo ipſo, quod
conſtat eſſe ſcriptam manu D. Philippi, &
per teſtes eſt iuſtificata, *Bar.in l.Admonen-
di num.26.& ibid.Alex.num.31.& latè Ias.in
repet.num.88.ff.de iure Iur.Ant.de But.& Imo.
in d. cap.2.col.3.Verſ.ſed aduerte de fid. inſtru.
idem Imo in l.nuda, col.fin.verſ.idem adde, ff.de
Donat.Alex.in conſil.181.num.4.volu.2.* con-
ueniunt ad materiam tradita *per Afflic. in
deciſ.181.Roland.in conſil.26. volu.1. Alex.
in conſil.289.volu.6. Menoch. de arbi.Iudi.cas.
114.Maſcard.ex recentioribus de probat.in con-
clus.110.num.1.& in conclus.1294.in 3.vol.
Paris.conſil.19.num.109.& in conſil.45.num.
1.Volu.3.Cran.conſi.73.num.15.Cephal.conſi.
263.num.32.& ſequen. & num.69. Surd.in
conſil.368.num.19.volu.3.Burg.in tract.de
laudi.part.3.inſpec.38.num.1.Magon.decis.luc.
25.num.10.Cæſar. Barz.deciſi.21.nume.8.&
Genua. in tract.de ſcrip.pri.in d.capit.4.numer.
225.*& ideo probata ceſſione litis, & in-
ſtantię, ſubſiſtunt quæ dicta ſunt, nouum
videlicet eſſe iudicium, quòd oportet ad
preſens intentari ex forma Priuilegiorum
in curia Straticotiali, nec de primi iudi-
cij transfuſione quæri poteſt, nam eo ipſo,
quòd per litis ceſſionem eſt extintum, am-
plius

pliuſ reuiuiſci non poteſt, *ex l.qui rem, §. aream, ff.de ſolu.l.eius qui, §.fin. ff. de iure fiſc. glos.in l. ſi eum qui, §.fin.ff.de furt.Tiraq.in l. ſi vnquam in verb.ſuſceperit diberos num.* 19.*C. de reuocand.donat. Zanch. in l.heredes mei, §. cum ita, in* 8.*par.nu.*161.*ff.ad Trebel.& Surd. in decis.*51.*num.*5. & per conſequens de eius transfuſione non eſt tractandum, quia non entis nullæ ſunt partes, ſeu qualitates, *l. eius, qui in Prouincia, ff.ſi cert.pet. l.ſi chorus ff.de leg.*3.*Roland.in cons.*57.*num.*19.*volu.*1. *& Pet. Surd.in deciſ.*317.*num.*6. & ita iuris eſſe ſentio, & in fidem ſubſcripſi, & ſignaui. Meſſanæ die 15. Decembris 1610.

Ita Iuris eſſe ſentio ſaluo.

Ego Octauius Gloricius Iuriſconſultus. Meſſanæ legens.

Digitized by Google

RESPOSVM NONVM

SVMMARIVM

1 *Congrua, de qua queritur, cedit in cauſam alimentorum vſque ad num. 14.*

2 *Verbis inſeruiendum eſt in cuiuslibet diſpoſitionis interpretatione, à quibus non licet recedere.*

3 *Subſtentationis cauſa, ſi quid ſoluitur, vel relinquitur, dicitur ſolutum, vel relictum pro alimentis.*

4 *Alimenta, ſubſtentationis appellatione, continentur.*

Penſio, quæ reſeruatur pro ſubſtentatione pentionarij, cædit in cauſam alimentorum, Ibidē.

5 *Expreſſum ſatis dicitur, quod ex natura verborum includitur.*

6 *Expreſſis, vel æquipollentibus verbis aliquid exprimi, nihil refert.*

7 *Verba, ſecundum ſubiectam materiam moderantur.*

8 *Interpretatio, debet fieri ſecundum ſubiectam materiam.*

9 *Parochiani tenentur prestare alimenta parocho indigenti.*

Spiritualia, qui ſeminat, debet temporalia percipere, ibidem.

10 *Oblationes facere tenentur parochiani, presbyteris indigentibus.*

11 *Sententia præſumitur, quod proceſſit ex cauſa, ex qua ſuſtineri poteſt.*

12 *Actus præſumitur factus ex cauſa neceſſaria.*

13 *Iudex præſumitur pronunciaſſe ſecundum, quod ius diſponit.*

14 *Congrua ſubſtentatio, quæ præſtatur parocho, cohæret eius oſſibus.*

15 *Alimenta, vti perſonalia ad hæredem non tranſmittuntur, nec cædi poſſunt, nec publicatis bonis tranſeunt in fiſcum,*

Vita, & militia, quę præſtantur ſuper fructibus feudi, non tranſmittitur, ibidem.

16 *Alimenta expirant per mortem eius, cui debentur.*

17 *Perſonalia, quæ ſunt, perſonam non excedunt, maximè quando perſona eſt cauſa immediata actus, cuius intuitu actus proceſſit.*

18 *Alimenta debita alicui intuitu officij, ſunt perpetua, & tranſeunt ad ſucceſſorem in illo officio, ſed dicuntur perſonalia quoad perſonam officialis, cuius oſſibus cohærent. num. 19.*

19 *Debitum alicui, ſub nomine dignitatis, regulariter tranſit in ſucceſſorem in illa dignitate.*

20 *Pactum appoſitum in conceſſione feudi, per quod filiæ in genere vocantur, eſt perſonale, nec extenditur vltra filias, ſicut non extenditur vltra indiuiduum, quando indiuidualiter vocatur filia per nomen.*

21 *Sententia eſt ſtricti iuris, nec ex ea plus infertur, quam ex neceſſitate inferri poteſt, nec extenditur.*

Verba ſtrictè debent intelligi, prout ſonant, ibid.

22 *Sententia debet interpretari, vt noceat minus, quam ſit poſſibile.*

23 *Subſtentatio congrua, quæ preſtatur parocho, debetur officio Iudicis.*

Alimenta, ordinata à lege, debentur officio Iudicis, equitate ſuggerente, ibid.

Nec præſtantur, vbi officium Iudicis ceſſat. num. 25.

24 *Officium Iudicis ex mera equitate interponitur, & ab ea deſcendit, tamquam filius à matre.*

25 *Filius non eſt alendus, quando aliunde habet.*

26 *Alimenta preterita, que preſtari ſolent, Iudicis officio, non debentur.*

27 *Actionis iure, ſique competunt, pro eis ſine actione nemo experitur.*

28 *Officium Iudicis introductum eſt, in locum deficientis actionis.*

29 *Subſtentatio congrua, de qua queritur, preſtatur ex cauſa certa, & determinata in ſententia.*

Cauſa de futuro, cuius implementum reſpicit commodum ſoluentis, cenſetur finalis.

Idem in cauſa expreſſa in ſententia, ibid.

30 *Cauſa, quæ totam reſpicit diſpoſitionem, & illi cauſam dat, cenſetur finalis.*

31 *Ratio regulat diſpoſitionem, illamq; reſtringit, & ampliat ad caſum, in quo Ratio ipſa conuenit.*

32 *Diſpoſitio ceſſat, eo ipſo, quod ceſſat ratio finalis diſpoſi-*

diſpoſitionis.

33 *Cauſa finalis eſt primum principium diſpoſitionis, & ab ea diſpoſitio regitur, & in ea ſe habet vt forma.*

34 *Forma ceſſante, corruit diſpoſitio.*

Forma cenſetur ſubſtantialis, & dat eſſe rei, ibid.

35 *Debitum, quod præſtatur ex cauſa, regulatur ſecundum cauſam ſibi annexam.*

Alimenta, quæ præſtantur ob cauſam, ceſſant ceſſante cauſa, ibid.

36 *Congrua ſubſtentatio, quæ præſtatur parocho, non eſt de redditibus beneficij, nec appellatione fructuum continetur, & num. ſequen. vſq; ad finem.*

37 *Collegio diſſoluto fructus eccleſiæ ſpectant ad ſuperiorem.*

Quid in alimentis quę præſtantur ijs, qui ſeruiunt eccleſiæ collegiatæ, num. 38.

Bona vacantia ſpectant ad fiſcum, ibid. nu. 37.

39 *Fructum appellatione, non continentur ea, quæ cohærent perſonę.*

40 *Adiutoria, quę preſtantur Baroni à vaſſallis, dicuntur extra rem, & fructuum appellatione non continentur.*

Adiutoria, quæ ſolent preſtari Baroni an debeantur vſufructuario, vel creditori, qui poſſidet feudum, ibid.

41 *Diſtributiones quotidianę, debentur prouictu clericorum, pro labore, & ſeruitio perſonali.*

42 *Diſtributiones quotidianæ, an appellatione fructuum continentur, & num. ſequen. Vſque ad finem.*

Canonicus ſeruiens epiſcopo, vel abſens cauſa ſtudij, licet percipiat fructus prębendæ, tamen non percipit diſtributiones quotidianas, ibid. vid. num. 47.

43 *Diſtributiones quotidianæ, an continentur ſub indulto de lucrandis fructibus in abſentia, vel ſub condemnatione fructuum perceptorum.*

44 *Diſtributionum valor, an ſit exprimendus in impetratione beneficij.*

45 *Annata, an ſoluatur de diſtributionibus, in expeditione bullarum beneficij.*

46 *Congrua, de qua quæritur, an habeat ſymbolum cum diſtributionibus quotidianis, ita vt de vno ad aliud valeat argumentum, & nu. 48.*

47 *Diſtributiones quotidianæ ſunt incertę, & dietim diſtribuuntur, ibid. num. 47.*

48 *Diſtributiones, quæ non dietim, ſed in fine anni diſtrubuuntur computantur inter fructus, & priuilegiatis abſentibus debentur, declaratur num. 52.*

49 *Argumentum à ſimili procedit dum aſſimilata conueniunt in terminis, de quibus agitur, licet in alijs differant.*

50 *Congrua, de qua quæritur, eſt incerta, attenta origine, vnde debetur.*

51 *Alimentorum legatum eſt incertum, licet ad certam ſummam per arbitrium iudicis fuerit liquidatum.*

52 *Seruitium parochi inſpicitur in congrua, quam prẹſtant parochiani, & ſecundum illud regulatur.*

ARGVMENTVM

Congrua ſubſtentatio, quæ cappellano præſtatur de Regio Iure patronatus, an eo mortuo, durante vacatione, ſpectet ad Regiam Curiam, quę fructus beneficiorum, de iure patronatus Regio, vacantium percipere ſolet.

SPiritus Sanctus adſit. Hæc facti ſpecies proponitur ab vniuerſitate Sãctæ Lucię de mẽbris, & pertinentijs, ſeu de diſtrictu huius Nob. Vrbis Meſſanæ, & petita conſultatione, verius de iure eſſe arbitror, prout alias interrogatus reſpondi, quod ſolutio illarum vntiarum ſexcentum, quas pro ſubſtentatione parochi, dicta vniuerſitas annuatim tenetur præſtare, vigore aſſertæ ſententiæ, eidem parocho, ceſſat, mortuo cappellano, pro tempore vacationis cappellaniæ, & per conſequens quantitas pręmiſſa ad Regiam Curiam, ad quam ſolet fructus beneficiorum, de iure patronatus Regio vacantium ſpectare, nullo iure pertinet.

1 Pro cuius rei veritate indaganda ſuppono vnum pro conſtanti, quod hæc quantitas pręſtatur parocho maiori cappellano ex cauſa alimentorum duo ſunt, quæ pro

2 ſuppoſito ſuffragantur. Primo verba ſententię, à quibus non licet recedere; quia eis inſeruiendum eſt in cuiuslibet diſpoſitionis interpretatione, *ad tex. in l. 1. §. ſi is, qui nauem, ff. de exerci. l. non aliter, & l. ille, aut ille §. cum in verbis ff. de leg. 3. Soc. Iun. in conſ. 3. num. 36. volu. 1. & in cons. 260. num. 4. volu. 2. Roland. in cons. 61. num. 36. cum ſequen. vol. 3. & in cons. 39. num. 4. vol. 4. & Becc. in conſil. 21. num. 33. Vol. 1.* patet Itaque ex tenore ſententię, quod fuit condemnata vniuerſitas ad ſoluendum quolibet anno dictas vntias ſexcentum, pręfato parocho, pro

eius

Digitized by Google

eius congrua ſubſtentatione, & ſic pro alimentis, *ad Tex. in cap. omnino & ibi glo: in verb. mercede, 31. diſt: quā ad hoc citat. Bonaco: in tract.*
2 *de ſer. & famul. & queſt.* 201. vnde quod pro
iuſtentatione alicuius relinquitur, dicitur
relictum pro cauſa alimentorum, *Pau. de Caſt. in conſi. 438. ſuper dictis quæſitis nume. 2. vol. 2. quem refert, & ſequitur Aij Crau. in conſ. 199. lib. 4. dubi. 11. num. 7. Surd. de alim. tit. 2. quæſt. 2. num.* 19. quia alimenta ſubſtentatio
4 nis appellatione continentur *Ioan. Pet. moligna in tract. de appel. vtriuſque iur. verb. ſigni. num.* 1051. & propterea penſiones eccleſiaſticæ, quia reſeruantur pro ſubſtentatione pentionatij, cædere in cauſam alimentorum, eorumque naturam aſſumere, atteſtatur *Hiero. Gig. in tract. de pentio. quæſt. 51. nu.* 20. qua de re licet in dicta ſententia non exſprimatur indiuidualiter, quod dicta quantitas præſtatur pro alimentis, quo caſu eſſemus in claris, *Petr. Surd. in d. queſt. 2. in prin.* tamen eo, ipſo quod exſprimitur illam deberi pro congrua ſubſtentatione, vtique hoc ſufficit, vt dicatur præſtari ex cauſa ali-
5 mentorum, nempe ſatis dicitur expreſſum,
quod ex natura verbum inducitur, *Bar. in l. ſi fideiuſſor, §. meminiſſe ff. de leg. 1. & in l. naut §. ogriplean. de leg. 3. Rui. in conſ. 148. ſub. nu. 6. vol. 3.* & pro expreſſo habetur, quod ex verbis diſpoſitionis reſultat, idem, *Rui. in cons. 122. n. 11. vol. 2. & in cons. 159. nu. 10. Vol. 3. Bal. in l. 1. col. fin. C. de his, quę ant. aper. tabul. Taris. in cons. 97. n. 107. vol. 1. & Rol. in cons. 27.*
6 *nu. 36. vol. 4.* Et ideo nihil refert, an aliquid
expreſſis, vel æquipollentibus verbis exſprimatur, vbi verba illud ſingnificant, *ad tex. in l. qui totam ff. ad Trebel. & in l. fin. C. ad leg. falci. iuncta auth.* ſed cū teſtatur, vbi *Pau. de Cas. num. 2. l. eodem tit. ad tradita per Boer. in deciſi. 44. num. 33. Rui. in cons. 47. num. 18. vol. 2. Iul. clar. in §. teſtamentum, ſub. num. 4. vers. contrarium Paris. in cons. 21. num. 35. vol. 3. Roland. in d. cons. 27. num. 34. Anto. Gab. qui alios citat, in trac. commu. opio. in tit. ad ſenat. cons. Trebel. conclus. 2. vers. contrarium, Menoch. latè in conſil. 374. num. 4. vol. 4. & Manti. de conie. lib. 7. tit. 21. nu. 6. cum ſequ. Maſca. de prob. conclu. 1389. num. 4. Petr. de fideicom. queſt. 15. num. 190. & Menoch. de pręſump. lib. 4. pręſump. 198. numer. 10. cum ſequ.*

7 Secundo principaliter ſuffragatur illius
ſententię ſubiecta materia, ſecundum quā oportet illius verba moderari, *ad tex. in l. inſulam ff. de pręſcrip. verb. l. ſi ſtipulatus ff. de vſur. l. ſi vno ff. locat. l. ſi olei,, vbi Bar. C. eodem tit. Ceph. in cons. 256. num. 33. & Becc. in cons.*
8 88. *num. 12. vol. 1.* Vnde interpretationem
faciendam eſſe ſecundum ſubiectam materiam inquit, *Soci. in conſi. 1. num. 120. volu. 1. Becc. in cons. 66. num. 14. & in cons. 105. nume. 24. vol. 1. Alex. in conſi. 26. num. 6. vol. 5. Natt. in cons. 476. num. 3. Roland. in cons. 39. num. 9. cum ſequ. vol. 4. Becc. in cons. 101. num. 40. vol. 1. & Surd. de alim. tit. 5. quæſt. 1. nu. 4.* Et ideo dum vniuerſitas prędicta condemnatur ad pręſtandum dictas vncias ſexcentum, pro congrua ſubſtentatione parochi, pro laboris mercede in animarum cura, & Sacramentorum adminiſtratione, ex ſubiecta materia reſultat, quod pręſtatio hęc ſit ex
9 cauſa alimentorum, ad quarum pręſtatio-
nem tenentur parochiani, vbi eccleſia redditus non habet, vnde poſſit parochus ſe ſubſtentare, nam dum ſpiritualia ſeminat, congruum eſt in laboris impenſi iuſtam mercedem temporalem accipere, *capi. cum ex officij, circa fin. extra de præſcrip. & capit. ſi epiſcopus, de offi. ordi. in 6. quod in hiis terminis notat glos. in cap. omnis Chriſtianus, in verb. vacuus, de conſe. diſt. 1. Abb. in capit. de rectoribus num. 6. de cler. ęgrot. idem Abb. in capit. tuam num. 11. de symo. D. Thom. 2. 2. quæſt. 86. arti. 2. Fel. in capi. veniens in 4. notab ſub. num. 3. extra de teſtib. Couar. vari reſol. lib. 1. capit. 17. ante num. 3. verſ. cęterum Per. Surd. de alime. tit. 1.*
10 *queſt.* 60. Sic etiam parochianos teneri ad
oblationes faciendas prębiteris indigentibus, voluit, *Anto. de But. Abb. & alij in rub. de paroch. idem Abb. in capit. cauſa, ſub. nume. 2. de verb. ſignifi. Archiep. Fore. in 3. par. ſuę ſummę, tit. 12. capit. 2. Roma. in cons. 344.* in caſu propoſito, ver primus, *Soc. in tract. de oblat. lib. 3. 9. 6. & alij, quos citat Couar. vbi ſup. nu.*
11 *3. & poſt eum Oſaſ. decis. 99. num. 17.* Qua de
re cum hęc prętatio quantitatis, de qua quęritur, poteſt iuſtificari ex cauſa alimentorum, quę tenentur prętare parochiani parocho indigenti, iuxta prędicta, vtique ex dicta cauſa prę umitur, quod aſſerta ſententia proceſſit, vt ſententia ipſa ſuſtineatur, ad tradita per *Anto. de But. in cap. per tuas per illum tex. qui fil. ſint legi. Inno. in cap. in præſentia de renunt. Alex. in cons. 113. num. 21. Vol. 6. & il l. qui Romæ, §. duo fratres num. 50. ff. de verb. oblig. Ias. in l. ſi is, ad quem numer. 35. ff. de aqui. hęred. Alc. de pręs. reg. 3. pręſ. 35. num. 8. Coll. memoria in Verb. Actus in fin. & Monoch. de præſump. lib. 6. pręſump. 4. num. 28.*
12 Sic enim actus pręſumitur factus ex cauſa
neceſſaria, *l. fin. & ibid. Doct. C. de alim. pup. præſta. Bal. in cons. 113. vol. 5. Aym. crau. in cons. 304. num. 5. Rot. di vers. in decis. 230. nu.*

1. in

Digitized by Google

13 *1.in p.parte*, Et in propoſito iudex pręſumi-
tur pronunciaſſe, ſecundum quod ius diſpo
nit, & prout de iure tenebatur pronuncia-
re, *l.miles, §.decem ff.de re iudi.Bar.in l.ſi fun-
dus, §.in venditione, ff.de pignor.Alex.in cons.
36.in primo dub.Vol.5.& Crau.in cons. 188.
num.8.vol.1.* Ex quibus omnibus reſultat
hoc ſuppoſitum eſſe verum, quod tum ex
verbis, tum etiam ex ſubiecta materia
procerto datur intelligi, quod hęc annua
pręſtatio, quę fit vigore aſſertæ ſententię,
cędit in cauſam Alimentorum ipſius pa-
rochi.

Hoc ſuppoſito, arbitror, quod Regia
Curia ius, & iuſtitiam non fouet in pręten
ſione huius congruę cuius præſtatio, va-
cante cappellania per mortem parochi, pro
tempore vacationis, ceſſat, quatuor ſunt,
quę mouent principalter.

Primo cõſidero, quod cum hęc congrua
14 debetur pro ſubſtentatione parochi, & pro
eius alimentis, vtique illa coheret oſſibus,
& perſonę ipſius cappellani, *Bar.in l.cum
titio num.2.ff.ad leg.falci. Bal.in auct. cui reli-
ctum, in fin.C.de indic.vidi.foll. Cordub.in l.ſi
quis a liberis, §.ſed vtrum, num.6.ff.de liber.agno.
Surd. de alim. tit.8. priuileg. 59. ſub. num. 19.*
15 qua ratione, vti perſonalia, non eſſe ali-
menta ad hęredem tranſmiſſibilia, inquit,
*Bal.in l.fin.in 6.oppoſi.C.de hered.inſtit. Alex.
in cons. 18.num.17.vol.5. Tiraq.de primogene.
queſt.74.num.6.Bero.in conſil.165.Volu.2.&
alij, quos citat Surd.de alim.tit.5.queſt.1.num.
1. Ioffred.* loquens de vita, & militia, quę
quoad tranſmiſſionem loco alimentorum
ſuccedere, & non tranſmitti inquit, *in cap.
1.§.quid ergo verſ.vel danda, de inueſt. de re ali.
fact.gloſ. & Andre.in conſti. comitibus, Paris.
de put.in tract.de fin. feud. in capit. nunc viden-
dum, num. 22.fol.177.Minad.in cons. 1. nume.
62.Vince.de Franc.in decis.20.num.9.& decis.
61.nu.7.Vrſil.ad Affiict.in decis.252. Cumi.
in capit.ſi aliquem, in verb.Maritata.nu.438.&
Surd.in d.queſt.1.num.33.* pariterque ex ea-
dem perſonalitatis ratione, alimenta non
poſſe cędi, poſt *Bar. Bal.& alios probat Surd.
in d.tit.8.priuileg.55.* nec in fiſcum tranſire,
publicatis bonis, ex eo quod perſonę co-
herent, inquit *Cordub.in d.§.ſed vtrum, Boſſ.
de publi.Dono num.12.Iul.clar. quaſt.78.num.
2.in fin.& ibid.Baiard.num.109.Honded.in
cons.95.num.70.cum ſequ.lib.1. latè Surd.in d.
tit.8.priuileg.59. num.14.cum ſeq.& poſt eum
ſebaſt. Guaz.in trac.de conſiſ. bono conclus. 13.
limi.20.* ex quo in terminis iſtis reſultat,
quod, mortuo cappellano, in cuius perſo-
na hęc congrua, ſeu alimenta coherent,
eorum pręſtatio ceſſat, quia Alimenta per
mortem eius, cui debentur expirant, *l.cum
bi, §.modus ff.de tranſac.l.fin.§.dominus, ff. de*
16 *de vſuf.cum concord.Bal.in l.fin.in 6.oppo. C.de
here.Inſtit.& in aut.cui relictum, circa fin.C.de
indi.vidu.tolle Alex.cons.18.num.17.volu.5.
rub.Cephal.Cord. Sim.de prat.Dec. Bero.& alij
quos citat Surd.in dicta quaſt.1.in prin.Afflic.
in conſt.Reg.comitibus num.11.Pet.de Grego.de
vit.& mihi quaſt.1.num.8.& Vince.de Franc.*
17 *decis.61.num.7.* Nam quæ perſonalia ſunt
perſonam non eccedunt, *l.1.ff.de conſt. prin.
l.1.§.permittitur, ff.de aqua quotid. exti.l.quia,
ff.ſolu.matri.l.cum patronus, cum ſimilibus, ff.
de leg.2.* Er maximè in terminis, de quibus
agitur, in quibus perſonæ conditio, locum
fecit ſententiæ predictæ, & ob id, deficien
te perſona, deficit virtus illius ſententiæ,
ex reg.in omnibus, ff.de reg.iur. quæ vendicat
ſibi locum, quando perſona eſt cauſa im-
mediata actus, cuius intuitu actus proceſ-
ſit, qua deficiente deficit actus, *Din.in capi.
priuilegium, de reg.Iu.in 6.Dec.in d.l.in omnibus,
num.3.Alex.in d.l.quia, ſub.num.12.ff.ſolu.ma
tri.latè Caro.Tapp.in repet.l.fin.in 2.par. capit.*
18 *3.num.2.ff.de conſti. princi.* Nec refragatur,
quod in terminis iſtis hæc congrua ſubſten
tatio præſtatur parocho ſub nomine offitij,
& ideo dicitur perpetua, *ad tex.in l.tutor pe
titus, §.quatuoribus, ff.de excuſ.tuto.Doct.in
cap.fin.de teſta.in 6.* quod tradit *Bald. de ali
mentis relictis rectori eccleſia in cons.126. vol
5.* Nempe fateor, quod hæc præſtatio di-
citur perpetua reſpectu ſucceſſoris, ad quem
tranſit, & ita loquitur, *Bal.in di conſil.126.
quam ſequitur Durant. de art. teſtan.in tit.de le-*
19 *gat.caut.6.num.3.* Nam quod debetur alicui
ſub nomine officij, vel dignitatis tranſit re
gulariter in ſucceſſorem in illo offitio, vel
dignitate, *ad tex. in l. quod principi, vbi Bar.
ff.de leg.2.Ias.in l.qui liberis, §.hec verba, in
fin.ff.de Vul.& pupil.ſubſt. Cardi. Manti. de
coniect.vlti.volunt.lib.8.tit.17.& Pet.Surd.in
d.tract.de alime.tit.5.queſt.6.* Cæterum reſpe-
ctu Regiæ Curiæ, hæc præſtatio dicitur per
ſonalis, ſi non indiuidualiter, quo ad per-
ſonam iſtius, vel illius cappellani, ſaltem,
quoad perſonas cappellanorum in genere,
quorum oſſibus coheret, ita vt eorum per-
ſonas non eggrediatur, ſicut nec egredere
tur, ſi indiuidualiter perſonalis eſſet iuxta
20 prædicta, ad tradita per *Curt.Iunio.in trac.
de feud.in p.par. 3.par. principalis in rub.de de-
ſcend.quo mod.aſcend.in feud.ſucced.num.2.fol.
225.* vbi voluit, quod ſicut pactum appoſi-
tum,

Digitized by Google

tum, in conceſſione feudi, per quod indi-
uidualiter vocatur filia Titij tali nomine,
vti perſonale exſtinguitur cum perſona, nec
exſtenditur, ſic etiam pactum, per quod
filiæ in genere vocantur, non exſtenditur,
vltra filias, vnde cænſetur pactum perſona
le, quoad perſonas filiarum, de quibus in-
diuidualiter loquitur inueſtitura, *Nicol.
Moz. de feud. rub. de ſubſti. ſeu quomod. acqui.
feud. num. 87 Scharad. de feud. par. 7. capi. 4. nu.
43. Piſon. Suad. in prelud. feud. fol. 151. Aroſen.
de feud. capit. 7. conclus. 42. ſub. num. 6. & ibi in
glos. lite. G. & intri. in 2. centu. feud. art. 2. num.
362. cum ſeque.* Et tanto magis in terminis
iſtis, in quibus ius oritur ex ſententia, per
quam fuit condemnata vniuerſitas S. Lu-
ciæ ad ſoluendum hanc congruam paro-
21 cho, & ideo non debetur Regiæ curiæ, quia
ſententia eſt ſtricti iuris, & verba illius ſunt
ſtricte intelligenda, prout ſonant, *l. paulus,
ff. de re Iudi. l. 1. capit. ſi plur. vni. ſent. Ias. in l.
centeſimis, §. 1. col. antepen. verſ. tertio multum,
ff. de verb. obligi. Aij Crau. in cons. 188. num. 6.
Rui. in cons. 33. num. 1. vol. 5. & Vince. de Franc.
in decis. 172. num. 8.* qua de re ex ſententia
non infertur plus, quam ex ea ex neceſſita-
te inferri poteſt, *l. ſi iudex, ff. de his, qui ſunt
ſui, vel alie. iur. l. 1. C. de ordi. iudi. Bar. in l. iudi-
cius col. 4. ff. de conclus. indeb. & Dec. in cons. 43.
num. 4.* quia cum ſit ſtricti iuris exſtendi non
poteſt, *Soci. Iun. in cons. 181. num. 67. volu. 2.
Gozad. in cons. 50. num. 12. crau. in conſil. 216.
in fin. & Menoch. in cons. 495. num. 42. Volu. 5.*
Nempe tantum diſponit, quantum loqui-
tur, *Dec. in l. ius noſtram num. 11. ff. de reg. iur.
Menoch. in cons. 80. num. 39. & in conſi. 611.
num. 15.* quinimo debet interpretari, vt mi-
nus noceat, quam ſit poſſibile, *Glos. in cap.
ſi confirmationem, & ibid. Gemi. de elect. in 6.
Abb. in cons. 7. in fin. lib. 1. tract. alios citans in d.
cons. 188. num. 8. Rui. in cons. 29. num. 7. Vol. 5.
poſt But. & Abb. in capi. fin. de except. Soci. in l.
ſi ate num. 4. ff. de excep. Rei iudi. & Menoch. in
cons. 110. num. 35. vol. 1.*

Secundo principaliter conſidero, quod
hæc congrua ſubſtentatio, quæ debetur pa
rocho indigenti, præſtatur offitio iudicis,
vt poſt *Anto. de Rut. in rub. de parochi.* inquit
Oſaſ. in decis. 99. ſub. num. 17. Et eſt generale
in alimentis ordinatis à lege, quæ non iu-
re actionis, ſed offitio iudicis, æquitate
ſuggerente, debentur, *Bar. in l. non ſolum nu.
6. & 8. ff. de alim. & cibar. legat. ad tradita à Pet.
Surd. de alim. tit. 3. quæſt. 1. & quæſt. 3. præſer-
tim num. 5. & 27.* Vnde quia pro cappellano
Sacramenta adminiſtrante ſuggerit æqui-
tas ei ſubminiſtrandi temporalia, ex eo
quod ſpiritualia diſpenſant, *d. capi. cum ex
officij de præſcrip. & cap. ſi epiſcopus de offi. ordi.
in 6.* Ideo pariter in præſtatione huius con-
gruæ pro eo vrget iudicis officium, quod
24 ex mera æquitate interponitur, *Bar. in l. fin.
§. ſed num. 1. C. de furt. Soci. Iun. in cons. 52. nu.
2. vol. 2. Natt. in cons. 534. num. 6. volu. 3. Ro-
land. in cons. 1. num. 55. vol. 1.* & ab ea deſcen
dit tamquam filius à matre, *l. qui intus, §.
pomponius, ff. de alim. & cibar. legat. ſigno. in
cons. 100. nu. 13. in fin. Surd. de alim. tit. 3. quæſt.
1. num. 16. & 17. & tit. 5. quæſt. 1. num. 53. &
54.* Sed in propoſito hæc æquitas, vt patet
ad ſenſum, non militat pro Regia Curia,
quia ceſſat ratio, propter quam æquitas
ipſa ſuggerit Vnde poſſit hanc congruam,
ſeu potius alimenta prætendere, & ideo
conquieſcit officium Iudicis, & per con-
ſequens hæc congrua, quæ officio Iudicis
præſtatur parocho Regiæ Curiæ non debe
tur, ceſſante Iudicis officio, nempe pari-
ter generale eſt in alimentis debitis officio
Iudicis, quæ in fortioribus terminis ei, cui
alias præſtari ſolent, non debentur in caſu,
vbi iudicis officium conquieſcit, *Soci. iun.
25 in cons. 8. num. 13. volu. 2.* qui ex hoc addu-
ctus inquit, quod filius, cui alias officio
Iudicis præſtantur alimenta ex congeſtis,
à Pet. Surd. de alim. tit. 3. quæſt. 1. in prin. non
eſt alendus, quando aliunde habet, quia
ceſſat æquitas, & ſucceſſiue officium Iudi-
cis, *ad tex. in l. ſiquis à liberis, §. ſed ſi filius,
vbi glos. Bar. & communiter Doct. ff. de libe. an-
gnos. Bar. in l. vnica C. de mend. valid. lib. 11. &
in l. libertis, §. manumiſſis. num. 3. ff. de alim. &
cibar. legat. Soci. in cons. 57. num. 57. & in cons.
121. num. 47. vol. 4. Natt. in cons. 201. nu. 12.
vol. 1. Dec. cons. 577. num. 3. Tiraq. de nobili. cap.
20. num. 10. Roland. in cons. 5. num. 30. vol. 3.
Surd. de Alim. tit. 1. quæſt. 108. num. 4. & quæſt.
112. num. 31. & alij, quos congerit idem Surd.
ibid. tit. 7. quæſt. 6. & in decis. 144. num. 3.* qua
26 ratione nec debentur alimenta præterita,
quæ alias præſtari ſolent Iudicis officio,
quia quoad præterita non ſuggerit æqui-
tas, & Iudicis offitium conquieſcit, *Bar. in
d. §. manumiſſis, Alex. in d. de alimentis numer.
5. & ibid. Dec. & communiter Doct. C. de tran-
ſac. Pupur. in l. 1. num. 127. ff. de iuris. omni. Iu-
di. Surd. tit. 5. quæſt. 1. num. 43. & Menoch. in
cons. 231. num. 31. vol. 5.* Itaque ſicut in his,
27 quæ competere ſolent iure actionis, ſine ea
nemo auditur, nec exſperiri poteſt, *ad tex.
in l. ſi pupilli, §. videamus ff. de nego. geſt. l. quo-
ties §. idem ſi temporali, ff. de admi. tuto. Cano.*

in cap.

Digitized by Google

in cap. dilecti, extra de Iudi. Roman. in conſil.
324. col. 2. verſ. quod autem, & Becc. in conſil.
45. nu. 39. vol. 1. Sic & pariter ea, quæ com-
28 petunt offitio iudicis, eo ceſſante non poſ-
ſunt implorari, ſapit enim offitium Iudi-
cis vti ſubrogatum, naturam Actionis, in
cuius actionis deficientis locum fuit intro-
ductum, l. plane, & l. fin. ff. de peti. hæred. l.
quod ſi minor, §. fin. ff. de mino. Bald. in l. domi-
nos num. 6. C. quod cum eo, Roland. in cons. 1. nu.
55. vol. 1. Petr. Surd. de alim. tit. 3. quæſt. 1. nu.
7. & tit. 5. quæſt. 1. num. 55. ad tex. in §. 1. &
in §. præterea Inſti. de Actio. Bar. & alij in l. 1.
ff. de iuris. omni. Iudi. & in l. ſi finita §. Iulianus
29 ff. de dan. infec. & Menoch. in cons. 544. nu. 18.
Tertio principariter conſidero, quod
congrua, de qua quæritur præſtatur ex
cauſa certa, & determinata in ſententia,
quia ſoluitur pro labore, quæm ſubit pa-
rochus in curam animarum, ac ſacramen
torum adminiſtratione, quę cauſa cum
ſit de futuro cenſetur finalis, dum illius im
plementum reſpicit commodum vniuerſi-
tatis ſoluentis, vt tradit, Bal. in l. damus ff.
de cond. indeb. & in l. ſi reſpetendi vers. quæro
nunquid cauſa, C. de condi. ob caus. Tiraq. in
trac. cau. ceſſ. in pr. par. limi. 1. num. 26. & 31.
Et tanto magis, quia tractatur de cauſa
expreſſa in ſententia, vt notat Bald. in l. ſe-
natorem ff. de ſenat. quæm refert, & ſæquitur
30 idem Tiraq. vbi ſup. num. 25. Et maxime quia
totam illius ſententiæ reſpicit diſpoſitio-
nem, & ad illam generaliter influit, Bald.
Cur. & Ias. citati à Craue. in cons. 192. ſub. nu.
21. verſ. quinta illa dicitur, & Becc. in cons. 45.
num. 30. volu. 1. Itaque finalis cenſetur eo ip
ſo, quod diſpoſitioni dedit cauſam, Bald.
in cons. 340. col. 2. volu. 3. ad tradita per Soci.
in cons. 26. ſub. num. 4. verſ. ex quibus, & in
conſi. 183. col. pen. vol. 3. Natt. & alij, quos ci-
tat Roland. in cons. 44. num. 15. volu. 4. Menoch.
in conſil. 723. num. 16. vol. 8. Becc. in conſil. 20.
num. 10. vol. 1. Surd. in conſi. 164. num. 31. &
in conſi. 217. num. 5. Vnde datur intelligi,
quod diſpoſitio illius ſententię reſtringi-
tur à ſua cauſa Rui. in cons. 72. num. 8. vol. 2.
Qua de Re, tunc tenetur vniuerſitas ſan-
ctæ Luciæ illam præſtare congruam vigore
ſententiæ, quando ſumus in caſu, in quo
militat ratio, ſeu cauſa in eadem ſenten-
31 tia expreſſa. Quia generale eſt, quod Ra
tio regulat omnem diſpoſitionem, illam-
que reſtringit, & ampliat ad caſum, in quo
Ratio ipſa conuenit, l. cum pater, §. dulciſ-
ſimis ff. de leg. 2. l. hæc actio, vbi notat Bar. ff. de
calum. Bar. in l. pater, §. fundum ff. de leg. 3. glos.
in l. 1. §. hoc interdictum, in verb. niſi ff. de fon.
Tinda. in tract. de teſtib. lib. 1. cap. 5. num. 8. Vr-
ſil. ad Afflic. in decis. 106. num. 16. Alcia. in l. fi-
lius familias, §. diui. num. 49. ff. de leg. 1. Crau.
cons. 130. num. 7. Soci. Iun. in cons. 163. num. 5.
& 52. vol. 2. & in cons. 43. vol. 3. Pereg. de fi-
deicom. arti. 14. nu. 22. & Mant. de coniect. vlti.
volu. lib. 6. tit. 14. num. 23. Sed in caſu de quo
quęritur, ratio, ſeu cauſa in aſſerta ſenten
tia expreſſa, propter quam mandatur hanc
congruam præſtari, non militat, niſi pro
parocho indigente, ac laborante in cura
animarum, ac ſacramentorum adminiſtra
tione, nec vrget pro Regia Curia, quæ non
laborat, nec ſacramenta adminiſtrat, ideo
diſpoſitio illius ſententiæ non exſtenditur
ad hunc caſum, cum non conuenit ratio in
32 diſpoſitione expreſſa, quinimmo ceſſat diſ
poſitio illius ſententię, eo ipſo, quod ceſſat
cauſa, ſeu Ratio finalis illius diſpoſitionis,
l. qui tutelam in prin. ff. de teſta. tutel. l. tutor pe-
titus, §. 1. ff. de excuſ. tuto. l. & ſi partis ff. de
leg. 1. l. milites, C. de mili. teſta. c. & ſi chriſtus
circa fin. de iure iur. cap. cum infirmitas de pæni.
& cap. cum ceſſante cum ſimilib. de appel. ad
tradita per Tiraq. in d. trac. ceſſa. caus. in p. limi. in
prin. Surd. loquens in terminis alimentorum, tit.
33 5. quæſt. 5. num. 8. Quod cum ratione tradi-
tur, ex quo primum principium diſpoſi-
tionis eſt cauſa finalis, Bald. in l. auia, col.
fin. C. de iur. dot. à qua ipſa diſpoſitio regitur, glos.
in l. iuris gentium, §. quod ferè, ff. de pact. Ita
que in diſpoſitione ſe habet vt forma, glos.
in §. ſi quis poſtulante Inſt. de actio. Tiraq. in d. 1.
limi. num. 6. & Menoch. lib. 4. præſump. 24. nu.
3. Et ideo ceſſante forma corruit diſpoſi-
34 tio, l. cum hi, §. ſi prætor, ff. de trans. l. qui Ro-
mæ, §. flauius, ff. de verb. obligat. glos. & Bald.
in capit. 1. in verb. vocationem de mili. vaſſall.
Bar. in l. 1. §. ait prætor, ff. ne quid in flum. publi.
Alex. in cons. 137. num. 15. Volu. 5. & in cons.
42. num. 16. vol. 1. & Dec. in cons, 531. num. 2.
Quia cenſetur ſubſtantialis, dum dat eſſe
rei, l. Iulianus, §. ſed et ſi quis, ff. ad exiben.
Bald. in l. comparationes in 3. quæſt. in fin. C. de
fide inſtr. Dec. in conſi. 429. num. 5. & in conſil.
434. num. 2. & in capit. conſuluit ante num. 12.
in lib. meo. extra de offi. deleg. Vnde ea remota
corruit ſubſtantia illius ſententiæ ſub iſta
forma emanatę, Fel. in cap. ſi diligenti ſub. nu.
11. extra de for. comp. Vnde ex his reſultat in
terminis iſtis, quod debitum huius con-
35 gruæ, quæ præſtatur ex cauſa, regulatur
ſecundum cauſam ſibi annexam, l. ſcio ami-
co in prin. ff. de am. legat. per quam alimenta,
quę præſtantur ob cauſam ceſſare, ceſſante

cauſa, voluit poſt *Soci.in conſil.69.queſt.1. vol.1.& Dec.in conſ.621.in prin. Pet. Surd.de alim.in d.tit.5.quaeſt.5.*

36 Quarto, & vltimo conſidero, quod de
hac congrua non illud iudicandum eſt,
quod de alijs fructibus, ſeu redditibus d.
cappellaniæ (ſi quos habet) iudicatur, &
ideo licet fructus benefitiorum de iure pa-
tronatus Regio vacantium ſolet Regia Cu
ria, pro tempore vacationis percipere, hæc
tamen congrua, quæ pro alimentis præ-
ſtatur, ſub nomine fructum non contine-
tur, vnde mortuo Cappellano, cui præ-
ſtantur ex cauſa adminiſtrationis Sacra-
mentorum, omnino ceſſare debet, per ea,
quæ tradit *Bar.in l.fin.num. 22.ff.de collo. illic.iuncta declaratione Pet.Surd.de alim.tit.5.9.*
5.num.25. Voluit Itaque *Bar.* quod diſſo-
37 luto collegio, redditus eccleſiæ ſpectant
ad ſuperiorem, vti bona vacantia perti-
nent ad fiſcum *ad tex.in l.1.ff. de iure fis. &*
in l.1.C.de bon.vacant.lib.10.Pereg. de iur. fis.
lib.4.tit.3.& Sebas.Guazi.de confi.bono concluſ
38 *13.ampli.16.num.1.fol.47.* quod tamen ſe-
cus eſſe tradit *Surd. in alimentis* quæ licet
contemplatione eccleſiæ debeantur, his ta
men præſtantur, qui ſeruiunt in Eccleſia,
Et ideo ceſſante ſeruitute, ceſſant alimen-
ta, nec illa ad ſuperiorem pertinent, ex
quo datur intelligi, quod quidquid ſit de
alijs redditibus, qui pertinent ad Regiam
Curiam, vacante eccleſia, hæc tamen con
grua, quæ pro ſeruitio datur ceſſat, nec
ceſſante ſeruitio cappellani, cuius oſſibus
adheret ob illam cauſam, ad Regiam
39 Curiam ſpectare poteſt, Cui Rei accedit,
quod ſi illa coheret perſonę, vt dictum eſt,
vtique appellatione fructuum ſpectantium
ad Regiam Curiam non continentur, *arg.*
l.ſi vero, §.item quid quid, ff.ſolu. matri. per
quem conſuluit Oldr. in cons. 129. Quod in
locatione fructuum Archidiaconatus, non
continentur ea, quæ ſolent præſtari ipſi Ar
chidiacono, quæ eius perſonam reſpiciunt;
loquens de eo, quod præſtari ſolet in iocun
do aduentu Archidiaconi, quod tamquam
perſonale non venit appellatione fructu-
um, *Paris.de put.in trac. de feud.reinteg. Rub.*
anfact.conces.feud.incip. & quia *nu.3. fol.53.*
Boe.in decis.19.num.16.& Ioa.Pet.Molign.in
40 *tract.de appell.verb.ſigni.num.459.*Conuenit
quod traditur de adiutorijs, quæ præſtan-
tur Baroni à Vaſſalis in caſibus contentis
in conſt. quam plurimum, de quibus per
Capi.in ſua in ueſti.rub.feud.adiutoria verſ.per
Barones fol.25.& Capibla.de aucto.baro.prag.
1.num.56. quæ ex quo perſonæ domini
coherent, vt poſt *Andre.& Mari.frec.teſta-*
tur Vince.de Franc.in decis.76.num.6. Dicun-
tur extra rem, & fructuum appellatione
non continentur, vnde ad eum non perti-
nent, ad quem ſpectant redditus feudi, &
ideo vſufructuario, vel creditori, qui iu-
re pingnoris poſſidet feudum, non deben-
tur, *Afflic.in d. conſt.quam plurimum, Capic.*
in deciſi.184.& in Inueſt.in loco praci.verſ.&
vir, Vel alias fol.21.Vince. de Franc. in deciſi.
172.num.11.& remiſſiue Capibla.in d.prag.1.
41 *num.55.*Sic etiam diſtributiones quotidia-
næ, quæ ad inſtar huius congruæ debentur
prouictu clericorum ſeruientium, *cap.de*
cetero, & ibi glos.extra de cler.non reſid. glos.
in cap.licet in fin. de præb. & Decian. in conſil.
43.ſub. num.21.vol.1. Et præſtantur ob la-
borem, & ſeruitium perſonale, *capi.cum*
non deceat.de elect.in 6.cap.1.de cler.non reſid.
eod.lib.Oldr.in conſ.198.num.1.Imo.in d.capi.
licet circa fin.Felin.in capit.ad aures.num.14.de
reſcrip.Boe.in decis.340.num.4.Bellencin.de
cari.ſubſid.quaeſt.76.Rot.diuerſ.decis.330.num.
2.in pri.par.& Paris.in cons.33.num.3.& 12.
volu.4. Vtique nec fructum appellatione
42 continentur, nec eis conueniunt, quæ de
fructibus præbendarum tradi ſolet *d.capit.*
de cetero & d.cap.licet, vbi licet canonicus
ſeruiens epiſcopo, vel abſens cauſa ſtudij
percipiat fructus, & redditus præbendæ,
quotidianas tamen diſtributiones haud
percipere poteſt, quia fructuum appella-
tione non veniunt, nec ſunt de corpore be
nefitij, vt tradit *Rot.in d.decis.330.in prin.&*
in decis.402.nu.4.in p.par.put.in decis.487.lib.
3.Achil.de Gras.in deciſi.1.de præbendis. Ioan.
Pet. Molignat.de appel.verb.ſignif.num.460.
43 *Caſſibd.in deciſi.1.de clericis non reſid.*Loquens
de indulto conceſſo alicui de lucrandis
fructibus in abſentia, ſub quo non compræ
henduntur diſtributiones, quæ pariter non
veniunt in condemnatione fructuum per-
ceptorum, *Boe.in d.decis.340.Caputa.in decis.*
29.in pri.par. cum concord. traditis à Ioan. A-
loij Ric.in 4.parte in collect. 1451. In prima
in latione, quod in effectu ſequitur *Mars.*
*variar.reſol.lib.2.cap.34.num.2.*Et procterea,
44 nec eorum valor eſt exſprimendus in be-
nefitij impætatione, ſicut de fructuum va-
lore fieri debet, iuxta *glos.in clem.1.& ibid.*
Doct.de præb.Cano.in d.cap.ad aures de Reſcrip.
Belle.in decis.694.num.4.in fine Thol.deciſi.
435.Gomes.in reg.de valo.expri.in præfac.&
Menoch.de arbri.iudi.cas.201.num.77. nempe
ex quo præſtantur intuitu perſonæ, & ſer-
uitij

Digitized by Google

uitij per ſonalis, non ſunt de corpore beneficij, & ideo eorum valor de neceſſitate non eſt exprimendus, *Ion. Andr. in rub. de conceſ. præb. Tet. de Anch. in clem. 1. de deci. Rot. in decis. 134. & alibi, vt citat Decia. in d. conſi. 43. num. 14. poſt Felin. in d. cap. ad aures,* Qui eadem Ratione ſubdit, quod de his non
45 ſoluitur media annata in exſpeditione bullarum, quæ alias ſoluitur in cancellaria pro fructibus Beneficij excedentibus ducatos 24. de camera, *Caſſiad. in decis. 6. num. 6. de præben. Arago. in decis. 57. & Ion. Aloyſ. Ric. d. collect. ni 1451. 7.* Inlatione, vbi alia in propoſito infert, & rationem inquit eſſe, quia tales diſtributiones dantur ratione miniſterij perſonalis, & ideo non imputantur inter fructus beneficij, ſicut ex eadem ratione, nec computari debet hęc congrua, de qua quæritur, quæ pariter, vt deduximus præſtatur parocho ratione ſeruitij perſonalis, & pro labore ad miniſtrationis ſa-
46 cramentorum, Sed vnum non omitto, per quod videtur, quod hoc argumentum à ſimili ſumptum à diſtributionibus euitari poteſt, mouet, quia hæc congrua in certa conſiſtit quantitate, & non dietim præſtratur, ſed in certo anni tempore ſoluitur, vnde non habet Symbolum diſtributionibus, quæ ſunt in certæ, *Oldr. in conſil. 118. num. 13. Feli. in capit. ad aures. num. 14. de Reſcrip. Paris. in cons. 33. num. 4. vol. 4.* Et dictim, & actu ſeruientibus diſtribuntur, *Abb. in cap. olim, num. 6. de verb. ſingni. Gemi. in cap. 1. §. qui vero de cler. non reſid. in 6. Rot. diuerſ. 330. num. 5. in t. par. Dec. in conſil. 281. num. 1. Paris. in cons. 32. nu. 30. vol. 4.* Et ideo
47 videtur, quod hæc congrua computari debet inter redditus, Sicut diſtributiones in proprie dictæ, quæ non dietim, ſed in fine anni diſtribuuntur, inter fructus computantur, & priuilegiatis abſentibus, ſicut cæteri fructus debentur, *glos. in d. capit. 1. in verb. cuperit, & ibid. Gem. in §. qui vero de cleri. non reſid. in 6. Abb. in capit. licet num. 8. de præb. Feli. in cap. Iacobus num. 1. de ſimo. Paris. in d. conſ. 32. num. 7. & Decia. in cons. 43. vol. 1.* Cui mo-
48 tiuo reſponderi poteſt, quod hoc argumenti genus ſumptum à diſtributionibus procedit, dum hæc duo conueniunt, in terminis, de quibus, quæritur, Nempe hæc, vt ex deductis patet cedit pro alimentis parochi, & præſtatur pro labore, & ſeruitio perſonali, ſicut pariter cædunt, & præſtantur diſtributiones proprie ſumptæ, vt deduximus. Et ideo ſicut ex ratione præmiſſa, diſtributiones prædictæ fructuum appellatione non continentur, ita pariter nec continentur, hæc congrua, eo ipſo; quod ratione laboris præſtatur, & perſonæ coheret, *Oldr. in d. cons. 118. & in conſil. 129. & Pari. de put. de veinte. feud. rub. an*
49 *facta conceſſio, feud. num. 3. fol. 8.* Vnde recte de vno, ad aliud à ſimili arguitur, dum aſſimilata in terminis, de quibus quæritur, conueniunt, licet in alijs differre videantur, ad tradita per *Cano. in capi. tranſlato. num. 3. vbi fel. & Dec. num. mihi 7. de conſti. idem Dec. in cons. 329. num. 4. ſentit. Ias. in l. creditori num. 8. ff. de oper. noui nunt. Alba. in cons. 71. num. 11. Rip. in l. naturaliter, §. nihil comune. num. 32. ff. de acqui. poſſ. Menoch. qui alios citat de arbri. iudi. cas. 84. num. 6. accedit Decian. in*
50 *cons. 51. num. 141. vol. 2.* Quinimmo animaduerti poteſt, quod hæc congrua licet vigore ſententię redacta ſit ad certam quantitatem, illa tamen eſt incerta attenta origine, vnde parochiani tenentur parocho indigenti ſubſtentationem congruam præſtare; quā quantum præſtari oportet non eſt de iure deffinitum, & ſic ſecundum primeuam obligationem, ſeu originem, quæ eſt inſpicienda, ad *glos. ſingularem in §. his autem in verb. extimaretur Inſt. de leg. aquil.* Vn-
51 de eſt incerta ſicut de legato alimentorum traditur, quod eſt incertum, licet per iudicem, cuius arbitrio remittitur, poſtea ad certam ſummam præſtandam fuerit liquidatum, *l. ſi cui annum, vbi glos. ff. de annu. leg. l. cum alimenta, ff. de ali. & cib. legat. l. 2. ff. vbi pupi. educ. debet, Bal. in l. voluntatis col. 2. verſ. quæro nunquid, C. de fideicon. Alex. in cons. 72. num. 7. vol. 5. & alii, quos citat Menoch. de arbr. cas. 169.* Nec refert, quod hęc congrua
52 non dietim, ſed in certo anni tempore ſoluitur nam dum illa præſtatur, ob cauſam regulatur ſecundum cauſam ſibi annexam, & ſic in præſtatione habetur reſpectus ad ſeruitium parochi ex deductis in 3. cōſid. & ideo non Computatur inter redditus, ſicut neque diſtributiones computantur in-
53 ter fructus, etiam ſi non dietim, ſed in certo anni tempore eorum ſit ſolutio, vbi in ſolutione habetur reſpectus ad ſeruitium, *Achil. de Gras. in decis. 12. de præb. Ces. de gras. in decis. vnica num. 8. de cler. non reſid. Mand. in cons. 15. num. 3. Paris. in cons. 33. ſub. num. 22. verſ. & licet vol. 4.* Vnde allegata in contrarium procedunt in diſtributionibus, in quibus non habetur reſpectus ad ſeruitium, quæ percipiuntur ex certis bonis, quæ capitolum habet etiam vltra præbendas, & appellantur fructus demenſa

Digitized by Google

groſſa, & diſtribuntur in certo anni tempore de quibus loquitur *Abb. in d. capit. licet Felin. in d. capi. Iacobus, Cald. in conſil. 21. ſub. tit. de præb. & Taris. in d. cons. 32. num. 8. cum ſequ. volu. 4.* Preterea procedunt, quando capitolum non habet præbendas diſtinctas, ſed omnes fructus ponuntur In groſſa comuni, & diſtrubuuntur, ſiue annuatim, ſiue dietim, quo caſu habentur loco præbendæ, de quibus loquitnr *Glos. in d. capit. 1. de cler. non reſid. in 6. & in d. cap. licet de præb. Decian. in d. cons. 43. num. 13. cum ſeq. vol. 1.* In quibus terminis extat declartaio *Sac. Congr. quam referunt adden. ad Fleſ. quar. in ſum. bull. in verb. diſtributiones, ex quibus* (vt ad rem noſtram redeamus) patet, quod vere hæc congrua non eſt de fructibus, vnde ex hac, & ex alijs conſiderationibus deſuper factis, firmiter arbritor hanc congruam pro tempore vacantis cappellaniæ Regiæ, ad Regiam Curiam non ſpectare, ſed interim conquieſcere, & Ita iuris eſſe ſentio ſaluo ſemper, & in fidem ſubſcripſi, & ſingnaui, Meſſanæ die 28. Aprilis 1616.

Ita Iuris eſſe ſentio

Octauius Gloricius Iuriſconſultus. Tropienſis.

RESPONSVM DECIMVM

FACTI SPECIES.

Syndicus Meſſanæ habens notitiam de quadam furcarum erectio-ctione pro ſupplitio delinquentium facta per Principem Scalettæ ſeu per eius officiales, vel de eorum, ſeu cuiuſuis ipſorum mandato in territorio dictæ Vrbis in loco dicto infrontiſpicio Eccleſiæ Santi Viti in contrata nominata, Cuturi, nec non de vſu & exercitio Iuriſdictionis dicti Principis, & officialium Principatus Scalettæ intradiuetum, & territorium dictæ Vrbis, videlicet à lapide vulgo dicto, la pietra del Diueto, termino territorij d. Vrbis ex parte meridiei vſq; ad flumen Ioan Pileri contra formam Iurium, & Priuilegiotum eiuſdem Vrbis, pro conſeruatione, & indennitate eorum (precedente mandato Senatorio) allegauit pręfatam furcarum erectionem, & poſitionem, nec non vſum, & exercitium Iuriſdictionis, omniaq;, & ſingula acta Iuriſdictionalia facta, & exercitata per ipſum Principem, & eius officiales, ſeu de eorum, vel cuiuſuis ipſorum mandato intra diuetum, & fines territorij predicti ex parte meridiei à d. lapide vſq; ad dictum flumen, Ioan Pileri, in quocumq; loco, & parte ipſius ſpatij terreni intermedij, tam ſecundum longitudinem, quam latitudinem infra dictum flumen, & d. lapidem Diueti poſitum iuxta Vallonem nuncupatum di Condelli, aſcedendo per ipſum Vallonem verſus occidentem adaquam di Condelli, & eodem itinere perueniendo ad Roccam nominatam de' Napai, cum omnibus inde ſequutis, allegauit fuiſſe, & eſſe, ac tendere contra Regia Priuilegia d. Vrbis, & ad priſtinum reduci, & reuocari debere iuxta formam dd. Priuilegiorum, qua propter inſtetit, & requiſiuit Iudices Curiæ Straticotiales ad hoc ſpecialiter Regios Delegatos, quod debeant, infra terminum dierum octo præfiſſum in Regijs Priuilegijs ipſis Iudicibus, declarare ſi prædicta ten dunt contra dd. Regia Priuilegia, coram quibus preſentatis Eulogio, & cum Eulogijs exparte ſindici, nec non contra eulogio exparte Principis, & diſcuſſis meritis, fuit per Iudices Regios Delegatos, cum voto totius Collegij Meſſanæ, declaratum prædicta omnia fuiſſe, & eſſe con

tra Regia Priuilegia, & ideo fuerunt omnia iuxta formam priuilegiorum, ad priſtinum reducta, & reuocata; Verumquia Merita præmiſſæ declarationis vnà cum ſcripturis præmiſſis, fuerunt introducta ex parte Principis in ſupremo Regis noſtri Catholici, ſuper rebus Italicis, Senatu, adquem exforma priuilegiorum ſpectat tantum præmiſſorum meritorum cognitio, Ideo pro Iuſtificanda premiſſa Iudicum declaratione, quæritur quid Iuris.

SVMMARIVM

1 *Iuriſdictio illius eſt, qui illam obtinuit, ab eo, qui poteſtatem habuit concedendi,*

2 *Fons iuriſdictionum eſt in pectore Principis, à quo iuriſdictiones fluunt, & refluunt,*

3 *Iuriſdictionem illam exercet conceſſionarius, quæ in conceſſione principis continetur;*

4 *Iuriſdictio quæ, & qualis ſit conceſſa, a forma conceſſionis pendet, cuius tenor inſpicitur,*

5 *Merum, & mixtum imperium, an veniat ſub ſimplici conceſſione iuriſdictionis,*

6 *Merum, & mixtum imperium nemo exercet in Regno, ſine expreſſa, & ſpeciali conceſſione,*

Curia Straticotialis Meſſanæ exercet Merum, & Mixtum imperium in Territorio, & Diſtrictu, ex priuilegio, ibid.

7 *Poſſidere, quis preſumitur, ex titulo præambulo.*

8 *Obſeruantia eſt optima priuilegiorum interpres.*

9 *Iuriſdictio, an ſit abdicatiua, vel ne, materia eſt intricata, ibid. remiſſiuè,*

10 *Iuriſdictio conceſſa per priuilegium fauore conceſſionarij, dicitur abdicatiua, maxime quando priuilegium eſt in vim contractus, & nu. ſequen.*

11 *Priuilegia ex cauſa meritorum conceſſa, tranſeunt in vim contractus;*

12 *Iuriſdictio ſi conceditur loco, cum hoc, Vt cauſæ debeant ibi agitari per officialem conſtituendum ibidem, dicitur abdicatiua;*

13 *Ex certa ſcientia fieri dicitur, quod diſcuſſo negocio, & cauſa cognita expeditur,*

14 *Iuriſdictio conceſſa cum clauſula; Tu ſolus, & nemo alius, dicitur abdicatiua,*

15 *Iuriſdictio an ſit abdicatiua forma conceſſionis, ſeu priuilegij attenditur.*

16 *Iuriſdictionis vſus in Vrbe Meßanæ, illiuſq; territorio, & diſtrictu, ab alio quam ab ordinario Magiſtratu, eſt contra priuilegia d. Vrbis*

Straticotus Meſſanæ, licet ſit ordinarius in loco, non poteſt tamen ibidem vti iuriſdictione, tanquam Vicarius generalis, vel Capitaneus Armorum Regni, ibid.

17 *Obſeruantia ſubſequuta tollit omne dubium, & declarat quale ſit ius precedens, nec illa indiget præſcriptione,*

18 *Furcarum erectio, eſt actus iuriſdionalis de mero imperio, & ibid. quod furca erecta ab extranco iudice, poteſt armata manu demoliri.*

19 *Teſtes probant confines, & territorium, etiam ſi vniuerſitatis fuerint, & num. ſeq.*

20 *Teſtes de vniuerſitate, an, & quando probent in cauſa vniuerſitatis,*

21 *Confines probantur leuioribus probationibus.*

22 *Teſtes de auditu à predeceſſoribus, in antiquis, an probent confines, vide num. 26.*

23 *Confines probantur per lapides antiquos, & ibid. an & quando tales lapides debeant habere literas inſculptas, vel alios paruos lapides,*

24 *Confines probantur per literas in columna, vel lapide impreſſas,*

25 *Fama ſufficit in antiquis ad probandum confinia,*

26 *Confines probantur per teſtes de auditu auditus, quando vrgent aliæ coniecturæ;*

27 *Dinetum ex communi vocabulo Meſſanentium, importat locum vbi terminatur illius Vrbis territorium, & num. ſequ.*

28 *Confines probantur per communem opinionem,*

29 *Nomen debet eſſe conſonans rei,*

Vectigal ſoluitur pro introytu, vel exitu rerum ſuper quibus eſt impoſitum, ibid.

30 *Verba enunciatiua regulariter non probant enunciatum, de quo principaliter quæritur, etiam inter partes enunciantes,*

41 *Verba enunciatiua probant enunciatum, quando conueniunt alia adminicula,*

32 *Verba enunciatiua geminata in diuerſis actis, probant enunciatum,*

33 *Confines probantur, ex verbis enunciatiuis poſitis in inſtrumentis publicis, & antiquis,*

34 *Inſtrumenta antiqua, quæ dicantur, vt verba enunciatiua in eis poſita probent territorium enunciatum.*

35 *Verba enunciatiua vnius tantum inſtrumenti, an probent territorium, remiſſiuè, Vide num. 11.*

36 *Verba enunciatiua emiſſa in priuilegio Principis probant, etiam ſi Vnicum fuerit priuilegium.*

37 *Curia Straticotialis, & alij officiales Meſſanæ exercent iuriſdictionem interritorio, de quo in hac facti ſpecie quæritur, & num. 81.*

Teſtes,

Teſtes, etiam ſingulares, probant iuriſdictionem, & illius exercitium, ibid.

38 *Iuriſdictionis vſus, probatur ex actis iuriſdictionalibus.*

39 *Acta faciunt notorium.*

40 *Iuriſdictionis exercitium in loco, probant locum eſſe de territorio.*

41 *Territorium inter lapidem Diueti, & flumen Sanpileri, de quo in hac facti ſpecie quæritur, ſubeſt onera, quæ imponit Meſſana, ſicut reliquum territorij, vide num. 68. verſ. ſecundo conſidero.*

Gabbellarum, ſeu onerum exactio in loco, probat locum eſſe de territorio, ibid.

42 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio alicuius loci, probatur per exactionem gabellarum.*

43 *Officialium atteſtationi creditur in his, quæ pertinent ad eorum officium.*

44 *Officialis habet præſumptionem pro ſe, quod fideliter ſe habet in officio.*

Territorium de quo in hac facti ſpecie quæritur, gaudet immunitate Meſſanę, ibid. vide num. 62. & infr. præſertim num. 67. & 68.

45 *Priuilegium conceſſum ciuitati, comprehendit territorium, Vicos, & oppida in territorio exiſtentia,*

46 *Territorium regitur legibus, & Statutis Ciuitatis,*

47 *Territorium iſtud de quo hic quæritur, cuſtoditur per Caporales, & Commiſſionatos electos per Stradicotum, & Senatum Meſſanę, vide num. 74.*

Cuſtodum per appoſitionem, acquiritur vſus iuriſdictionis, & probatur territorium, ibid.

48 *Cuſtodes deputare, ne damna fiant in territorio, ſpectat ad dominos Caſtrorum.*

49 *Iuriſdictio ineſt toto territorio, ſicut nebula in tota palude.*

50 *Villa poſita in territorio alicuius ciuitatis, præſumitur eſſe illi ciuitati ſubiecta.*

51 *Teſtibus quibus ſit credendum, quando ad inuicem ſe contradicunt remiſſiuè.*

52 *Iudicis eſt arbitrarium, quæ fides ſit teſtibus præſtanda, quod arbitrium eſt regulatum, & nu. ſequen.*

53 *Arbitrium Iudicis circa teſtium credulitatem, ex quibus reguletur.*

54 *Teſtes vbi ad inuicem ſunt contrarij, ſtandum eſt maiori numero, & eſt de regula.*

55 *Teſtibus paucioribus integrę fidei, potius creditur, quàm pluribus, quorum fides non eſt talis.*

56 *Vaſſalli, an poſſint pro domino teſtes eſſe & num. 58. & ſequ.*

57 *Ratio limitat dictum generale ad caſum, in quo ratio, ipſa conuenit.*

58 *Subditi viles, & pauperes, non ſunt idonei teſtes pro domino.*

59 *Subditus eſto, quod pro domino poſſit teſtimonium ferre, tamen non eſt integræ fidei, & abſq; ſuſpicione,*

60 *Teſtibus, quorum depoſitio eſt adminiculata coniecturis, magis creditur, quam alijs non adminiculatis.*

61 *Probatio imperfecta ſuppletur præſumptionibus, & coniecturis.*

62 *Teſtium depoſitio præfertur, pro qua ſunt coniecturæ, & præſumptiones.*

63 *Teſtibus mortuis, magis creditur, quam viuis Teſtes mortui recepti, parte in citata an probent ibid.*

64 *Salutis propriæ, nemo immemor præſumitur.*

65 *Scriptura priuata antiqua, an probet.*

66 *Scriptura conſeruata in publico Archiuio, an probet.*

68 *Negatiua cohartata ad certam ſcripturam, eſt probabilis.*

69 *Teſtibus deponentibus affirmatiuam magis creditur quam negantibus, etiam ſi iſti eſſent plures numero.*

70 *Ligati ſub fideiuſſione per ciuitatem, & territorium Meſſanæ, liberè ambulant vſq; ad lapidem Diueti.*

71 *Index iudicat ſecundum acta, & probata,*

72 *Errantis nullus eſt conſenſus & num. 108.*

73 *Teſtis dictum pendet à ratione ſeu cauſa ſcientiæ quæ ſi eſt erronea, deſtruit dictum teſtis.*

75 *Negatiuam, ſi teſtes deponunt, ſimplicem, & puram, ſunt ſuſpecti de falſo.*

76 *Negatiuam, ſi teſtes deponunt remouentes ſenſum ab actu, eis non creditur.*

Quid ſi remouent actum à ſenſu, vide num. 79.

77 *Eccleſia D. Marię della gracia poſita inter flumen, & lapidem Diueti, eſt de membris eccleſię parochialis Ioan Pileri, & eſt in territorio Meſſanæ, & num. ſequ.*

78 *Teſtibus deponentibus inueriſimilia, non creditur, & num. 82. cum ſequ.*

79 *Negatiua cohartata concludenter probatur per teſtes deponentes remouendo actum à ſenſu,*

80 *Prohibens, acquieſcente prohibito, conſtituitur in quaſi poſſeſſione prohibendi.*

Sed an ſufficiat prohibitio extra iudicialis, ibid.

82 *Veriſimile, an aliquid ſit, vel ne, Iudicis arbitrio relinquitur.*

Teſtibus, quorum dicta ſunt remota à veriſimili, non creditur.

83 *Veriſimilitudo attenditur in teſtibus, & probationibus.*

Veriſimile quod non eſt falſitatis eſt imago, ibid.

84 *Veriſimile quod eſt attenditur, non quod eſt poſſibile.*

85 *Teſtes deponentes inueriſimilia, ſunt de falſo ſuſpecti.*

86 *Teſti-*

86 *Teſtibus affectatè deponentibus, non eſt fides adhibenda.*

87 *Teſtes nimis affectatè deponentes, redduntur ſuſpetti,*

88 *Teſtis ſi vnum dicit in vno examine, & oppoſitum dicit in alio, ſecundum magis communem ſtatur primo dicto,*

89 *Teſtium concordia fieri debet, vt inter eos euitetur repugnantia,*

90 *Iuriſditio, & proprietas rei nihil commune habent, & ideo vna poteſt eſſe penes vnum, & alia penes alium.*

91 *Caſtrum poteſt eſſe ſub dominio vnius, & ſub iuriſdictione alterius,*

92 *Caſtrum ſi conceditur alicui, Vt res particularis, An Videatur conceſſa iuriſdictio.*

93 *Cauſa tangens feudum quomodocumq;, dicitur feudalis,*

94 *Cauſæ feudalis cognitio ſpectat in Regno ad Magnam Curiam, de qua hodie cognoſcit Curia Straticotialis Meſſanæ,*

95 *Magna Curia in loco vbi reſidet, concurrit cum ordinario, ſed ea recedente, cauſa remanet penes ordinarium.*

96 *Scripturæ aliquæ referuntur, quę ex aduerſo præſentantur,*

97 *Caſtri ſub appellatione, ſeu conceſſione, comprehenduutur pertinentię, & territorium, cum iuriſdictione coherente ipſi Caſtro.*

98 Diuiſio illa aſſerta inter Ioannem Salimbeni de *Marcheſi, & Nicolaum Criſafi, An proſit aduerſario, & num. 99. 100. 101. & 102.*

99 *Titulus præambulus, non præſumitur mutatus.*

100 *Verſus aduerbium hoc, indicat loci circunſtantiam, quæ à loco differt,*

101 *Aſſertioni eorum non ſtatur in eo, de quo aſſerentes liberè diſponere non poſſunt.*

102 *Caſale Aptilię ſitum Vltra flumen Ioan Pileri, eſt de territorio Meſſanę, & ſub illius Magiſtratus iuriſdictione, quod fatetur aduerſarius.*

103 *Territorij diviſio eſt præiuditialis, & non prę ſumitur.*

104 *Iuridictionis diuiſio, non importat diuiſionem territorij.*

105 *Confirmatio facta cum inſerto tenore dicitur ex certa ſententia,*

106 *Clauſula ex certa ſcientia nihil operatur, quando res aliter ſe habet, & ideo recipit probationem in contrarium, nec purgat falſitatem,*

107 *Princeps in dubio non præſumitur velle alteri prę iudicare, etiam in modico,*

108 *Error contrarius eſt conſenſui, vnde, qui errat non fatetur.*

Iuramentum in actu erroneo præſtitum, nihil operatur, ibid.

109 *Ignorantia præſumitur, vbi de ſcientia non conſtat.*

110 *Iactare ſuum nemo præſumitur.*

111 *Donatio non præſumitur, ſed facilius admictitur erroris coniectura.*

112 *Iuriſditio tribuit dignitatem.*

113 *Honor eſt iuriſdictioni annexus, qui præcæteris rebus diligitur, & vita præfertur.*

114 *Magiſtratus poſſunt defendere eorum prærogatiuas, & præheminentias, abq; ambitionis vitio,*

115 *Inſtrumenta plura requiruntur, vt verba enuntiatiua probent enunciatum,*

116 *Inſtrumenta ſi plura ſint, in quibus aliquid variè enuntiatur, quibus credendum eſt.*

117 *Rei iudicatæ exceptio eſt peremptoria, illaq; opponitur, non ſolum ad merita, ſed etiam ad proceſſum.*

118 *Rei iudicatę exceptio obſtat, quando in ſecundo iuditio queritur de eo, quod fuit iudicatum in primo,*

119 *Sententia inter alios lata, non præiudicat tertio*

120 *Rei Iudicatę exceptio, vt obſtet, tria debent copulatiuè concurrere,*

121 *Sententia lata contra Vniuerſitatem, in qua non interuenit Syndicus, eſt ipſo iure nulla,*

Syndicus debet interuenire in cauſa Vniuerſitatis, vt cauſam vniuerſitatis defendat ibid.

122 *Rei iudicatæ exceptio, tunc obſtat, quando de neceſſitate concludit ſuper eo fuiſſe iudicatum, quod poſtea venit in controuerſiam.*

123 *Baro non poteſt ſuos Vaſſallos prohibere coquere panem, Frumentum, aut oliuas molere in alijs furnis, trappetis, & molendinis quam ipſius Baronis.*

124 *Conſuetudo prohibendi Vaſſallos, an dicatur inducta, ex eo quod per longiſſimum tempus conſueti ſunt accedere ad trappeta, Vel molindina Baronis,*

125 *Emphijteuſis eam formam accipit, quam partes paciſcendo imponunt.*

126 *Quaſi poſſeſſio iuriſdictionis acquiritur ex exercitio actorum iuriſdictionalium vide nu. 130.*

127 *Spoliatus ante omnia debet reintegrari, etiam ſi predo, vel facto Iudicis, aut Principis ſpoliatus fuerit,*

Spoliato non dicitur facta reſtitutio, niſi totaliter res reſtituatur, ibid.

128 *Priuatio præ ſupponit habitum, & carentiæ ſunt habentium.*

Spoliatus is dicitur, qui ſemel poſſedit, ibid.

129 *Spoliatus agens interdicto recuperandi, debet probare poſſediſſe, & ſpoliatum fuiſſe.*

130 *Quaſi poſſeſſio incorporalium, non acquiritur, niſi ſciente, & patiente eo, de cuius agitur præiuditio.*

Iuri-

Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio in non acquiritur ex actis iuriſdictionalibus, niſi probata ſcientia domini, ibid.

131 *Scientia eſt probanda ab eo, qui in ea ſe fundat, quia preſumitur ingnorantia.*

132 *Poſſeſſio iudicatur antiqua, ſecundum tempus tituli.*

133 *Clandeſtini præſumuntur actus iuriſdictionales, ſtante poſſeſſione alterius antiquiori, & turbationem, non poſſeſſionem important.*

134 *Preſumptio eſt pro Iudice.*

135 *Poſſeſſio notoriè in iuſta, poteſt de facto abſq; citatione auferri.*

136 *Spoliatus non reſtituitur, quando ei iuris præſumptio repugnat.*

127 *Spoliatus deducens merita proprietatis, vel ſi patitur fieri probationes ſuper ea, non reſtituitur, ſed cauſa poſſeſſionis terminatur cum meritis,*

138 *Spoliatus authoritate Iudicis, an, & quando reſtituitur.*

139 *Spoliatus poſſeſſione, ſeu quaſi iuriſdictionis non reſtituitur, niſi iuſtificato titulo.*

Iuditium poſſeſſorium Iuriſdictionis, habet ad mixtum petitorium, ibid.

140 *Spoliatus non reſtituitur, quando ei obſtat defectus tituli, & probatur proprietas ſpoliantis.*

141 *Senatus Principis, Principem repreſentat, & cognoſcit ſola facti veritata inſpecta tanquam Deus, & num. ſequ.*

142 *Princeps iudicat tanquam Deus ſola facti veritate inſpecta, & ſecundum conſcientiam, & non per ambages iuris.*

143 *Proprietatis merita, ſimul, & ſemel tractantur in Conciſtorio Principis,*

144 *Spoliatus non reſtituitur, quando proceditur ſola facti veritate in ſpecta,*

ARGVMENTVM

Quid venit ſub priuilegio iuriſdictionis, & an dicatur, conceſſa abdicatiue, An territorium probetur per teſtes, licet ſint de vniuerſitate, & quę probatio ſufficit in probandis finibus, & exquibus probantur confines, & quibus teſtibus eſt preſtanda fides quando adinuicem ſunt cōtrarij, & an quando rei iudicatæ obſtat exceptio, & quando per vſum iuriſdictionis, quis acquirat quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis, & an & quando ſpoliatus eſt reintegrandus.

SPiritus Sanctus, ad ſit, & illuminet intellectum, vt ſancta Iura loquar; viſis ſcripturis in Eulogio, & contra eulogio ab vtraque parte preſentatis, pro iuſtificatione meritorum, de' quibus quæritur, licet illa apud grauiſſimos Viſos, inquorum ſupremo Auditorio reuidenda pendent, pro iuſtificanda intentione Syndici huius Vrbis, nulla Iurium allegatione indigeant, tum quia exploratum habeo nihil à me dici poſſe, quod non ſit apud Viros optimos, & Conſultiſſimos illius ſupremi ordinis maximè cognitum, tum etiam quia haud dubitandum eſt de eorum ſingulari integritate, ſummaquè Iuſtitia, quam Meſſana ſuæ Cath. Maie. Vrbs benemerita ſibi adminiſtrari iure optimo ſperat, tamen, vt muneri meo ſatis faciam non grauabor ea quæ viua voce ad iuſtificationem mei voti in noſtro florentiſſimo Meſſanenſi Collegio coram Iudicibus Regijs Delegatis, in hac facti ſpecie, propoſui, prouiribus hic in ſcriptis ponere, ex quibus, arbitror Meſſanam ius, & iuſtitiam fouere, & Regiorum delegatorum præmiſſam declarationem, vna cum reductione ad priſtinum fuiſſe, & eſſe Iuridicam, illamq; à ſupremo Italiæ Senatu confirmandam.

Itaq; eodem ſeruato ordine, quo hæc merita deduxi duo capita, in hac conſultatione conſtituenda eſſe cenſeo; In primo proponam Iura Syndici, exquibus Iuſtificatur intentio Vrbis Meſſanæ, In ſecundo conabor diluere ea, quæ ex parte Principis afferuntur.

Deuenio ad primum caput, inquò vnicum afferam fundamentum in forma, & concludens, quo, Iure optimo intentio Vrbis, & illius Syndici iuſtificatur.

Certum enim eſt, nec ex aduerſo inficiari poteſt, quod omnia acta iuriſdictionalia in territorio Meſſanæ celebrata ab alio, quam ab illius Vrbis Magiſtratu ordinario, ſunt contra Priuilegia d. Vrbis.

Sed erectio furcarum, & alia acta iuriſdictionalia facta ex parte Principis intus terminum confinium, de quibus quæritur, ſunt facta in conſtrictu, ſeu Territorio Meſſanæ.

Ergo valet conſequentia, quod illa fuerunt, & ſunt contra priuilegia, & ita debent declaraei, & omnia Iuxta formam

regio-

Digitized by Google

regiorum priuilegiorum, debent ad priſti
num reduci, & reuocari.

Maior propoſitio præmiſſa, probatur,
ſupponendo prius pro conſtanti, quod a-
lias in alia facti ſpecie caſalis Venetici ſup
poſui, quod Meſſana, ex antiquiſſimis pri
uilegijs ex cauſa meritorum, atq; auro, &
ſanguine obtentis, habet certum territo-
rium, ſeu Conſtrictum, inquò exercertur
Iuriſdictio cum mero, & mixto Imperio
per Regium Straticotum Meſſanæ, qui,
ac illius Straticotialis Curia illam iuriſdi-
ctionem exercent in toto diſtrictu Meſſa-
nenſi in omnibus Terris, & locis tam de-
manialibus, quam Baronalibus, adeo quod
Straticotialis Curia habet iuriſdictionem
non ſolum in Ciuitate, & illius territorio
per Villas, & Rura, quæ ſunt à Rupe A-
grò, vſq; ad Bauuſium, iuxta fines conſti-
tutos in priuilegio Regis Rogerij ineulo-
gio preſentato, ſed etiam in omnibus alijs
locis exiſtentibus in Diſtrictu, qui olim
latiori termino à leontino vſque ad Pa
ctas fuit conſtitutus, quod ſanè patet,
tum ex priuilegio Romani Imperij, Ap
pio Clandio, & quinto Fabio Conſuli-
bus, obtento, in quò conceditur Meſſa-
næ Facultas vtendi poteſtate romana à
leontino vſq; ad Pactas, tum etiam ex pri-
uilegio prædicto Rogerij, qui Anno 1129.
conceſſit, vt Straticotialis Curia præſit
omnibus Ciuitatibus, Terris, & locis à
leontino, vſque ad pactas, Vnde Manfre-
dus Rex Anno 1263. teſtatur Straticot-
tum eſſe Iuſticiarium confinium Meſſanæ,
Pariterq; Rex Federicus anno 1302. in pri-
uilegio poſtea confirmato per Regem, &
Reginam Martinum, & Mariam in anno
1396. voluit omnia loca diſtrictus Meſſa-
næ eſſe ſub iuriſdictione officij Straticoti in
perpetum, vnde Lodouicus, & Ioanna per-
miſſa priuilegia territorij, & diſtritus Me-
ſſanenſibus conceſſa, cum iuriſdictione, ac
mero, & mixto imperio mandauerunt in
violabiliter obſeruari, quorum permiſſo-
rum Priuilegiorum generalis poſtea acceſ-
ſit confirmatio Regis Ioannis, Ferdinandi,
Ceſariæ Maieſtatis, Philippi Secundi, &
Tertij, Exquibus ſanè priuilegijs iuſtifica-
tur proprietas, & titulus iuriſdictionis Ci-
uitatis, & illius curiæ Straticotialis, quam
habet in territorio, & diſtrictu ex quo, ſi
illius iuriſdictio eſt, qui illam obtinet ab
habente poteſtatem illam concedendi,
1 *glos. in l. 1. in verb. dare poteſt, ff. de tuto. & cu-
ra, dat. ab his, glos. in §. Agi, in verb. iuriſdictio-
ne, in aut. de defen. ciui. DD. in l. 1. ff. de offi. eius*
Certe Vrbis Meſſanæ, & illius magiſtra
tus eſt iuriſdictio, in eius territorio, & di-
ſtrictu, cui fuit conceſſa à Principibus olim
2 Siciliæ dominis, in quorum pectore om-
nium iuriſdictionum fons extabat, a quo
iuriſdiones fluunt, & refluunt, vt inquit
*Bal. in cap. 1. §. ad hæc num. 11. de pac. iur. firm.
Alex. in cons. 24. Vol. 5. Paris. conſil. 1. num. 12.
volu. 3. Alber. brun. inter conſi. feudal. in conſil.
54. num. 6. Cur. iun. in cons. 157. num. 12. Gra-
mat. decis. 46. num. 1. & vol. 28. num. 12. Ca-
pic. decis. 9. num. 15. Petr. de Greg. de conceſ. feud.
in 2. par. quæſt. 2. nu. 13. & in 7. part. quæſt. 2.
num. 17. Vincen. de Fran. decis. 517. num. 2. La-
nar. cons. 52. num. 4. Ioan. Fran. Apont. in decis.
2. nu. 6. Camil. de cur. in pr. par. diuers. iur. feud.
in §. poteſt num. 4. fol. 28. & Maſtril. de magi-
4 ſtr. lib. 5. cap. 6. num. 140.* Hinc eſt quod eam
iuriſdictionem exercet conceſſionarius, quę
in conceſſione principis continetur, *Afflic.
in c. 1. ſub. num. 40. de capi. qui cur. vend. Capi-
blan. de aucto. baro. prag. 8. in 1. pari. in prin.* Ipſe
enim princeps iuriſdictionem concedit vti
rei ſuæ moderator, & arbiter, Vnde quæ, &
qualis iuriſdictio dicatur cõceſſa à principe
conceſſionis forma illud indicat, cuius te-
nor inſpicitur ad tradita per *Dec. in l. Impe-
rium nu. 26. ff. de iuris. omn. Rol. conſ. 42. n. 43. vol.
2. D. Reg. Tap. in l fin. p. pa. c. 2. nu. 46. & 47. ff.
de conſtit. prim. Felin. in c. paſtoralis col. 2. ver. limi
ta tertio de offic. ordin: Roma. in ſing. 23. & in cõs.
393. Gramat. in decis. 30. in princ. Menoch. de
arbitr. quæſt. 40. num. 7. & Lanar. in d. conſil.
51. ſub. num. 8.* Qua propter ex forma priui-
legiornm Meſſanæ non reuocatur in du-
bium, quod illius magiſtratus in territo-
rio, & diſtrictu Meſſanenſi habeat cum iu
riſdictione merum, & mixtum imperium
Nempe licet ſit inter Doctores controuer
ſia an ſimpliciter iuriſdictione conceſſa, il-
lud veniat, & negatiuam tenet *Ias. in d. l.
imperium num. 11. verſ. tu aduerte, & ibid. Cur.
iun. qui teſtatur de communi, idem Curt. in l. 1.
num. 11. ff. de offic. eius Afflic. in conſtit. ea quæ
decus num. 13. & in cap. 1. §. fin. num. 9. de pac.
tenen. Reg. Tap. in d. l. fin. in pri. part. capit. 2. ſub.
num. 42. verſ. ſequor tamen. & Intrig. de feud.
centu. 2. arti. 80. num. 5.* Tamen affirmatiuam
tenent magis communiter DD. vt fatetur
*Ias. in d. l. imperium, & teſtantur alij quos citat
Roland. in d. cons. 42. ſub num. 20. vol. 2. quam
ſequitur Deci. in d. l. imperium num. 26. & ibid.
Purpur. num. 61. Abb. in cap. quod ſedem, & ibi
Fel. col. fin. & Alciat. nu. 41. de offic. ordin. Bal. in
d. l. fin. nu. 6. & ibid Ias. num. 9. ff. de conſt. prin-
ci.* T a-

Digitized by Google

ci. Paris.conſil.8.col.1.& conſi.9.num.14.vol.
1.Dec.in ca.licet cauſam col.1.de probat.Couar.
pp.99.ca.1.nu. 10.vers. primum cum alÿs quos
citat Rolan.in d.cons.42.nu.17.& infra vol.2.
Qui hanc tuetur ſententiam, quam ſequi-
tur *Pregr. de iur.fiſc.lib.1.tit.2.nu.*88. Et licet
6 prior ſententia in Regno locum ſibi vendi
caret ſtante d. conſtione ea quæ decus, & *cō-*
ſtit. Dignum, inquibus eſt prouiſum, vt nemo
merum, & mixtum Imperium exercere au-
deat abſq; expreſſa, & ſpeciali conceſſione
vnde ſub ſimplici cōceſſione iuriſdictionis il
lud nō venire atteſtatur *Andre.in d.conſt.* Ea
quę decus, vbi latè *Afflic num.13.verſ.item*
quia ſpecialis prouiſio, idem Afflic. in d.capit.
1.num. 44.de capit. qui Cur. vend. & in deciſi.
122.& in præmlud.conſtit.quæſt.6.nu.4.Franch.
in decis.116.num.3.& Reg. Tap. vbi ſupr.nu.
3. Tamen interminis noſtris ſumus in cla-
ris, tum quia in priuilegio Regis, & Re-
ginæ Lodouici, & Ioannę ſpecialiter de
mero, & mixto imperio fit mentio, in quo
priuilegium territorij, & diſtrictus eum iu-
riſdictione mero, & mixto imperio mādant
inuiolabiliter obſeruari *Dom.Tap.in d.l.fin.*
in p.par.cap.2.num.46. Tum etiam quia no-
torium eſt Regiam Curiam Straticotialem
Meſſanæ exercere merum, & mixtum im-
perium, non ſolum interritorio, ſed etiam
in toto diſtrictu, quem exmandato Ferdi-
nandi Regis Catholici, vt in Eulogio legi
tur, tenetur Straticotus ſemel in anno vi-
ſitare, ne aliàs delicta impunita remaneant
& in hac poſſeſſione, ſeu quaſi fuiſſe, & eſ
ſe, illius ſupremi ordinis viris ſapientibus
eſt notiſſimum, quod ſanè priuilegio cum
auctoritate fieri non dubitatur Cum ex ti
7 tulo preambulo, quis preſumitur poſſidere,
ad tex.in l.quædam Mulier, vbi glos.& DD.preſer
tim Angel.ff.de ce.Vendi.l.1.§.1.ff.de excep.rei
iudi.l.2.vbi Bart.num.3.& ibid. Sal.C.de ac-
qui.poſſe.Bar.in l.cum ſolus, ff. de vſu capio. So-
ci.in cons.15.num.7. vol.4. Ruin.conſil.36.nu.
10.lib.5.Soci.Iun.cons.28.num.16.vol.1.Oſaſ.
decis.21. num.6. Hyero. Gabr.cons.32.num.2.
lib.1.Roland.in conſi.9.num.39.vol.3.Menoch.
de præſu.lib.3.præſu.101.num.10.& præſu.67.
lib.6. Quod etiam in his iuribus incorpora
libus locum ſibi vendicat, *l.ſi ate, vbi Bal.ſi*
ſerui. vend. Alci. de præſumpt. reg.2. præſumpt.
23.idem Menoch.in d.præſu.67. num.3. Vnde
ex tali poſſeſſione, ſeu quaſi, priuilegia pre-
8 miſſa declarantur quorum optimam inter-
pretem eſſe ſubſequutam obſeruantiam,
tradit *Bal.in cons.130.in fin.lib.1.Aret.conſil.*
11.col.3.vers.ſed limita, Corn.conſi.193.num.
10.volu.2.Ioſep Lodo.in conclus.38.in 13.illa-
tione, Roma.in cons.89.circa fin.vers.vltimo, &
in conſ.271.num.3.Soci.in cons.11.col.fin.& in
cons.145.num.1.vol.1. Dec. cons.156.col.fin.
Ias.cons.128.col.fin. vol.1.Decia.conſil.44.nu.
28.vol.4.Frec.de ſub.feu.lib.2.aucto.46.num.
11.Franc.in decis.56.num.6.Menoch.in conſil.
276.num.19.vol.3.& in conſi.390.num.16.
Volu.4.& in cons.1060.num.27.volu.11.&
Honde.in cons.92.num.28.& in fin.vol.1. Hoc
igitur ſuppoſito, vera eſt præmiſſa maior
propoſitio, qui acta omnia, quæ fiunt in
territorio, & conſtrictu Meſſanæ, ab alio,
quam ab illius ordinario magiſtratu, ſunt
contra priuilegia d. Vrbis, quæ, vt ex de-
ductis in ſuppoſito patet, huius modi ple
niſſimam iuriſdictionem, magiſtratui illius
Vrbis reſeruauerunt. Quando quidem,
iuriſdictionem iſtam Regiæ Straticotiali
Curiæ abdicatiuè competere, ita, vt ipſe
ſolus Straticotus, & non alius, ibi exercere
poſſit, pluries inſinuauimus, tum apud Prin
cipes Siciliæ Proreges, tum etiam in ſupre-
9 ma regali Curia, Nempe licet illius Articu-
li materia ſit intricata, teſte *Angel. in l.te-*
ſtamenta, C.de teſta.relato à Felin.in cap.paſto-
ralis num.2.de offi.ordi.& tradit Gram.in deciſi.
30.ſub.num.6. illamq; perplexam atteſtetur
Menoch.de præſu.lib.2.præſu.18.in princ. de
qua idem Felin.in d.cap.paſtoralis, Abb.Dec.&
alÿ in cap.ceterum de Iudi.Bal.in l.p.quæſt.43.
ff.de rer.diuis. Afflic.in capit.1.§.item ſi is quib.
mod.feud.ami.Roland.in conſil.1.num.49.& in
conſi.48.num.22.volu.2.& in cons.75.nu.15.
vol.3.& in cons.21.num.10.& 12.vol.4.Iſer.
in capit.1.§.rei autem.& ibid. Afflic.col.2.verſ.
ſed quis præfertur, de inueſ. de re alie. fac. Bru.
conſi.23.in fin.& in conſi.47.num.7.Capic.in
ſua inueſt. in verbo magiſtratuum creatio fol.
michi.128.Soci.Iun.conſil.126.Volu.3. Paris.
cons.8.num.30.Vol.1.Bero.cons.74.num.8.&
11.vol.1.Crau.cons.411.num.36.Theſau.deciſ.
132.Gram.in d.decis.30.& in decis.46.idem
Gram.vot.28.Minad.in conſti.in aliquibus, in
verſ.comitatuum, num.15.Lana.in d.cons.52.
Anna in alleg.52.& in ſing.631.Camil.de Cur.
in pr.par.diuer.iur.feud.in d.§.poteſt fol.28.la-
tè Menoch.per plures caſus in d.præſu.18.lib.2.
Aroſenth.de feud.in cap.5.conclus.5. Grati.di-
ſcept. Foren.cap.270. num.13.17. cum ſequ.&
alÿ, quos ſciens pretereo; Tamen hæc iuriſdi
ctio Magiſtratus Meſſanæ in territorio abſ-
que dubio eſt abdicatiua tum quia agitur
10 de iuriſdictione conceſſa fauore, ſeu mero
priuilegio Meſſanæ, cui facta eſt conceſſio,
vt Rex Manfr. atteſtatur, & ex tenore pri-
uilegio.

uilegiorum patet, vnde Iuriſdictio eſt ab-
dicatiua, *Abb.in d.cap.ceterum num.7.de iudi.*
Cardi.in clem.p.verſ.nc igitur, in p.not.de celeb.
miſſa.Felin.in cap.irrefragabili,ante nu.1.verſ.
declara prædicta de offi.ordi.Angel.in cons.375.
col.2.verſ.idem dico ſi in modū & col.fin.verſ.
4.fallit.Gram.in d.decis.30.in fin.nu.12.Crau.
in d.cons.411.num.31.Menoch.in d.præſu.18.
num.23.lib.2.& Lanar.in d.conſil.52.nume.8.
Quod fortius vendicat ſibi locum, quan-
do priuilegium eſt in vim contractus, *Crau.*
in d.cons.41.num.33.in fin.Menoch.in d.præſu.
11 *18.in loco.præci.*prout talia ſunt Meſſanen-
tium priuilegia, ex cauſa notabilium me
ritorum obtenta, *Bal.in l.qui ſe patris nume.*
14.C.Vnd.libe.Natt.conſi.511.num.9.& cons.
512.num.15.Soci.in cons.19.num.9.Volum.1.
Gram.in decis.65.num.25.Roland.in cons.76.
num.13.& ſeq.volu.2.Pereg.de iur.fiſ.lib.1.tit.
5.num.28.Soci.Iun.in cons.76.num.38.volu.
1.cum concord. traditis in iuris reſpo. edicto pro
immu.Meſſanę in pri.par.in 3.ſuppo. per totum
preſertim num.75.vbi latè hoc probaui. Tum
12 etiam quia agitur de iuriſdictione conceſ-
ſa Ciuitati cum hoc, quod cauſæ debeant
in ea agitari per Straticotum, & Iudices
Curiæ Straticotialis, itaque nullus Ciuis
Meſſanæ alibi pro quacumq; cauſa poſſit
conueniri, vt in Regijs priuilegijs Roge.,
Henrici, Martini, & Mariæ, & Iacobi legi
tur, quo caſu, iuriſdictio dicitur abdica-
tiuè conceſſa, & priuatiuè, *Roma.in conſ.*
393.in cip.præſens conſultatio, col.pen.verſ.ſe-
cundo idem probatur, vbi voluit, quod quan-
do conceditur iuriſdictio alicui Caſtro,
quod cauſæ debeant in eo agitari per Vica
rium ibi ponendum, quod tunc iuriſdictio
eſt abdicatiua, idem *Roma.in ſing.21.in cip.*
viget Pactum, ſequitur Feli.in d.cap.paſtoralis,
col.1.verſ.limita primo,& Gram.in d.deciſi.30.
num.9. Tum etiam quia ex priuilegio Man-
fred. apparet, quod priuilegia Meſſanæ ſic
fuerunt interpretata, Nempe viſis priui-
legijs per Iudices ſuæ Regiæ Audientiæ,
13 quibus remiſit reuideri, Et ſic diſcuſſo ne-
gotio, & cauſa cognita, & per conſequens
ex certa ſcientia, *ad not.in cap.1.& 2.vbi*
DD.de conſi.vti.vel inuti.& in cap.1.& capi.
veniens in glos.in verb.confirmatum, de trans.
Anto.de But.in cap.2.de pact.Alex.in conſil.
121.vol.4.Dec.in rub.de conſ.vti.vel.in vti.Pa
ris.conſi.19.num.12.vol.1.& in conſil.33.nu.
51.volu.3. Prohibuit Iuſticiarios ingredi,
confinia Meſſanæ pro Iuſticia miniſtranda,
nec de illius habitatoribus quomodolibet
ſe intromittere, & ſubdit quoniam hoc
eſt reſeruatum, & conceſſum Straticoto,
& Iudicibus ad honorem Ciuitatis Meſſa
14 næ, Et ſic Straticotus, & nemo alius, illam
poteſt iuriſdictionem exercere, & ideo eſt
abdicatiua, *Angel.in l.1.per glos.ibi in verb.*
ſolus C.vbi, & apud quem, Felin.in d.capi.pa-
ſtoralis, col.3.verſ.limita tertio de offi.ordi.Me-
noch.de arbi.lib.1.quæſt.40.num.7.Capib.de
15 *auct.Baro.prag.8.in pr.par.num.224.* Attendi
tur enim forma conceſſionis, ſeu priuile-
gij, an iuriſdictio ſit abdicatiua, vt ſentit
Capic.in d.decis.9.in prin.Vinc.de Franc.in de-
cis.458.Rui.cons.7.num.6.volu.4.Menoch.in d.
quæſt.40.& Lana.in d.cons.52.num.8. Vnde
pro talium priuilegiorum obſeruantia paſ-
ſim à Regali Curia emanant litteræ pro-
uiſionis Straticoti cum clauſula expreſſa,
Tu ſolus, & nemo alius, quod eſt noto-
rium ſupremo Italiæ auditorio, & ex re-
giſtris patet.

Cum ergo iuriſdictio iſta dicatur abdi-
catiua ſequitur veritas maioris propoſitio
nis prædictæ quod omnia acta iuriſdictiona-
16 lia facta in territorio Meſſanæ, ab alio quam
ab ordinario magiſtratu d. Regiæ Strati-
cotialis Curiæ ſunt contra dicta priuilegia,
Qua ratione in Eulogio habetur, quod
cum alias fuiſſet conſtitutus à Rege Alphō
ſo in Vrbe Meſſanæ, & illius diſtrictu, Ada
mus de Aſmundo Vicerex particularis, il-
lius cōmiſſio fuit (inſtante Ciuitate) per
Iudices declarata tendere contra priuile-
gia, & inſtātib⁹ oratoribus Vrbis apud Re
gem fuit per eundem Regē Alphonſū an-
nullata perdicta commiſſio vna cum om-
nibus actis, & actitatis perdictum de Aſ-
mundo, quæ voluit haberi pro infectis,
pærmanentibus priuilegijs Ciuitatis in ſuo
robbore, quæ mandauit ab omnibus effi-
caciter, & inuiolabiliter obſeruari; Hinc
alijs attentatibus de facto iuriſdictionem
exercere in territorio & diſtrictu Meſſanæ,
Ciuitas allegauit vſum talis iuriſdictionis,
& acta iuriſdionalia fuiſſe, & eſſe contra
priuilegia, & ita fuit declaratum, & om-
nia ad priſtinum reducta, vt apparet ex actis
in Eulogio præſentatis, ex quibus præſer-
tim perpenditur quod ipſe Straticotus, li-
cet ſit ordinarius non poteſt tamen in Vr-
be, Territorio, & diſtrictu aliam iuriſdi-
ctionem quam ordinariam exercere, Vnde
eſto qđ Straticotus cōſtitueretur Vicarius
Proregis, vel Capitaneus Armorum Regni
vtiq; non vtitur illa poteſtate in territorio
niſi extra dictum lapidem Dineti, vt con-
ſtat per Teſtes in eulogio deponetes de
menſe

Digitized by Google

menſe Februarij anni præteriti ſuper 7.cap.
Adeo quod ſi tanquam Vicarius, vel Ca-
pitaneus Armorum Regni acta faceret iu-
riſdictionalia in Vrbe, & illius territorio
certe, illa eſſent contrapriuilegia, prout
fuit ſeruatum tempore Pompei Colonna,
& Ducis Ariolæ, quorum acta omnia iuriſ
dictionalia in Vrbe, & diſtrictu facta, per
eos tanquam Vicarios, & Capitaneos Ar-
morum Proregum, fuerunt declarata con-
tra priuilegia, & omnia ad priſtinum re-
uocata, & hæc eſt communis obſeruantia,
qua vtimur contra eos, qui de facto atten
tent exercere iuriſdictonem in Vrbe, il-
17 liuſq; territorio, & diſtrictu, Ex qua ſa-
nè obſeruantia tollitur omnis dubbietas
*ad tex. in cap. cum dilectus cum ibi not. de conſuct.
l. ſed Iulianus §. proinde ff. ad Macedon. ad tra-
dita per Bart. in l. miſſi opinatores num. 14.* C. *de
exactor. lib. 10. & in cons. 59. num. 3. Canonis. in
cap. cum veniſſent per illum tex. de inſtitut, Oſaſc.
in decis. 136. in fin. Cranet. conſi. 294. ſub. num.
8. verſ. 21. col. 1. Natt. cons. 498. num. 28. Pa-
ul. de Caſtr. in conſil. 313. Poſtremo col. 1. & in
conſil. 314. ſuper eo in fine lib. 1. Socci. conſil. 25.
col. 8. verſic. octauo probantur vol. 1. & in con-
ſil. 66. num. 11. vol. 3. Deci. conſil. 283. num. 7.
poſt medium Ias. cons. 128. col. penult. vol. 1. Be-
ro. conſil. 91. num. 10. vol. 1. Decian. conſil. 44.
num. 28. & num. 115. vol. 4. Menoch. in conſil.
341. num. 23.* Hæc enim obſeruantia decla-
rat quale ſit ius Ciuitatis ex forma priui-
legiorum circa vſum iuriſdictionis in terri-
territorio, alterius, quam ſui Magiſtra-
tus, *Bal. in conſil. 245. volu. 3. Cranet. in conſil.
211. num. 8. & alibi ut per Menoch. conſi. 201.
num. 167. vol. 3. latè Fran. Becc. in conſil. 101.
num. 49. vol. 1.* Cui quidem obſeruantiæ ſtā-
dum eſſe fertur Communiter à Canoniſtis,
*in cap. 1. de conſtit. Roma. in cons. 89. num. 8. Soc.
iun. in cons. 21. num. 13. vol. 2. Franch. decis. 22.
num. 5. Apont. in cons. 51. num. 28.* Illaq; par-
uo tempore induci, nec præſcriptione in-
digere tradit *Deci. in d. cap. 1. & in conſil. 48.
col. 1. & in cons. 441. num. 13. Alex. conſil. 8.
num. 7. vol. 6. Cranet. cons. 101. in fin. & conſil.
201. num. 12. Decia. in d. cons. 44. nu. 28. & a-
lij quos citat Becci. in d. cons. 101. num. 50. qui-
bus accedunt Menoch. de arbitrar. cas. 83. num.
10. & Apont. in d. cons. 51. num. 28. & 29.* Ex-
quibus omnibus inferendo ad hanc facti
ſpeciem, ſequitur conſequentia ſuperius
facta, quod vſus Iuriſdictionis, & acta iu-
riſdictionalia celebrata ex parte Principis
intus Territorium deſignatum, de quò
18 quæritur, & preſertim erectio furcarum,
tanquam actus iuriſdictionalis de mero
Imperio, *Oldr. in conſi. 161. Bal. in l. à procu-
ratore in prin. verſ. item pone,* C. *mandati, & in
ca. 1. col. pen. in verb. Corporeum quodlibet, quid
ſit in veſt. idem Bal. in l. arboribus, §. de illo in
verſ. nam & ſi agrum ff. de vſuf. Albe. Brun. in
conſi. 34. in fin. num. 16. Dec. conſi. 249. in princ.
Maſcard. de prob. in conclus. 946. num. 10. &
Auend. de exeq. mand. reg. in 2. par. cap. 21. nu.
3. qui poſt Ioann. Fab. in §. retinendæ, num. 23.
Inſt. de interd.* teſtatur quod armata manu
poteſt furca demoliri quando ab extraneo
iudice erigitur ſunt itaque hæc omnia con
tra priuilegia eſto, prout verum eſt, quod
ille terminus territorij inter lapidem, &
flumen ſit de finibus, & territorio huius
Vrbis.

Qua propter oportet deuenire ad mi-
norem propoſitionem fundamenti princi-
palis de ſuper facti à cuius veritate iuſtifi-
catur petitio Syndici, & declaratio pro eo
facta à iudicibus Regijs delegatis, inqua
reſtringitur totum pondus præſentis con-
ſultationis, quæ ſanè minor propoſitio oſtē-
ditur vera ex infraſcriptis.

Primo per teſtes examinatos, tum de
mandato Regiæ Curiæ Straticotialis, tum
etiam Magnæ Regiæ Curiæ in anno 1540.
1554. & 1558. in cum eulog. nec non per
alios teſtes examinatos ad præſens per offi-
cium Senatus, tam de menſe Februatij ſu-
per p. & 2. cap. quam etiam de menſe Mar
tij ſuper 4. cap. anni præteriti 1620. vt in
Eulogio, & de menſe Aprilis eiuſdem anni
in cum eulogio, ſuper 4. cap. qui deponunt
quod territorium huius Vrbis Meſſanæ ex-
parte Meridiei extenditur vſq; ad d. La-
pidem magnum album nuncupatum la
Pietra del diueto per miliare cum dimidio
vltra flumen Ioan Pileri per quos teſtes
19 probari confines, & territorium ſenſit
*Iure cons. in l. in ſumma, §. item Labeo, vbi glos.
& Bar. ff. de aqu. plu. arcen. & Roma. Pont. in
cap. cum cauſam, vbi paſſim Cano. omnes, extra
de probat. Bal. in d. cons. 420. num. 1. volu. 1. &
cons. 286. vol. 2. Soci. in conſil. 89. col. 1. in cip. in
cauſa agitata, vol. 1. Paris. in cons. 104. num.
22. & infr. eodem volu. Barbat. cons. 6. num. 4.
volu. 2. Guid. pap. decis. 193. ſub. num. 1. verſ. ſe-
ptimo probantur, Hiero. de mont. de finib. regen.
capit. 50. & 51. Rui. in conſil. vltimo num. 16.
vol. 4. Fran. Rip. in l. 1. §. ſin autem collegium. nu.
2. ff. ad trebel. latè Maſcar. de prob. conclus. 395.
Menoch. de arbi. cas. 106. num. 5. qui poſt Rui. &
Rip.* ſuperius citatos atteſtatur confines pro
barì etiam per Teſtes vniuerſitatis, quod

Digitized by Google

tradit Nicol.feſta.in tract.de Colle.par.3.cap.
1.ſub.num.24.& ſeq. Farin.quaeſt.60.nu.487.
Maxime quando ipſi commodum in parti-
culari non ſentiunt, *Guid.pap.in d.decis.193.*
ſub.num.2.Bald.in d.conſi. 420.num.6.volu.1.
Rui.in cons.92.num.3.volu.4.Maſcard.in d.con
clus.395.num.9. & eſt generale in cauſis vni-
uerſitatum, *Bald. in l. parentes* C. de *Teſtib.*
Abb.in capit.in ſuper num. 2.& 3.eod. Bal. &
Anto.de But. in capit. cum Nuncius, eodem tit.
Dec.cons.342.num.4.Afflic.decis.400. Capic.
decis.152.num.4.Menoch.de arbi.in d.cas.106.
Roland.cons.72.num.4.vol. 2.plenè Surd. conſi.
28.& conſil.65.num.8. latè Farin.in d.quaeſt.
21 *60.num.430* .Et licet in probandis finibus
præſertim antiquis probatio tam exacta
non requiratur, vnde ſufficere videtur le-
uis, & talis qualis probatio, licet non ſit
omnino plena, *Canon.in d.cap. cum cauſam,*
Glos.in cap.ſi Papa in verb. probata de priuil.in
6.Florian.in l.in finalibus ff.fini. regun. Ias.in l.
ex his col.2.in 4.limit. C.de teſtam. milit. ſentit
Corne.in cons.333.capio.num. 3.Volu.1. Socci.
cons.86.num.4.vol.1.& cons.66.num.2.volu.
2.qui teſtatur de communi *Andre.Barba.in*
d.cons.6.vol.2.Deci.in conſil.42,num.9.verſic.
his tamen, Hiero. de mont. in tract.de finib.re-
*gen.in d.cap.50.num.2.*cum tribus ſequenti-
bus, *Paris.in d.cons.104.num.24.& in conſi.*
107.num.7.& 8.Vol.1. Maſcar. de probat. in
d.conclus.393.in prin. Tamen teſtes prædicti
deponentes de finibus, & territorio d. Vr-
bis vſq; ad dictum lapidem, plenè probant
territorium, tum quia de viſu, & obſeruan
tia tempore eorum ætatis deponunt, præ-
ſertim teſtes examinati de menſe Februa-
rij 1620. ſuper 1.& 2. cap. quos abſq; du-
bio plenè probare inquit *Natt.in conſi.672.*
22 *ſub.num.13.verſi.Tertio* Tum etiam quia ex
eo ſolum teſtes prædicti probant territo-
rium dum referunt ab antiquis audiuiſſe,
qui pariter dicebant ab eorum anteceſſori
bus habuiſſe, quod territorium Meſſanæ
extenditur vſquè ad dic. Lapidem ma-
gnum, & album nominatum dello diue-
to, nempe in probandis finibus antiquis,
Teſtes de auditu probant, vt indiuidua-
liter tradit *Alex.in conſ.187.in hac cauſa,*
num.16.vol.2.quem refert, & ſequitur, Natt.
in d.cons.672.num.14.Socc.in d.cons.89.num.
2.vol.1. eoſquè plenam facere probatio-
nem, tradit *Abb.in d.cap.cum cauſam, in prin.*
*& ibid.*Dec.*num.mihi 2.extra de proba. Bar. in*
tract.de teſtib.in verſi.Hanc eandem num.18.
Hyero.de mon.de fin.reg.cap.51. Guid. Pap. in
d.decis.193.in d.verſ.ſeptimo, Ruin. conſi.92.
*ſub num.1.vol.4.*Vbi ait quod de facto an-
tiquiſſimo agi dicitur, quando de finibus
tractatur ſecundum *Arct.in cons.43.col.pen.*
& Maſcard.in d.conclus.395.nu.4. Quod abſ-
què dubio locum ſibi vendicat in Teſtibus
iſtis, qui non ſimpliciter dicunt audiuiſſe
ab antiquis, ſed expræſſe teſtantur audiuiſ-
ſe ab eorum maioribus, quorum aliquos
nominant, ad notata *in cap.licet ex quadam*
extra de teſtib.Crauet. de antiq. tempo. verſ.vi-
ſo de ſama num.12.Hyero.de mont.in d.cap.51.
num.9.Corne.conſi.78.viſo proceſſu col.3.vol.
3.& Maſcard.in d.conclus.395.num.7.

Secundo illa minor propoſitio oſtendi-
tur vera per illum lapidem antiquiſſimum
magnum & album, vulgariter nuncupa-
tum, la Pietra del diueto, qui lapis, vt te-
ſtes prædicti ſuper capitulis præmiſſis depo
nunt, eſt terminus territorij Meſſanæ ex par
te Meridiei, & diuidit territorium d. Vr-
23 bis à territorio ſcalettæ, quando quidem
non eſt nouum confines ſeu territorium di-
ſtingui, & probari per lapides antiquos,
ad tex.in l.1.§.qui in rationibus ff.de falſi. & l.
qui tabulas in princ.ff.de fur.Guid.Pap.qui citat
illa Iura in d.decis.193.ſub num.1.verſic.ſecun
do tradit Bal.in d.cons.420.num.1.vol.1.& in
cons.468. incipienti qualiter probentur,
vol.3.Corne.in cons.333.num.12.Vol.1.Paris.
de pute.in cap.1.num.20.& ſeq. de finib. feud.
Hyero.de mont.de fin. regen.cap.17.Maſcard.in
conclus.400.& Lauren.Calca.in cons.90. num.
8.Nec refragatur illud, quod ex aduerſo
adducebat Aduocatus Principis, qui ne-
gabat quod dictus lapis ſit terminus terri-
torij, ex eo quod non habet alios lapides
paruos hinc in de, qui ſolent iudices ap-
pellari, & oſtendunt confinia, motus au-
thoritate *Menoch.in cons.21.num.30.qui al-*
legat poſt Paris. de put. vbi ſupra Hyero. de
mont. in d.cap.17. num.4. Nempe illud de
paruis lapidibus non procedit, quando la-
pis poſitus loco termini eſt immobilis, pro
ut eſt lapis ille magnus, de quo quæritur,
& ideo quod ex aduerſo dicitur locum ſi-
bi vendicat in lapide mobili, qui ſolet ha
bere alios lapides paruos circum circa, qui
deſignant lapidem medium fuiſſe po-
ſitum pro fine terminante, & deſignan-
te, quod tradunt *Paris.de put. & Hyeron.de*
Mont. citati à Menoch.in loco præcit. & poſt eos
teſtatur Maſcard. in d. conclus. 400. in prima
limit.

Preterea, nec refragatur quod dictus la-
pis non habet aliquas literas, quæ his la-
pidibus ſolent in ſculpi, vt oſtendant eſ-
ſe loco

Digitized by Google

ſe loco termini, vt tradit idem *Menoch. in d.cons.21.qui ad hoc citat Calcan. in d. conſil. 90.num.8.& Hyero.de mont.de fin.regen.capit. 18.num.3.* Nam quod literæ ponantur in lapide poſito pro termino Confinium, non eſt de neceſſitate ſimpliciter, ita vt abſq; literis lapides antiqui non probent territorium, hoc enim nemo dicit, ſed quod de literis traditur, illud dicitur ad finem, vt lapides abſq; alia probatione probent Confines, & eis fides habeatur, quod ſanè eſt quod tradit *Calcan. & refert Hyero.de mont.* vbi ſupra dum ait quod de conſuetudine in iſtis terminis lapideis territoria ter
24 minãtibus,& diuidẽtibus fiũt literæ & alia ſigna,vt eis præſtetur fides,Nã licet ſcripturis priuatis nõ creditur,his tamen literis,& ſcripturis priuatis credendum eſt, quia cenſentur publicæ, dum in loco publico ſunt poſitæ *ad tex. in l.1.& 2.ff. de alb. ſcrib. cap.ſanè, 34.quæſt. 2.glos.in d.cap.cum cauſam de probat.* Et ideo inquit *Guid. Pap.in d.decis.193.ſub.num.1.vers.ſexto*, Quod per ſcripturam in columna, vel lapide impreſſam probantur Confines, & iſte eſt alius modus probandi territorium per lapides antiquos, vt tradit idem *Guid.Pap.vbi ſupra verſic.ſecundo*; Itaq; licet in dicto lapide non ſint literæ atteſtantes illum eſſe terminum territorij, tamen extat publica vox, & fama, de qua Teſtes prædicti deponunt, præſertim illi de menſe Februarij 1620.
25 examinati ſuper 1.cap.qui teſtantur de notorio, & fama publica, quæ ſufficit in Antiquis ad probandum Confines, *d.cap.cum cauſam vbi glos.in verb.Teſtes,& ibidem Imol. Fel.& alij, glos.in l.atqui natura, §.qui me abſente, ff.de nego.geſt. Archid.in cap.inter memoratos, 16.q.2.Marſil.in l.de minore,§.plurimum num.78.ff.de quæſt. Guid.Pap.in d.deciſi.193. verſ.Tertio, Bal. in l. conuenticulam, C.de Epi. & cler.& in d.cons.420.ſub num.1.volu.1.& in cons.286.vol.2. Barba.in d.cons.6.num.19. vol.2.Rui.in d.cons.92.num.2.vol.4. Natt.in d.conſi.672.num.14.& in fr.Soc.in conſil.86. num.2.cum ſeq.vol.1.Grat.in reſpo. 138.num.*
26 *11.vol.1.Hyero.de mont.de finib.regen.cap.55. num.10.& in cap.66.in prin. quod proſequitur Maſcard.de probat. conclus. 396.* & tanto magis vbi alia vrgent, dequibus inferius,quæ probant territorium Meſſanę extendi vſq; ad dictum lapidem magnum, illumq; eſſe terminum confinium Meſſanæ ex parte meridiei, quo caſu Teſtes de auditu audictis probant confinia concurrentibus aliquibus præſumptionibus ſeu conjecturis, *Rui. in d.cons.92.num.13.in fin.vol.4.& poſt eum Menoch.in d.conſi.21.ſub. num.31. vol.1.* Pro qua re ſummopere vrget antiquum nomen dicti lapidis, de quo non extat hominum memoria in contrarium, qui vocatur lapis diueti prout deponunt dd. teſtes in prædictis cap. præſertim illi de menſe Februarij ſuper primo cap. in Eulogio, & de menſe Aprilis, ſuper 4.cap.in cum Eulogio,quod Diuetum, ſecundum communem vocabili intelligentiam importat territorium,ſeu terminum, territorij, vel locum vbi terminatur territorium,adeo quod vbi fit diuiſio territorij Meſſanæ, communi, & antiquo vocabulo appellatur Diuetum,Qua ratione, quod intrat Meſſanæ ab extra territorium, antiquo & communi vocabulo dicitur intrare ab extra Diuetum vt legitur in antiquis capitulis vendictionis gabellæ tarenorũ duorũ pro qualibet Cupa vini,& ex fide vendictionis gabellæ frumentorum, & farinarum, quæ gabellæ ſunt impoſitę per Ciuitatem, & exiguntur ſuper vino, & frumentis intrantibus de foris territorium vt deponunt teſtes de menſe Augusti 1554. ſuper 5.cap.& 1558. ſuper 3. cap. in cum Eulogio, & teſtes ſuper 2. cap. die primo Aprilis 1620. in alio cum Eulogio, inquibus ſanè capitulis, & venditionibus dictarum gabellarum territorium Meſſanæ deſignatur per hoc vocabulum diueti, quod patet ex dictis capitulis in cum eulogio præſentatis; Ex eadem ratione, quod eſt ſeu fit in territorio Meſſanæ, eodem antiquo vocabulo dicitur eſſe, & fieri in diueto, & infra Diuetum, vt patet ex capitulis venditionis gabellæ granorum duorum ſuper qualibet libra ſerici manganellorum territorij, de qua Gabella deponunt Teſtes in eulogio à die 7. Februarij 1620. ſuper 11. cap. in cuius gabellæ venditione territorium deſignatur hoc vocabulo diueti, vt legitur in capit. d. gabellæ præſentatis in cum eulogio, nec non patet ex capit. in eodem cum eulogio præſentatis venditionis gabellæ denarij panis, impoſitæ pro pauperibus inuentis, quæ exigitur à venditoribus panis in ciuitate, caſalibus, & territorio de diueto in diuetum; Et ideo, quia Meſſana habet territorium ex duobus lateribus vſq; ex parte meridiei verſus Scalettam, & ex parte ſeptentrionis verſus Melatium, communiter à tempore immemorabili dicitur quod Meſſana habet duo diueta, quæ terminant illius territorium prout de hac communi, & vniuerſali opinione,

Digitized by Google

ſeu modo loquendi deponunt teſtes de dicto Menſe Februarij examinati ſuper 2. capitulo in Eulogio qua communi opinione confines probati tradit *Corne. in conſ. 171. nu. 12. vol. 1. poſt ſpecul. in tit. de probat. §. 1. & in §. videndum reſtat. verſ. duodecimo Hyero. de Mont. in d. cap. 52. in fin. num. 16. Socc. in conſi. 86. num. 2. vol. 1. Guido. Pap. in d. deciſ. 193. ſub num. 1. vers. nono Ruin. in conſ. 50. num. 16. vol. 1. Maſcard. conclus. 403. num. 11. & Nicol. genu. de verb. enunciat. lib. 2. quæſt. 1. ſub nume. 8.* Et quidem vocabulum hoc, ſeu nomen diueti, iure optimo conuenit, vt importet terminum, ſeu locum, vbi territorium terminatur ex eo quod videtur eſſe conſonans rei, *ad tex. in §. eſt, & aliud inſtit. de donation. Menoch. in conſ. 191. num. 17.* Nempe dicitur Diuetum locus vbi terminatur territorium, quia vetat ingreſſum, & egreſſum, abſq; gabellarum ſolutione, earum rerum, pro quibus ſoluitur vectigal, vel in introitu, vel in exitu, iuxta *tex. in cap. 1. in verb. portus, & ibid. Andr. Bal. Anal. & alij, quæ ſunt regal. Aroſenth. de feud. cap. 5. conclus. 31. in addit. lit. D. Camil. Borrel. de præſtan. Reg. cap. 9. num. 45. Egid. Tham. de gabel. in §. exactio munerum, num. 13. & Iul. ferre. de Gabel. num. 467.* Quod in re noſtra deponit Teſtis Marchiſius de Aloiſio in contra eulogio principis de anno 1514. ſuper 2. cap. qui dicit, quod illa Rocca ideo vacatur Diueto, ratione vini, & frumenti, quod intrare non poteſt, niſi ſoluta gabella tareni, quod clarius dicunt Bernardus Rudiloſſo, & Petrus Cacciola in eodem anno deponentes ſuper eodem 2. cap. qui inuitis dentibus, licet tunc pro Barone Scalettæ deponebant, fatentur tamen quod Diuetus Meſſanæ eſt vſq; ad dictum lapidem, qui ideo vocatur del diueto pro Vino, Oleo, & frumento quod non poteſt introire abſquè licentia Iuratorum Meſſanę.

Nec obſtat, quod ex aduerſo adducitur, quod in fundaco Diueti ex parte ſeptemptrionali, officiales Bauuſi excercent iuriſdictionem non obſtante, quod illud nominetur fundacum Diueti, prout pariter exercent in illis locis, ſeu predijs ſitis in loco, ſeu contrata Diueti, quæ ſunt V. I. D. Franciſci Antonij Coſta, Franciſcelli pollicino, & Iacopelli, Honofrij, & Petri Pauli Raffa, in ferens ex hoc non eſſe abſurdum dicitum lapidem ex parte Meridiei, licet appellatum Diueti eſſe poſitum in territorio Scalettæ, illumq; terminum terreni, licet poſitum infra diuetum, eſſe tamen ſubiectum iuriſdictioni officialium d. Terre, Nam hoc facile diluitur ex eo quod verius in facto eſt, quod terminus Diueti, ſeu Territorij Meſſanę ex parte ſeptemptrionis non terminatur in dicto fundaco, licet appellato Diueti, ſed in arbore del chioppo, ante fundacum, ſeu Baliũ dicti fundaci poſita, quæ arbor eſt diuiſio, & diuidit territorium Meſſanę à territorio Bauuſi, vt deponunt teſtes de Menſe Aprilis 1620. ſuper vnico Capi. in cum Eulogio Syndici, & ille fundacus eſt ſitus in territorio Bauuſi, & in principio illius territorij, & appellatur diueti, non quia eſt terminus, ſeu diuiſio territorij, ſed quia per paucos pedes diſtat ab arbore prędicta quæ Diuetum, ſeu Territorium conſtituit, & ideo in eo exercent iuriſdictionem officiales Bauuſi, prout etiam faciunt in prædictis prędijs, quę ſunt extra diuetum, licet in conuicino diueti, & proprie in contrata dicta didonaduti, vt deponunt teſtes vltimo loco examinati, qui ab extra præſentantur ex parte Syndaci, Vnde non bene infertur ad rem, de qua agitur, nempe ille lapis diueti, vt probatur eſt terminus territorij Meſſanæ ex parte Meridiei, & conſtituit territorij diuiſionem, & illud ſpacium terreni, de quo controuertitur, non eſt vltra d. lapidem, ſeu extra diuetum ſicut predia iſta, ſed eſt circa diuetum infra d. lapidem, & flumen Ioan Pileri, quia de re ratio eſt diuerſa, & illatio ex aduerſo facta non conuenit ex vulg.

Tertio principaliter præmiſſa minor probatur ex diuerſis inſtrumentis antiquis, inquibus territorium iſtud inter lapidem, & flumen de quò agitur, enunciatur eſſe de finibus & territorio Meſſanæ, quod præſertim enunciatur in eo antiquiſſimo inſtrumento celebrato per Maugeriũ Altauilla in anno 1274. in erectione, & dotatione Eccleſiæ ſancti ſtefani prothomartiris, quam eccleſiam præfatus quõdam Maugerius enunciat fundare in ſolo proprio, poſito in territorio Meſſanæ in flumine, ſeu loco, qui dicitur de Aptilia, cuius Eccleſiæ regimẽ, & protectionẽ, ac prouiſionem Cappellani cõceſſit Monaſterio illiuſq; Abbati ſanti Stefani del Boſco in partibus calabrię, vt late in d. inſtrumento legitur, quę Eccleſia ſanti Stefani eſt ſita in eo terreni ſpatio de quò quæritur inter d. flumen, & lapidem Diueti vt patet ad oculum, & conſtat per fidem D. chriſto fari ſaluati, S. T. D. Cappellani Ruris Ioan pileri, & eſt vna

vna ex illis quinq; Eccleſijs ſitis in medio
illius ſpatij territorij de quò quæritur in-
ter flumen, & lapidem, vt deponunt te-
ſtes in Eulogio Syndici die 21. Februarij
1620. ſuper 3. cap. quæ Eccleſia in d. in-
ſtrumento enunciatur fundari in loco pro-
prio d. de Altauilla poſito in territorio
Meſſanæ, quod pariter enunciatur in di-
uerſis publicis documentis in Eulogio
preſentatis electionum Cappellani d. Ec-
cleſiæ celebratarum per Abbatem dicti Mo
ſterij Santi Stefani del Boſco; (cui ius eli-
gendi cappellanum præfatus de Altauilla
in fundatione reſeruauit) Pariter illud enun
ciatur tum in priuilegio Regis Martini, &
Mariæ in anno 1394. preſentato in cum
Eulogio, in quò enunciant Rex, & Regi-
na conceſſiſſe in anno 1391. Nicolao Cri-
ſafi bona burgenſaticæ illorum de clara-
monte poſita in Ciuitate Meſſanæ, & eius
territorio, quæ conſiſtunt in Domibus,
Viridario Caſalis Aptiliæ Baiulationis eiuſ
dem, tum etiam in donatione facta per
Coloſinum Criſafi in anno 1505. Maſullo
Criſafi eius filio de bonis ſuis maxime de
feudo, vel allodio nominato de Claramon
30 te, poſito in territorio Meſſanæ in fluma-
ria Aptiliæ, & ſic bona iſta de Claramon
te ſita in flumaria, & Caſali Aptiliæ quod
eſt vltra flumen in medio illius ſpatij ter-
reni exiſtentis inter flumen, & lapidem
Diueti, enunciantur in dd. priuilegio, &
inſtrumento donationis eſſe poſita in terri
torio Meſſanæ, quæ ſanè verba enunciati-
ua, licet regulariter non probant enuncia-
tũ, quãdo de eo principaliter quæritur, *l. ex
his verbis C. de Acilit. teſt. l. optimam C. de contra
ſtipul. cap. ſi Papa de priuil. in 6. Dec. poſt Barto.
Abb. Bal. Aret. Roma. & Socc. quos citat in cons.
213. nu. 9. Cephal. in cons. 317. nu. 67. & cons.
369. nu. 140. Paris. in cons. 81. nu. 59. Vol. 2. &
cons. 77. nu. 30. vol. 3. Menoc. cons. 81. nu. 23. &
cons. 260. nu. 11. & cons. 372. nu. 16. Oſaſc. de-
cis. 76. num. 12. Surd. in conſi. 5. num. 10. & nu.*
33. vbi hoc etiam intelligit reſpectu par-
tium enuntiatium prout ſic refert *Bardel. in
cons. 54. num. 16. idem Bardel. in cons. 49. nu. 10.*
Tamen in terminis de quibus agitur, præ-
dicta inſtrumenta, eorumq; verba enuncia
tiua probant ex tribus principaliter.
Primo, quia alia adminicula pro enun-
31 ciato concurrunt, vt expremiſſis, & infe-
rius dicendis patet, quo caſu enunciatiua
verba probant, licet de enunciato ſit quæ-
ſtio *Grat. in cons. 104. num. 5. volu. 1. Rimi. iun.
in conſi. 12. num. 12. & cons. 314. nu. 17. Vol. 3.
Mancin. in tracta. de iuramen. in 4. par. effec. 15.
nu. 4. Fab. de Ann. in cons. 88. nu. 31. & Nicola.
genu. de verb. enunciat. lib. 1. quæſt. 4. num. 4.*
Secundo, quia hæc verba enunciatiua
32 ſunt diuerſis actis geminata, quo caſu pro
bant enunciatum, *Dec. in d. l. ex his verbis.
num. 10. C. de mili. teſt. Barba. in cons. 14. num.
10. & ſeq. & in cons. 37. num. 1. vol. 3. Grat. in
cons. 143. num. 9. Anguill. cons. 29. num. 146.
Rim. iun. d. conſi. 314. num. 15. & alibi, vt citat
Genu. in d. quæſt. 4. num.* 30. Tertio, & vltimo,
quia in probando antiquo Territorio, vt
in facto, verba enunciatiua in inſtrumen-
tis publicis, & antiquis, etiam inter alios,
probant confinia, *Glo. in cap. cum olim in
verb. inſtrumentis, de cenſib. & in d. cap. ſi Pa-
pa in verb. prolata, de priuil. in 6. Abb. Felin.
& Dec. in d. cap. cum cauſam de probat. Bal. in l.
cum aliquis, & ibid. Sal. & Alex. num. 5. &
Iaſ. nu. 4. C. de iur. delib. Aret. in cons. 42. nu. 2.
Crau. de antiq. temp. in pri. par. n. 60. Tiraq. de
retra. §. 1. glos. 4. n. 51. Soc. cõs. 65. n. 7. & cons.
86. nu. 1. & 2. vol. 1. & cons. 194. n. 9. & cons.
266. n. 12. vol. 2. Dec. cons. 42. ſub n. 9. verſ. his
tamen, Laur. Calc. cõs. 90. col. 1. Rui. in d. cõs. 92.
n. 1. Vol. 4. Nat. in d. cons. 672. nu. 16. Hiero. de
Mont. qui teſtatur de cõi, de fin. reg. c. 60. nu. 3. Iaſ.
cons. 114. n. 5. vol. 1. Barb. in d. cons. 6. vol. 2. Pa-
ris. in cons. 27. nu. 15. vol. 1. Maſcard. de prob. in
d. conclus. 394. n. 2. Meno. in d. cons. 21. n. 17. &
in. cons. 147. n. 11. & lib. 2. preſump. 45. ſub nu.
17. Burs. in cons. 235. n. 47. vol. 3. Aluar. Valas.
de iure emphi. q. 9. nu. 21. & 22. & Nicol. Gen.
de verb. enunciatiuis lib. 2. quæſti. 1. numer. 74.*
Nec de antiquitate inſtrumentorum pre-
34 dictorum dubitari poteſt, cum longe exce-
dunt tempus centum annorum, quod vide
tur eſſe neceſſarium, vt verba enunciatiua
probent confinia, *Alex. in d. l. cum aliquis, &
poſt alios refert Rui. in d. conſil. 92. num. 9. Ber-
trand. cons. 159. in fin. & cons. 171. num. 8. vol.
2. & cons. 346. nu. 5. Vol. 4. & Hyero. de mont.
in d. quæſt. 60. num. 17. ad tradita per Crauet.
poſt alios, quos citat, de anti. temp. in pri. num. 4.
Barb. conſi. 8. col. 2. & cons. 44. col. 5. lib. 1. Rui.
in conſi. 34. num. 11. & conſi. 161. num. 5. lib. 1.
& alibi, Vt citat Menoch. cas. 3. num. 6. de
Arbi. licet nõ de ſint,* quod tempus antiquum
arbitrentur, vbi minor annorum nume-
rus labitur, quorum opiniones refert, i-
dem *Menoch. in d. cas. 3. & Maſcard. in d. con-
clus. 394. num. 3. & 4.* qui refert eos, qui vo-
lunt hoc eſſe Iudicis arbitrio remiſſum,
quorum aliquos citat *Menoch. vbi ſupra nu.*
3. Et cum plura ſint hæc publica documen
35 ta, quę hoc enunciant, ceſſat in hac rè illa

Digitized by Google

difficultas, an vnum dum taxat ſufficiat inſtrumentum ad probandum confinia ex verbis enunciatiuis, de quo per *Bal.in d.l. cum aliquis*, *Felin.in d.cap.cum cauſam num.4. extra de probat.Alex.conſil.12.num.8.volu.4. Barb.conſi.6.num.7.vol.1.cum alijs citandis in-*
36 *ferius* Quin imo, quia de verbis enunciatiuis emiſſis in Priuilegio Martini Regis, & Mariæ Reginæ, tractatur, vtique illud ſolum antiquiſſimum priuilegium ſufficit, illiuſq; verba enunciatiua probant, quia emanant à Principe, cui in his eſt adhibenda ſumma fides, *glos.in d.cap.ſi Papa,de priu. in 6.Aret.conſi.142.col.6.in 3.dub.* *Crau.de antiq.tempo.in pr.par,princi.in 4.parti.incip.am pliatur,num.19.Hyero.de mont.vbi ſup.cap.61. vbi poſt Aret.in d.capit. cum cauſam num. 26.* Inquit ſufficere vnicum priuilegium antiquiſſimum, prout ſufficere vnam Papæ aſſerſionem tradit *Menoch.conſi.147.num.12. vol.2.*
37 Quarto principaliter præmiſſa minor propoſitio, in qua datur pro vero, quod iſtud territorium, de quo quæritur, ſit de territorio, & finibus Meſſanæ, probatur ex vſu, ſeu exercitio iuriſdictionis in eo habito, de quò ſanè vſu, ſeu exercitio iuriſdictionis, tam reſpectu Curiæ Straticotialis ex immemorabili tempore vſq; ad præſens teſtes deponunt de menſe Februarij in Eulogio ſuper 3. & 4.cap.quam etiam reſpectu Senatus, & aliorum officialium eiuſdem Vrbis, vt ſunt Acatapani, Magiſtri vini Bullatores ponderum, & Menſurarum, & Conſules artis ſerici, deponunt teſtes de menſe Martij in Eulogio ſupra 1. 2. & 4. capi.nec non reſpectu Curiæ Baiuli d. Ciuitatis, conſtat ex fide Magiſtri Notarij relata ad acta, in Eulogio preſentata, ac etiam reſpectu Curiæ Regij Portulani Meſſanæ, deponunt teſtes de menſe Auguſti 1554. ſuper 8.cap. & de menſe Nouembris 1558. ſuper 6.cap.in cum eulogio, & de menſe Februarij 1620. ſuper 10. cap. in eulogio, per quos quidem Teſtes probatur Iuriſdictio, & illius exercitium etiam ſi teſtes eſſent ſingulares deponentes de iſto, vel illo iuriſdictionis actu, *Bal.in l.fin.C.de teſt. Lanfran. in cap. quoniam contra, in verb.teſtium num. 30.extra de probat. Hyero. de mont.de fin. regend.capi. 52.num.1.& 2.Bal.qui teſtatur de communi in cons. 514.num.4.vol.5. Soci.conſil. 295.num.5.vol.2..Alex.cons.100.nu.5.vol.1. Crau.in conſi.78.num.6. Rui. conſi.53. num.1. vol.4.Vinc.de Franch.decis.105.num.21.Soci. Iun.conſi.99.num.13.vol.2. Roland. conſi.82. num.43.vol.2. Anto. Gab.aliòs citans in tit. de teſtib.conclus.2.num.23.& ſequ.& Maſcard.de*
38 *probat.concluſ.947.* Præterea de tali vſu, & exercitio iuriſdictionis conſtat ex in finitis actis publicis iuriſdictionalibus, tam Viſitæ factæ per Curiam Straticotialem, quam aliorum actorum Iudicialium factorum in illis locis intermedijs inter d. flumen, & lapidem Diueti, exiſtentibus, & præſentatis in eulogio, exquibus quidem publicis actis, immediate probatur iuriſdictio, illiuſq; exercitium, *Albe.Brun.conſil.34.num. 16. latè Maſcar. de proba. conclus. 946. conueniunt tradita infra in alio Capi.princ.in 4.memb. num.126.* Nempè de his non poteſt dubi-
39 tari, quia acta publica rem faciunt notoriam, *Inno.in cap.ex in ſinuatione, in fin.de appell.Bal.in l.1.col.2.C.quo, & quand.Iud.& in conſi.22.num.4.vol.5. Abb.in cap.inter monaſterium in fin. de re iudi. Angel.in l.2.in fin.C.de tempo.appell.Alex.in conſil.106.col.fin.verſic. ex alio Capite vol.3.& in cons.62.num.24.vol. 7.Felin.in cap.cum olim, de re iudi. Ias.in l.eius qui in prouintia num.3.ff.ſi cert.pet. Andr.ſicul. cons.21.num.2.lib.3.Becc.cons.40.num.3.vol. 1.Roland.conſil.41.num.30.volu.1. Farin.alios citans. quæſt.21.num.14.& Surd.conſil.154.*
40 *num.25.& conſil.188.num.8. volum.2.* Cum itaque Magiſtratus Meſſanæ in hoc territorio de quò agitur, exercet iuriſdictionem, vtiq; tale iuriſdictionis exercitium in loco, probat locum eſſe de territorio, *Bal.in l.data opera, num.28.C. qui accus.non poſſ.quem citat Brun.in d.cons.34.num.16.Ioan.Franc.depont. in conſi.51.num.4.& 30.* Quia alias extra territorium conquieſcit iuriſdictio *l. extra territorium, vbi eſt materia ſua ff.de Iuriſd.omn. Iudi.* Hinc locus illius eſſe præſumitur, qui iuriſdictionem in loco exercet *Abb.cons.62. num.18.Volum.2.& Maſcard.de proba.in conclus.395.num.33.*
41 Quinto principaliter præfacta minor propoſitio oſtenditur vera ex eo quod onera omnia, preſertim gabellarum, quæ imponuntur ab Vrbe per Ciuitatem, & territorium, & quæ ſubeunt Cines, & habitatores territorij d. Vrbis, prout ſunt gabellæ paruulorum quactuor pro quolibet quartuccio Vini, & granorum duorum pro quolibet rotulo rerum ſalatarum, dequibus gabellis deponunt teſtes die 1. Aprilis 1620. in cum eulogio ſuper 2. capi. nec non, & gabella granorum duorum ſuper quolibet rotulo piſcium, de qua deponunt teſtes die 2. & 3. Aprilis eiuſdem anni in cum eulogio ſuper vnico capi. & Gabellæ tum Man-

ganel-

ganellorum Serici tum etiam carnis, quæ macellatur in territorio, de quibus deponnnt teſtes in eulogio de menſe Februarij ſuper 51. & 14. cap. eiuſdem anni, vtiquè talia oncra exiguntur in d. ſpatio territorij inter flumen, & lapidem, Sicut fit in qualibet alia parte territorij d. Vrbis, quod, licet ſit Notorium, & nulla in digeat demoſtratione, conſtat tamen per depoſitionem prædictorum teſtium deponentium ſuper præmiſſis capit. & per fidem V. I. D. domini Caroli de Balſamo gabelloti ſaluminis, & per actum fideiuſſionum præſtitarū de mandato Senatus de ſoluendo iura maganellorum per habitatores Caſalis Aptiliæ, quod eſt ſitum infra hoc ſpacium territorij inter flumen, & lapidem, vt deponunt teſtes de menſe Februarij in eulogio ſuper 4. capi. Ex qua ſubiectione onerum reſultat, quod illud ſpacium terreni eſt de territorio Meſſanæ, cuius onera ſub eſt, Nempe gabellarum, & Collectarum impoſitio,& exactio in loco, probat locum eſſe de territorio eius, qui onera imponit, & exigit, & illius iuriſdictioni ſub iectum, *Bal. in d. cap. cum cauſam, col. 2. verſ. iſtis ergo, de probat. idem Bal. in l. 3. verſ. in tex. ibi cenſeantur, C. de natu. libe. qui per illum tex. & per tex. in §. ſi quis igitur in auth. eod. tit. inquit*, quod Caſtrum, ſeu poſſeſſio probatur eſſe de territorio per ſolutionem cenſus, quod etiam viſus eſt ſentire idem *Bal. in l. data opera nu. 28. C. qui accus. nō poſſ.* qui ait, ꝙ bona eſt ratio teſtis deponentis, quod locus ſit de aliquo territorio, ſeu Iuriſdictione, ſi dicit quod vidit homines illius loci ſoluere collectas, ſequitur *Marſi. in rub. C. de probat. nu. 256. tradit Brun. in d. cons. 34. in fin. Alex. conſ. 23. num. 3. verſic. item reſpondeo, volu. 5. Natt. conſ. 672. nu. 4. cum ſeque. Corn. conſ. 185. nu. 4. Vol. 3.* Loquens de perceptione decimæ, quæ probat locum eſſe de territorio, *Ias. in cons. 166. num. 2. vol. 4. Maſcard. de probat.*
42 *conclus. 946. in prin.* Qua propter gabellarū exactio in loco, probat quaſi poſſeſſionem Iuriſdictionis in loco, vt tradit *Soci. in cons. 187. num. 15. volu. 2.* Nam talis gabellarum impoſitio, & exactio in loco, ſi quidem locus non eſſet de territorio, ibi fieri non poſſet, nam extra territorium talis exactio tanquam actus iuriſdictionalis, non vendicaret ſibi locum, *Rui. cons. 2. num. 4. vol. 4. ad tex. in cap. 1. in verbo. vectigalia, quæ ſunt, regal. Sali. in l. 2. C. nou vectig. inſti. non poſſ. Boſſ. in tit. vectig. qui poſſ. impo. Crau. poſt. Dec. & Ias. in conſi. 209. num. 3. Vol. 2. Soci. conſi. 7. num. 1. vol. 3. Pet. Antib. de mune. in 2. par. § vectat. num. 1. Egid. Thom. de colle. §. exactis, num. 37. Schard. de feu. par. 3. capit. 4. num. 38. cum ſeq. Aroſenth. de feud. cap. 5. conclus. 33. & Camil. Borrel. de preſt. reg. cap. 11.*

Ad cuius rei confirmationem accedunt teſtes examinati die 21. Februarij 1620. in eulogiò ſuper 2. cap. deponentes quod habitatores in d. ſpacio inter medio inter flumen, & lapidem Diueti, ſunt ſubditi ordinationibus Vrbis Meſſanæ, & Capitanei ſuriæ, & ſubeunt Angarias, aliaq; onera Contributionum excubiarum, ſicut ceteri habitatores territorij Meſſanæ, de quò extat etiam fides in eulog. quam faciunt Regius magiſter notarius, & ſecretarij officij Senatus, qui teſtantur per relationem ad acta d. eorum officij, quod habitatores Caſalis Aptiliæ de tenimento, & territorio Meſſanæ, quod eſt ſitum in termino territorij, de quò quæritur, tenentur ſicut ceteri habitatores aliorum Caſalium d. Vrbis ſoluere gabellas facere excubias, aliaq; ſeruitia perſonalia præſtare, angarias, & pet angarias ſubijre, Frumentorum vicendas recipere prout etiam de aſſignatione vicendæ, quæ ſolet dari cæteris Caſalibus, atteſtantur Credenzerij Regij Campi dicti
43 Vrbis Quorum officialium atteſtationi, & fidei, cum ſint de his, quæ pertinent ad eorum officium, creditur, ad tradita per *Cano. in cap. cum parati, extra de appell. per tex. in l. diuus, vbi notat Bar. num. 8. ff. de cuſto. reo. Alex. in l. 2. §. ſi abſens, ff. ſi ex noxa. cau. agat. Felin in cap. quoniam contra, num. 58. de probat. Maſcard. in conclus. 35. num. 15. Alci. de præſu. reg. 3. præſu. 14. num. 1. Vant. de nulli. tit. de nulli. ex defe. citat. nu. 150. Menoch. de arbi. cas. 112. num. 1. & 12. Hondc. cons. 18. num. 56. vol. 1. Farin. quæſt. 30. num. 180. & Mart. de Iuris. par. 2. cap. 10. nu. 7.* Vrget enim
44 præſumptio quod fideliter ſe habent in eorum officio, *ad tex. in l. 2. ibi, quod non arbitramur, C. de offi. Ciu. ind. Bal. in l. errorem C. de teſta. Crau. conſi. 249. nu. 3. latè Menoch. præſumpt. 85. lib. 2.*

Sexto, principaliter probatur præfata minor propoſitio, ex eo quod territorium iſtud, de quo quæritur, gaudet immunitate, qua gaudet corpus ipſum Ciuitatis, & reliquum territorium, ab omnibus gabellis, quæ imponuntur, & exiguntur per Ciuitatem de rebus, quæ veniunt ab extra territorium, de quibus gabellis deponunt teſtes in eum eulogio à die 1. Aprilis 1620. ſuper 2. cap. que tamen gabellæ non ſoluuntur

tur de rebus, quæ fiunt infra d. terminum à lapide Diueti verſus Vrbē Meſſanæ, ex eo qđ fiunt in territorio. Preterea gaudet immunitate illud territorium pro gabellis, & alijs Iuribus Regiæ Secretię, quæ non exiguntur in dicto territorio, de qua ſanè immunitate reſpectu, gabellarum Vrbis, vltra quod eſt notoria, deponūt tamen teſtes in cum eulogio Syndici dė menſe Auguſti 1554. ſuper 6, & 7. cap. & teſtes de menſe Nouembrir 1558. ſupra 4. & 5. cap. nec non & dd. Teſtes recepti de menſe Februarij 1620. ſuper 9. cap. in eulogio, & die 1. Aprilis eiuſdem anni ſuper d. 2. cap, in alio cum eulogio, Hinc eſt quod deponūt teſtes examinati à 21. Februarij 1620. in eulogio ſuper 4. cap. qđ idem met Princeps, de oleo qđ Percipit ex trappeto exiſtente in eo territorio, & quod defert Meſſanam, non ſoluit gabellam, quia eſt de territorio, quod etiam patet per antiquiſſimum capi. gabellarum ſaluminis, olei, Caſei, & aliorum membrorum expeditum in officio Senatus die 7. Februarij 1398. de quo facit fidem in eulogio cum inſerto tenore Reg. Mag. Notarius d. offitij Senatus, quod capitulū loquens de membro olei, exprimit quod de tota quantitate olei fiendi in toto conſtrictu Ciuitatis eiuſdem, videlicet à paſſo Scalettæ vſq; ad Meſſanam, nihil ſoluatur vniuerſitati, vel illius gabelloto, qđ etiam de gabellis impoſitis ſuper frumentis, & Farinis venientibus ab extra territorium, quæ non ſoluuntur de illis, quæ deferuntur à d. lapide citra, patet, vltra teſtes predictos, per fidem Credenzeriorum Regij Campi in eulogio præſentatam; Preterea reſpectu Regiarum Gabellarum, ſeu Iurium Regiæ ſecretiæ non ſolum conſtat per Teſtes examinatos à die 23. Martij 1620. ſupra 2. capi. in eulogio, ſed etiam per fidem Regiorum Notariorum Credenzeriorum d. Regię Secretię Meſſanę, qui teſtantur, quod ius Regię Duanę, tunc ſoluitur pro rebus, & mercibus, quæ extrahuntur à Ciuitate, & Territorio, & tunc exigitur pro rebus, & mercibus, quę immittuntur de foris exparte Meridici, quando extrahuntur foris d. lapidem, ſi de Iure agitur debito pro extractione, & ſi de iure immiſſionis tractatur, tunc exigitur, quando ab exſtra dictum lapidem veniunt; Itaq; cum ex predictis teſtibus, & ex fide dd. officialium probatur, quod terminus illius territorij gaudet Meſſanæ Vrbis immunitate, vtiq; concludenter reſultat, qđ eſt de territorio d. Vrbis, prout dď. teſtes, & offi-

45 ciales teſtantur Nempe eo ipſo quod territorium illud gaudet priuilegio Ciuitatis, datur in telligi, quod eſt de illius Ciuitatis finibus, ſeu territorio, quia priuilegium Ciuitatis compræhendit territorium, ac vicos, & oppida in eius territorio exiſtentia, *Iacob. de Belui. in §. illud in auct. quib. mod. natu. effi. ſui Bar. in l. ſi finita, §. hac actio, & ibi Tau. de Cas. num. 3. & Alex. num. 4. ff. de dan. infec. idem Bart. in l. 2. num. 3. ff. de verb. ſignif. Bal. in l fin. num. 3. C. de ſacro. eccl. Alex. in rub. ff. ſolu. matri. num. 13. Franc. Mar. queſt. 395. nu. 24. & 29. in 2. parte Soci. cons. 86. num. 2. Vol. 1. Menoch. de arbi. Iudi. queſt. 99. num. 26. & in conſi. 1007. num. 88.* Et generaliter territo-

46 rium regitur, & gubernatur Statutis, & conſuetudine Ciuitatis, quæ ſeruatur in comitatu, *ad not. in l. ex eo, ff. de poſtul. Bar. in l. nullo §. quod ſi in vico, C. de epis. & cler. Soci. conſi. 7. ſub. num. 1. & conſi. 74. num. 1. volu. 1. Dec. conſil. 389. num. 7. & Menoch. in d. queſt. 99. num. 24. & conſi. 81. num. 18. volu. 1.* ad tradita in eo *Iur. reſpo. edito pro immu. Meſſ. in p. par. num. 13. & infr.*

47 Septimo, & vltimo, principaliter probatur illa minor propoſitio ex eo quod illud territorium de quo agitur inter dictum lapidem, & flumen cuſtoditur per Caporales, & Commiſſionatos electos per Straticotum, & Senatum pro cuſtodia, & excubijs faciendis incaſalibus, & territorio Vrbis, qui prouiſionati, & Caporales à tempore immemorabili vſq; ad præſens cuſtodiunt, & faciunt excubias vſq; ad d. lapidem Diueti, diſcurrendo per totum illud ſpatium inter dictum flumen, & lapidem, quod deponunt teſtes a 7. Februarij 1620. in Eulogio ſuper 5. cap. & ideo in eodem territorio ſolet Capitaneus Furiæ Meridiei facere moſtram Ruralium Meſſanæ, vt deponunt teſtes predicti ſuper 13. capi. de qua pariter cuſtodia conſtat, tum per informationem factam per Didacum ſedegno in anno 1573. de mandato Excellentiæ ſuæ de qua in Eulogio, ſuper excubijs faciendis in Furia Meſſanæ exparte Meridiei, in qua informatione deſignatur certus cauallariorum numerus pro cuſtodia facienda à flumine Ioan Pilerij vſq; ad caput Scalettæ ad expenſas Caſalium d. fiumaria, tum etiam per ordinationes S. Eccleſię in anno 1585. ſub viſione Regij Patrimonij præſentatas, & exequutas in officio Senatus, vt in Eulogio, inquibus ordinationibus conſtituuntur Cauallarij ad expenſas

Digitized by Google

penſas Caſalium Meſſanæ præſertim pro-
cuſtodia facienda à flumine Ioan Pilerij,
vſq; ad capud Scalettæ,ex qua quidem Cu
ſtodum appoſitione in territorio iſto reſul-
tat concludens probatio, quod illud ſit de
finibus Meſſanæ cuſtodientis, nam per de-
putationem Cuſtodum aequiritur vſus iu-
riſdictionis & probatur territorium eſſe ſub
iuriſdictione cuſtodientis, ad tex.in l.ſi ita §.
Mulier villæ cuſtos ff.de fund.inſtruc. quem ci-
tat Bal.in cons.240.ſub num.1.vol.1.facit tex.
in l.in nomine Domini circa princ.C.de offic.pręf.
Aphr.per quem ita tradit Guid.Pap. in ſepe al-
leg.decis.193.ſub.nu.1.verſic.quarto, & Petr.
de Vbald.in tracta.de duob.Fratri.in 5.par.prin-
cip.quaſt.28.ſequitur Natt.in d.conſil.672.nu.
9.quod ſentiunt Alex.conſil.88.num.35.vol.5.
Ruin.conſi.2.ſub.num.4.volu.4.Afflic.in decis.
167.ſub.num.1.& tradit Maſcard. de probat.
48 conclus.946.nu.2. Qua propter ad dominos
Caſtrorum ſpectat deputare Cuſtodes ter
ritorij pro euitandis dannis, ad tex.in l.3.C.
de lito, & itin.cuſto. Bart. & Ange.in l. ne quid
in prin.ff.de in cen.ruin.& naufra, Bal.in capit.
1.§.conuenticulam de pac.iura.firman.& in cap.
1.col.pen.de his qui feud.dar. pos. Iacob.de ſan-
to Giorg.in trac.de feud.verſ.marchio quaſt.pe-
nul.in fin.Alex.in d.cons.88.vbi ſupra vol.5.&
Natt.in d.cons.672.num.10.

Iraq; eoneludendo fundamentum de ſu
per factum pro iuſtificanda intentione Syn
diei, & declaratoria in de ſequuta Regio-
rum Delegatorum, Vna ſemel quod mera,
& pura veritas ita ſe habet, prout in parti-
bus noſtris eſt notorium, & expremiſſis con
ſtat, quod territorium, de quo agitur inter
flumen, & d. lapidem, eſt de finibus, & ter
ritorio Meſſanæ, iuxta minorem propoſi-
tionem, vtiq; ſequitur quod illud eſt ſubie
ctum eidem Vrbi & illius Magiſtratui ha-
benti iuriſdictiouem in territorio,quæ ineſt
49 toto territorio, ſicut Nebula in tota palu-
de, Bal.in l.imperium ff.de iuris.omni.iudi.An-
ge.in l.ſi fines ff.de euictio.Abb.in cap.ſi diligen-
ti in 2.notab.& ibid. Felin.de preſcrip. Paris.in
conſi.16.num.24.volu.4.Curt.iun.in corſil.41.
nu.9.& in conſi.158.num.24.& in cons.184.
50 num.8.Quaratione, villa poſita in comita-
tu, ſeu territorio alicuius Ciuitatis preſu-
mitur eſſe illi Ciuitati ſubiecta, l.nulli, &
ibi Bal.col.3.C.de epiſ.& Cler. cap.ad decimas
de reſti.ſpol.in 6.Bart.in l.1.§.cum Vrbem ff.de
offic.præf.Vrbis, Alci. de præſump. reg.3.preſu.
20.num.3.latè Menochi.libe.3. præſumpt.100.
Quæ iuriſdictio cum ſit abdicatiua preſer-
tim ex forma priuilegiorum, vt ſupra de-
ductum eſt num.10. & in fra, ex hoc reſul-
tat quod dictum eſt in maiori propoſitione
quod omnes actus iuriſdictionales in terri-
torio Meſſanæ facti ab alio, quam ab illius
Magiſtratu ordinario habente iuriſdictio-
nem in territorio abdicatiue, ſunt contra
priuilegia, & per conſequens Furcarum
erectio,alijq; actus iuriſdictionales facti per
Principem Scalettæ, & alias vt in actu alle
gationis in ſpatio huius territorij de finibus
Meſſanæ fuerunt & ſunt contra priuilegia
d. Vrbis, prout, iure optimo, accedente
voto totius Collegij Meſſanenſis fuit decla-
ratum per Iudices Straticotiales Regios
Delegatos, & Hæc quo ad primum conſul-
tationis caput.

Deuenio nunc ad ſecundum Principale caput, in quo diluere oportet, ea, quæ ex aduerſo contra manifeſtum Ius, notoriam iuſtitiam iſtius Vrbis, & illius Regiæ iuriſdictionis afferuntur, quæ omnia in vnico, & ſingulari fundamento conueniunt, quò negatur territorium de quo queritur, eſſe de finibus, & territorio Meſſanæ, ſed aperto ore allegatur illud eſſe de membris, & territorio Scalettæ, & propterea potuit Princeps in eo Furcas erigere, ius dicere, & iuriſdictionem exercere, quod ſanè, ex quatuor oſtendere cōatur, videlicet ex Teſtibus, Ex ſcripturis, ex re iudicata, & expoſſeſſione, ſeu quaſi, Qua de re ex his, quæ Princeps in contra eulogio adducit, quatuor conſtituimus membra, de p. legitur infra proxi.de 2.infra.num.96.de 3.infra,num.117.& de 4.& vlt.infra,num.126.

Primum illud eſt membrum, in quo conatur Princeps ex teſtium depoſitione probare, quod ille terminus territorij inter lapidem, & flumen ſit de finibus Scalettæ, ex eo quod fines dicti territorij incipiunt à flumine Turris nouæ ſeu Ioan Pilerij, & tendunt vſq; ad flumen Italæ, quod videntur teſtes deponere de anno 1514.ſuper p, & 2.cap.& Teſtes de anno 1540.ſuper 1.capit.& teſtes de anno 1553. ſuper 4. cap.& de anno præterito 1620.ſuper diuerſis capitulis, quæ teſtium depoſitio licet primo aſpectu iudicantium animum mouere videatur, vel ſaltim ſuſpendere, quid vere credere oportet de territorio iſto, in quò ſtat punctus preſentis cauſę, tamen perpenſis his, quæ circa iſtud territorium ex parte Vrbis afferuntur, procul dubio eſt, Vrbem ipſam ius, & Iuſtitiam fouere.

Itaquè ſtantibus teſtibus prædictis pro vtraq; parte deponentibus de finibus, & terri-

Digitized by Google

territorio iſto hinc inde contrarijs, Reſul
51 tat in hac facti ſpecie ille iuris articulus,
videlicet quibus teſtibus preſtāda eſt fides,
quando ad inuicem contra dicunt; de quo
*Ant. Gabr. in tit. de teſt. conclus. 4. latè Farin. in
pract. quæſt. 65. in 3. par. num. 107. & in termi-
nis iſtis, Hyero. de mont. de fini rege. cap. 59.* Et
52 licet vbi quæritur de fide teſtibus præſtan
da, illud, arbitrio Iudicis remittitur, *ad
tex. in l. 3. vers. tu magis, ff. de teſt. §. ſi vero ta-
le in auth. de inſtrum. cauth. & fid. Bart. Ang.
& Paul. de Caſt. in l. lucius, ff. de his quod not.
infam. Soci. cons. 90. Vol. 1. & conſi. 262. num.
11. vol. 2. Dec. in cons. 650. & in conſi. 652.* Vn
de probationes omnes eſſe arbitrarias, il-
laſq; in Iudicis arbitrio repoſitas eſſe, tra-
dunt, *Natt. in cons. 284. in fin. Dec. cons. 448. nu.
29. & cons. 423. nu. 23. Soc. iun. cons. 32. nu. 11.
& cons. 61. n. 46. & ſeq. Vol. 2. Gram. decis. 34.
nu. 47. Paris. cons. 55. nu. 34. & cons. 75. nu. 21.
vol. 1. Grau. conſi. 35. num. 11. & conſi. 73. vol.
1. Marſi. in l. 1. §. ſi quis vltro, & in l. ſi quis ne
queſ. 10. ff. de queſt. & in ſing. 114. latè Meno. de
arbit. cas. 90. & Pet. Surd. in deciſi. 105. in fin.*
53 Tamen illud Iudicis arbitrium regulatur,
preſertim ex teſtium numero, qualitate,
& ex veriſimili, alijſq; circunſtantijs in fa-
cto occurrentibus, de quibus certa non da
tur doctrina, vt tradit *Hoſtien. in cap. in tua
num. 2. extra de teſt. Abb. in cap. in noſtra, num.
1. eodem tit. Aret. conſil. 71. col. 2. verſic. ſecundo
conuincitur, Myſing. centu. 4. obſeru. 38. in fin. in
vers. verum, Petr. de fidei commi. queſt. 12. num.
1095. accedit Farin. in d. quæſt. 65. num. 193.*

Et propterea in facto, perpenſis his, quę
in eo occurrunt, circa iſtorum teſtium cre-
dulitatem, nulli dubium eſt, quod omni-
no preſtanda eſt fides Teſtibus pro territo-
rio Vrbis Meſſanæ deponentibus, quod ex
infraſcriptis, principaliter, ſuadetur.

Primo, quia Teſtes, qui concludenter
deponunt pro territorio Meſſanæ, ſunt in
maiori numero, quam teſtes concludenter
deponentes pro territorio Scalettæ, ſi re-
ctè eorum numerus, ac verba depoſitio-
num ponderantur; Vrgent enim duocen-
tum viginti quattuor Teſtes in diuerſis
temporibus examinatis deponentes pro ter
ritorio Meſſanæ, vltra Teſtes centum, &
decem, & ſeptem examinatos in anno
1589. per V.I.D. Ioſeph Ardito Delegatum
S. Excelentiæ & M. R. C. in proſequutio-
ne Officialium Scalettæ de vſurpata Re-
gia Iuriſdictione in territorio iſto, de quò
contenditur, & ideo, eſto quod pro terri-
torio Scalettæ deponant teſtes in magno
numero in contra Eulogio Principis pre-
ſentato, non tamen omnes concludenter de
ponunt de territorio, & illius iuriſdictione
vt inferius *num. 89.* dicetur. & eſto, quod
concludenter deponerent, ſunt tamen in
54 minori numero, vnde preualet probatio
Syndici, pro qua vrget maior numerus te-
ſtium *d. cap. in noſtra, & ibid. Glos. in verb. ad-
uerſa, & Cano. omnes de teſt. cap. licet cauſam,
& ibid. Zabba. Dec. Bero. & alij extra de probat.
Glos. in l. hoc carmen, §. finali in verb. impari, &
ibid. Albe. num. 6. ff. de teſt. Glos. magna in cap.
ſi teſtes 4. quæſt. 3. Alex. in conſi. 64. num. 2. &
in conſi. 86. num. 17. volu. 3. Marſi. in conſi. 113.
num. 47. Anto. Gabr. in titu. de teſt. conclus. 4. nu.
50. Paris. in cons. 112. num. 80. volu. 1. Boſſ. in
pract. crim. tit. de oppoſit. contra teſt. num. 9. &
13. Surd. in cons. 303. num. 4. Vol. 3. Myſinger.
centur. 4. obſerua. 38. Hyero. de mont. de fin. rege.
in d. capit. 59. num. 2. & 3. & Farin. in d. quæſt.
65. nu. 107.* vbi hoc ponit pro regula, quam
atteſtatur iure probatam, & à DD. com-
muniter receptam.

Secundo Principaliter, eſto quod teſtes
deponentes pro territorio Scalettæ, abſq;
veri preiudicio, eſſent in maiori numero,
tamen teſtes deponentes pro territorio Meſ
ſanæ preualent, ſtante eorum qualitate,
quæ magis attenditur, quam teſtium nu-
merus. Vnde teſtibus paucioribus integræ
55 fidei credendum eſt, licet plures, quorum
fides non eſt talis deponant oppoſitum,
*ad tex. in l. ob carmen §. fin. in fin. vbi Glos. &
Bart. ff. de teſtib.* vbi legitur, quod non ad
multitudinem inſpiciendum eſt, ſed ad
ſinceram teſtimoniorum fidem, & teſti-
monia, quibus potius lux veritatis aſſiſtit
quapropter ad teſtium qualitatem potius
quam ad eorum multitudinem reſpicien-
dum eſſe, inquit *Roma. Ponti. in d. cap. in no-
ſtra, & ibid. tradunt Glos. Anto. de butr. Abb.
Aret. Feli. Deci. Bero. & alij extra de teſtib. Bart.
in l. diem pro ſerre §. ſi plures circa fin. ff. de re-
cep. arbit. Imo. in l. inter pares col. 2. ff. de re iudi-
ca. Ruin. in cons. 158. num. 26. vol. 5. Roland. in
cons. 24. num. 53. volu. 1. Franc. Curſi. in tract.
de teſtib. conclus. 16. nu. 35. Ante. Gab. conclus.
4. num. 37. in tit. de teſtib. Boſſ. in prat. in tit. de
oppo. con teſt. poſt. num. 9. Pet. de fideicom. quæſt.
12. num. 1193. Farin. alios citans in quæſt. 57.
num. 58. & in d. quæſt. 65. num. 120.* Vbi teſta
tur de communi, quod in hac facti ſpecie
ſummopere adaptatur, dum maior pars
teſtium ex aduerſo deponentium, ſunt Bur
genſes Scalettæ Vaſſalli, & ſubditi ipſius
Principis, ad cuius inſtantiam deponunt,

vt

Digitized by Google

vt legitur in contra eulogio & in rubr. te-
ſtium,qui ſecundum opinionem aliquorũ
56 pro domino teſtificari non poſſunt, vt ſen-
tit *Glo.in l.idonei in verb. imperare ff.de teſtib.
quà ad hoc iſtat Feli.in cap.in literis ſub. num.3.
extra de teſtib.Deci.conſi.94.num.2.conueniunt
alij, quos allegat Maſcard.in conclus.1398.nu.
2.& Farin.in prat. quaeſt.55.in ſpec. 3.nume.*
104.Et licet communis opinio videatur eſ
ſe in contrarium, qua attenta ſubditi non
prohibentur pro domino teſtimonium fer-
re, de quò tamen iuris articulo varias re-
fert DD. Sententias, *Afflic. in deciſi.* 304.
qui tandem refert fuiſſe deciſum pro affir-
matiua ad textum, *in capit.1. vbi hoc ſentit
Andr. ſi de in veſt.inter Dominum, & Vaſſ. lis
57 ori.& in cap.1.quod teſt.ſint neceſſa? quam te-
net Bal.in l.eos num.2.C.de teſtibus, Felin.in d.
cap.in literis, Diaz.reg.746.in 2.limit. Boſſ.in
tit.de oppo.con.teſt.num.99.Guid.de Zuzar. in
d.l.idonei ff.de teſtib. Alber.in l.libertorum, C.
eod.Bal.in l.qui teſtamento §. poteſtatis ff.de
teſt.& in conſi.210.num.2.vol.5.Anto. Gab.in
tit.de teſtib.conclus.10.num.21.Alua.in cap.1.
§.qui enim in fin.quid ſit inues. Maſcard.in con-
clus.1398.& alij, quos congerit Farin.in d.
quaeſt.55.num.203.*tamen illa vendicat ſibi
locum in Rege, vel in alio Principe haben
te magnum ſtatum, qui alias propter am
plitudinẽ ſuæ iuriſdictionis,& regiminis nõ
haberet teſtes in ſuis cauſis, ſi ſubditi &
Vaſſalli non admitterentur, vt inquit *Feli.
in d.cap.in literis, & aduertit Boſſ. vbi ſupra
verſic.& eſt aduertendum*, Vnde aliud eſſe in
domino vnius Caſtri, ſeu Municipij vt in
hac facti ſpecie qui poteſt per alios non
ſubditos ſuam probare in tentionem, vnde
ceſſat ratio illa communis aducta à *Feli. in
d.cap.in literis*, & per conſequens ceſſat di-
ſpoſitio, per quam admittitur ſubditus,
ſeu Vaſſallus ad teſtificandum pro domi-
no,Nam ratio illa reſtringit diſpoſitionem,
quam vis generalem ad Caſum, in quo ra-
tio ipſa conuenit, *l.cum pater, §. dulciſſimis
ff.de leg.2.l.hac actio, vbi Bart. ff.de calum;
Glos.in l.1.§. hoc interdictum in verb.niſi ff.de
fon.Tind.in tract.de teſtib.lib.1.capit.5.num.8.
Vrſill.ad Afflic. in decis.106.num.6. Socc.iuni.
conſi.163.num.5.& 12.vol.3.& Peregr.de fi-
58 deicom.artic.14.num.22.*Preterea, ſententia
prædicta non procedit quando Teſtes ſunt
perſonæ viles, & pauperes, prout in facto
eſt de iſtis Vaſſallis Principis aduerſarij pro
eo deponentibus, vt ex eorum depoſitio-
ne colligitur, quò caſu non eſſe Teſtes ſub
ditos admittendos pro domino, probat
*Boſſ.in loco precita. ex Roma.conſ.382. num.5.
quod in terminis tradit Afflic.in d.decis.304.nu.
14.in fin. & ibid. Vrſill.in add. num. 6. Afflic.
in cap.1.in Verb. Angariæ in fin. num.10.quæ
ſint rega.Maſcard.in d.concl.1398.in fin.& Fa
rin.in d.queſt.55.num.208.* eſt enim genera-
le, quod viles perſonæ non ſunt integræ fi-
dei, *ad tex.in l.3.ibi an Plebeus ſit,ff.de teſtib.
iuncto §.ſancimus in fin. in Auth. eod. ad latè
59 tradita à Farin.in quaeſt.57.*Præterea eſto qđ
Vaſſalli poſſint eſſe teſtes pro domino, ta-
men in omni caſu non ſunt teſtes integræ
fidei, Nam eo ipſo quod dominus poteſt
eis imperare, licet abſolutè non repellan-
tùr à teſtimonio, idonij tamen non ſunt,
*ad tex.in d.l.idonei vbi hoc ponderat Alberic.ff.
de teſtib.Malet.in tract.de teſtib.in 2.par.num.47.*
Qui ex eo adducitur, quia nunquam ſub-
ditus caret ſuſpicione amoris, vel timoris,
qua ratione eius fides diminuitur, & red-
ditur ſuſpectus *Ioann. Andr. in addit. ad ſpe-
cul.in tit.de teſtib.§.1.verſ.ſed num quid vaſſal-
lus.in addit.in verb.municeps optimè.Ruin.conſ.
53.num.6.vol.4.Boſſ.in d.tit.de oppoſit. contra
teſt.ſub.num.100.verſ.& quia dixi.Anton.Ga-
br.in d.conclus.10.num.23.in tit.de teſtib.& Fa-
rin. in d.quaeſt.55.in ſpec.3.in fin.num.212.*

Tertio eſt pręſtanda fides teſtibus depo-
nentibus pro territorio Meſſanę,ex eo quod
eorum depoſitio eſt adminiculata alijs
60 coniecturis, & argumentis, his enim ma-
gis creditur, quam alijs teſtibus, non ad-
miniculatis,*ad tex.in d.l.ob carmen, vbi notat
Bal.ff.de teſtib.vbi Iacob.de S.Geor.n.5.& 12.*
voluit quod inditia, & argumenta faciunt
præualere vnã probationem alteri,vnde iu-
dex debet adhærere depoſitioni teſtium
adminiculatæ.*Iul. Clar. quaeſt. 53.ſub.nu.15.
verſic. ego autem puto.* Nempè præualet te-
ſtium probatio, pro qua vrgent iuris præ-
ſumptiones, & coniecturæ, *Innoc.in cap.ve-
nines de præſump.Ruin.cons.67.num.6.volu.1.
Lauren.Calcan.conſil.66.ſub.nume.15. Roland.
conſi.24.num.56.vol.1.Maſcar.conclus.1219.
num.7. Farin.in d.quaeſt.65.num.129.*Hinc eſt
61 quod probatio imperfecta, & ſemi plena,
efficitur perfecta, & plena præſumptioni-
bus, & coniecturis, ex quibus ſuppletur
*Veronen.in cons.38.col.4.per tex.in cap.cum di-
lectus cum ibi not.de ſucceſ.ab inteſt.Dec.in l.1.
col.penul.circa med.ff.ſi cert.pet.qui allegat.Bal.
in l.nam hoc.col.fin.C.vnde legitim.Grauet.conſ.
6.num.66.Anton.Gabr.tit.de teſtib.in d.conclus.
4.num.90.* qua de rè, quando teſtes hinc
62 inde deponentes ſunt contrarij, illi præfe-
runtur, pro quibus ſunt coniecturæ, & præ-
ſum

Digitized by Google

ſumptiones, vt notat *Iaſ. in l. ſi extraneus. in 4. not. ff. de condit. ob cauſ. & Crauet. in conſ. 73. col. fin. num. 41.* In facto itaq; de quo quæritur vrgent pro teſtibus deponentibus pro territorio Meſſanæ efficaciſſimæ coniecturę & præſumptiones ſuperius deductæ ex quibus concludenter probatur quod iſte terminus territorij inter flumen, & lapidem diueti, de quo quæritur eſt de finibus, & territorio Meſſanæ, & ideo teſtibus prædictis pro eodem territorio Meſſanæ deponentibus eſt omnino præſtanda fides.

Nec refragatur quod etiam pro teſtibus ex aduerſo deponentibus pro territorio Scalettæ vrgere etiam videantur coniecturæ, itaquod eorum depoſitio cenſeturetiã adminiculata, nam eodem morbo, quo laborant teſtes ex aduerſo in depoſitione territorij Scalettæ, laborant pariter coniecturæ ex aduerſo, ſeu teſtes de coniecturis deponentes, & ptopterea teſtes ex parte Vrbis debent modis omnibus præualere.

Primo Itaquè conſidero, quod licet ex aduerſo ad quoadiuuandum, quod illud territorium ſit definibus Scalettæ, & non depertinentijs & territorio Meſſanæ extant aliqui teſtes, qui deponunt quod illud ſpacium territorij non gaudet immunitate, qua gandet territorium Meſſanæ, & quod propterea prorebus, quæ ibi fiunt ſi deferuntur Meſſanæ, exigitur gabella, ſicut de cæteris rebus, quæ deforis immittuntur, tamen pura veritas eſt incontrarium, & oppoſitum deponunt teſtes ſuperius citati *ſub num. 44. verſic. 6.* principaliter, ex quorum depoſitione conſtat, quod Gabellæ exiguntur pro immiſſione pro illis rebus, quæ veniunt foris dictum lapidem, & pro illis, quæ fiunt à dicto lapide citra, quia ſunt de territorio, non ſoluitur Gabella, illàquè immunitate gaudent, qua aliæ res quæ in reliquo territorij fiunt, quorum teſtium depoſitio circa hanc immunitatem omnino attendenda eſt. Primo quia ſi eorum numerus computatur longe excedit numerum teſtium ex aduerſo deponentium contra hanc immunitatem ad tradita ſupra *num. 54.* Secundo quia omnes quaſi dicti teſtes deponentes contra præmiſſam immunitatem ſunt terrę Scalettę Vaſſalli ipſius Principis, vt legitur incapite depoſitionis eorum, & ideo non ſunt integræ fi-
53 dei ex deductis ſupra *num. 56.* & infra. Tertio quia teſtes deponentes de immunitate iſtius territorij recepti in anno 1554. & 1558. ob temporis antiquitatem ſunt mortui & pro eis vrget præſumptio, vt magis credatur, quam viuis. *Neniz. conſi. 26. num. 34.* quod pro regula ponit *Farin. in d. quæſt. 65. n. 190. ad tex. in l. fin. & ibi Doct. C. de teſtib.* Hinc eſt quod nõ deſunt qui tenẽt quod teſtes mortui probant, licet viui nõ probarẽt loquentes de teſtibus mortuis receptis parte incitata *Paul. de Caſ. in d. l. fin. Ioan. Mille. in pratt. fol. 84. n. 17. Foller. in pratt. in verb. & de mũ repetantur teſtes. n. 6.* qui hoc pro indubitato habere videtur in ciuilibus, *Burſ. loquens in crim. conſi. 7. num. 10. volu. 1. relatus à Farin. in quæſt. 72. cap. 2. num. 129.* Quiſubdit quod contra tertium non citatum teſtes
64 mortui probant ſaltim ſemiplene, *ex Bart. in l. admonendi in pri. lett. num. 98. & ſequ. ff. de iure iur. Grauett. de antiq. temper. in p. par. verſ. ampliatur nunc num. 11. Rot. diuerſ. in pri. part. in decis. 194. num. 1.* Præſumitur enim pro teſtibus mortuis, quia alias propriæ Salutis immemores dicerentur, quod ſanè non pręſumitur *l. fin. in fin. C. ad l. Iul. repetend. cap. literas. de præſumpt. cap. ſignificauit de homicid. Alciat. de preſumpt. regul. 3. præſum. 4. in fin. latè Menoch. lib. 5. preſumpt. 5.* Quarto quia dictorum teſtium depoſitio pro immunitate dicti territorij eſt adminiculata antiquiſſimis capitulis Anni 1398. Conſeruatis in publico Archiuio offitij Senatus factis pro Gabella ſaluminis, olei, caſei, & aliorum, membrorum deforis venientium mentionatis ſupra *ſub. d num. 44.* exquibus apparet, quod Gabella prædicta non ſoluitur de eo, quod fit in territorio Ciuitatis; Videlicet, à paſſu Scalettæ, vſquè ad Meſſanam, pariterq; eſt adminiculata antiquis illis capitulis ab Anno 1531. & 1540. relatis ſupra *ſub num. 27.* pariter in dicto publico Archiuio conſeruatis factis in venditione Gabellarum vini, & frumentorum ab extra territorium venientium, inquibus deſignantur ea de foris venire, & per conſequens ſubdita eſſe Gabellis prædictis, quæ veniunt ab extra dineta dittæ Vrbis, & ſic ea, quæ fiunt à dicto lapide diueti citra gaudent immunitate, nec pro eis ſoluitur Gabella, quia non dicuntur de foris venire, exquibus ſanè capitulis reſultat probatio
65 immunitatis dicti territorij, quia præfatorum teſtium depoſitio facta pro eadem immunitate coadiuuatur; dum ratione eorum antiquitatis, qua data, etiam priuata ſcriptura probat ad tradita per *Iaſ. in l. admonendi num. 77. in fin. & in repetit. nu. 90. ff. de iure iur. Marſil. in ſing. 436. Felin. in ca. 2. num.*

2.*num.*10.*extra di fide inſtrum.Ias.in cons.*65.
*ſub.num.*1.*vol.*3.*Ioan.de Amic.cons.*101.*num.*
30.*Maſcard.conclus.*111.*num.*8.*Rimin.conſil.*
66 365.*num.*3.*vol.*4.*Granett.cons.*274.*nu.*5.*Gaballin.Milleloq.*658.*in fin.Borrell.conſi.*40.*num.*
36.*Petroc.conſil.*32.*num.*126. *Menoch. conſil.*
402.*num.*47.*cum alijs cit.à Nicol.Gen.deſcript.
priu.lib.*1.*quæſt.*3.*nu.*232. Tum etiam ratione loci videlicet Publici Archiuij in quo
præfata Capitula inter alias ſcripturas authenticas per Regium Magiſtrum Notarium conſeruãtur *ad tex.in cap.ad audientiam
& ibid.Felin.num.*11.*cum ſequen. de præſcrip.
Aret.in cap.cum cauſam num.*4.*de probat.authen. adhac vbi glos.in verb. teſtimonium. C.de
fide inſtrum.Cranett.in conſil.*158.*num.*5. *Hypol.Rimin.conſil.*642.*num.*19. *Oſaſc. deciſi.*69.
*Becc.cons.*46.*num.*10.*Buſat.cons.*106.*num.*18.
*Monald.conſi.*11.*in princ.volu.*1.*Franc.de Aluaro inter cons.Brun.*121.*num.*3.*Caſſiane.conſi.*
67 15.*num.*2. *& alij quos citat Maſcard.in d.conclus.*111.*num.*10. *& infra latè* Nicol.Gen.*in
tract.de ſcript. priu. lib.*5. *d. quæſt.*3. *dubit. ſeu.
quæſt.*2. *& lib.*5. *in princ.* Quinto quia eadem teſtium depoſitio coadiuuatur ex contingentia facti, de qua deponunt teſtes examinati in Anno 1559. præſentati in Eulogio, ad inſtanciam quondam Petri de Marchieſi citato Gabelloto ſaluminis Meſſanæ, qui prætendebat Gabellam à prędicto de Marcheſi pro oleo, quod à terra Scalettæ, vbi illud habebat repoſitum Meſſanam immittebat, qui de Marcheſi ad excluſionem Gabellæ probauit, quod illud oleum partim emit à perſonis Scalettæ habentibus oliueta à paſſu ſcalettę verſus Meſſanam, partim vero percepit ex oleuareis Baronis ſcalettæ ſitis à ditto paſſu Scalettæ verſus dittam Vrbem, & quod propterea, non tenebatur ſoluere Gabellam impoſitam pro oleo, quod venit ab extra territorium, ſtante quod illud erat de territorio, & immunitate gaudebat, pro qua etiam vrgent teſtes deponentes ſuper 15. & 16. capitulo, quod Gabelloti, qui exigunt gabellas pro rebus de foris venientibus in territorium commorantur in certa ſtantia, vltra flumen Ioan Pilerij in contrata di la taurerna bianca vbi ſunt veſtigia cuiuſdam ſtantiæ deſtrutte vocatæ vulgariter la caſulla delli guardiani della gabella, & quod propterea ij, qui intrant per lapidem diueti aſportantes res ſubiectas gabellę tenentur ſe offerre datiarijs, & Gabellotis in loco vbi ſolent commorari, alias ſi cancellant viam incidunt in pœnam impoſitam in capitulis gabellarum, Vnde datur intelligi, quod immiſſio, quæ fit ab extra territorium, non fit in flumine Ioan Pilerij, vt ex aduerſo abſq; fundamento, & cum rubore prætenditur, ſed in dicto lapide diueti, vbi extat terminus territorij, & quæ fiunt à dicto lapide citra vti non immiſſa, ſed facta in territorio immunitate gaudent, prout teſtes prædicti deponunt,
68 & rei veritas ſe habet. Sexto illa teſtium depoſitio debet attendi deponentium de immunitate prædicta ex eo, quod pro ea vrget fides negatiua, quam faciunt Credenzerij, Regij Campi relata ſupra *ſub.d. num.*44. & cohartata ad certam ſcripturam librorum eorum officij, & per conſequens probabilis, *ad tex.in cap.quoniam contra & ibi Doct. extra de probat.Bart.in l.fin.per illum tex. C.de reb.credit.& in l.titia textores in* 2. *not.ff. de legat.* 1. *idem Bar. in l.*2. *C. de err. Aduoc. Imol.in cons.*110. *in princ.Bald.in l.ſi contra C. de Appellat.Dec.in cons.*424.*num.*19. *& conſ.*
483.*num.*4.*Roland. conclus.*41.*num.*4. *vol.*1.
*& conſi.*48.*num.*5.*vol.*4. Teſtantur enim dicti officiales, vt legitur in Eulogio Sindici, quod perquiſitis libris introitus, & conſignationis farinarum frumentorum, ordei, & liguminum, non inueniunt frumenta, Farinæ, ordea, & ligumina, quæ fiunt in territorio Ciuitatis, tam ex parte ſeptentrionis, quam etiam ex parte Meridiei, quæ incipit à petra communiter dicta de lo Diueto, ſoluiſſe Gabellas Ciuitatis, ſtante quod ſunt exempta à dictis Gabellis vti territorium dictæ Ciuitatis, quod pariter reſpectu iurium Regiæ Dohanæ teſtantur Regij Notarij Credenzerij dittæ Regiæ Secretiæ, qui faciunt fidem, vt dictum eſt ſupra *ſub. d.num.*44. quod ius dittæ Regiæ Dohanæ, tunc exigitur pro rebus, & mercibus, quæ extrahuntur extra territorium, & tunc ſoluitur pro his, quę de foris immittuntur in territorio, quando extrahuntur extra dictum lapidem Diueti, ſi de iure agitur debito pro axtractione, quia tunc dicuntur extractæ extra territorium, ſin autem pro immiſſione, tunc ſoluitur, quando intrant dictum lapidem, quia dicuntur immiſſæ in territorio, & ſic illæ terminus territorij à ditto lapide citra gaudet immunitate à iuribus Regijs, qua gaudet reliquum territorium Meſſanæ. Septimo, & vltimo illa debet præualere ex eo quod eſt adminiculata depoſitione aliquorum teſtium ex aduerſo antiquitus deponentium ſuper ſecundo capitulo, videlicet,

Digitized by Google

Bernandi Rudiloffo, Marchiſij de Aloijſio, & Petri Cacchiola, de quibus dictum eſt ſupra *num.* 29. qui teſtes, licet videantur deponere, quod territorium iſtud ſit membrum Baroniæ Scalettæ, coacti tamen à veritate, fatentur, quod Diuetum Meſſanæ eſt vſq; ad Roccam de lo diueto pro vino, & oleo, quod intrare non poteſt, abſq; licentia Iuratorum Meſſanæ ob ſolutionem Gabellæ; vnde patet, quod dicti teſtes ex æduerſo aperte ſentiunt quod Gabella Meſſanæ, quæ exigitur pro rebus de foris venientibus ſoluitur ſi veniunt ab extra dictum lapidem Diueti, prout veritas ita ſe habet etiam ſi per mare ingrediantur, vt deponunt teſtes de Anno 1554. ſuper 8. capitulo & 1558. ſuper 6. capitulo in cum Eulogio, & ideò coadiuuant dicti teſtes ex aduerſo immunitatem iſtius territorij, quod pro rebus, quæ fiunt à ditto lapide diueti citra, Gabella non debetur, qua de re præmiſſa immunitatis conirctura deducta ſupra *ſub. num.* 44. ad oſtendendum illud eſſe territorium Meſſanæ optimè probatur, non ſolum per teſtes de ea deponentes, ſed etiã per alia ſuperius deducta quibus teſtiũ depoſitio pro immunitate coadiuuatur, ita vt illa debeat omnino præualere teſtibus ex aduerſo contrarium deponentibus.

Secundo Conſidero, quod licet ex aduerſo ad coadiuuandam probationem principalem, quod iſtud territorium non ſit de finibus Meſſanæ afferatur, quod illud non ſubeſt onera illarum Gabellarum dittæ Vrbis, quæ ſolet reliquum territorij ſubire, & ideò extant aliqui pauci teſtes, qui deponunt, quod Gabella noniter impoſita ſuper piſcibus, qui venduntur in Ciuitate, & territorio, non exigitur ſuper illis, qui venduntur in ſpatio territorij, de quo queritur, vnde videtur reſultare coniectura, quod illud non ſit de territorio Meſſanæ, tamen probatio illa diluitur ex contraria plurimorum teſtium depoſitione, vt dictũ eſt ſupra *ſub num.* 41. qui non ſolum deponunt de exactione, & ſolutione dictæ Gabellæ piſcium, ſed etiam de omnibus, & ſingulis alijs Gabellis impoſitis per Ciuitatem, & territorium, quæ exiguntur, & ſoluuntur in dicto ſpatio terreni inter lapidem, & flumen, ſicut in reliquo eiuſdem Vrbis territorio, quorum teſtium depoſitio debet omnino præualere, non ſolum
69 propter numerum, ſed etiam ex eo quod deponunt affirmatiuam, & teſtes ex aduerſo deponunt vagham, indeterminatam, puram, & ſimplicem negatiuam, *ad tex. in l. diem proferre §. ſi pluries, vbi glos. Bart. & Doct. ff. de arbitr. glos. in cap. 1. de præſcript. Bart. in l. 1. in num. 6. ff. de ventre in ſpic. Canon. in cap. quoniam contra, de probat. Bald. in l. actor. num. 11. C. de probat. Abb. in cap. cum in tua, nu. 2. de teſtib. Alex. cons. 148. num. 2. vol. 2. Felin. in capitu. in noſtra, num. 5. & ibid. Aret. num. 18. & 21. de teſtib. Granet. in conſil. 226. num. 11. Bertaz. cons. 273. num. 19. & 36. Anton. Gabr. in tit. de teſtib. conclus. 4. in prin. Bero. cons. 34. num. 9. volu. 1. Roland. conſi. 93. num. 1. volu. 4. Boſſ. in tit. de defen. reor. num. 31. My ſing. cent. 4. obſer. 38. Maſcard. in conclus. 70. & conclus. 1374. num. 6. Ful. Pancian. de prob. lib. 1. cap. 36. num. 12. Dec. cons. 544. num. 13. Hector. Emil. in tract. de teſtib. in verb. teſtis affirmans, Ias. in l. Vt vim. num. 6. ff. de iuſt. & iur. & in rubr. ff. de iure iur. num. 8. Franc. Curt. in tract. de teſtib. conclus. 7. num. 8. Ias. in conſi. 13. num. 12. volu. 3.* Qui hoc intelligunt, etiam ſi deponentes ſuper negatiua eſſent plures numero, *Glos. in d. §. ſi plures. Boer. decis. 201. num. 3. Marc. Mant. in conſil. 208. num. 76. vol. 1. Bar. Abb. Bero. Maſcard. Franc. Curt, Rolan. & alij ſuperius citati, latè Farin. de teſtib. in di quæſt. 65. num. 200. & infra;* Vnde hæc coniectura de ſubijtione onerum vrget pro depoſitione teſtium deponentium pro territorio Meſſanæ, tanquam legitimè probata, tam per teſtes prædictos, quam etiam ex publicis actis fideiuſſionum præſtitarũ pro ſoluendis iuribus Gabellæ Manganellorum, & ex fide officialium, de quibus ſupra *ſub d. num.* 41. & ideo dictis teſtibus deponentibus de finibus, & territorio Meſſanæ præſtanda eſt fides.

Tertio conſidero, quod licet ad coadiuuandam probationem pro territorio Scalettæ afferetur depoſitio eorum teſtium qui dicunt, quod ligati ſub fideiuſſione de mandato Curiæ Straticotialis per Ciuitatem, & territorium, ſi tranſeunt vltra dittum flumen Ioan Pilerij incidunt in pęnam in fideiuſſione contentam, ex eo quod excedunt fines territorij, quod in facto fuiſſe ſeruatum deducitur contra Philippum Grugno, tamen contrarium eſt verius, vt deponunt teſtes ab antiquo de Anno 1554. ſuper 2. capitulo in cum Eulogio, & teſtes examinati in Eulogio ſuper 8. capitulo, qui dicunt de communi, & antiqua obſeruantia, quod ligati ſub fideiuſſione per Ciuitatem, & territorium, tam per Curiam Sraticotialem, quam per Magnam Curiam, liberè poſſunt de ambulare, vſq; addi-

ad dittum lapidem de lo diueto, abſquè
fractura fideiuſſionis, exquo vſq; ad illum
lapidem extenditur territorium Meſſanæ,
quæ ſanè teſtium depoſitio debet actendi,
& præualere, tum propter eorum maio-
rem numerum, nempè ſunt ferè quatragin
ta teſtes, qui hoc deponunt, & illi exaduer
ſo ſunt quinq;, vel ſex, ad tradita ſupra,
*num.*54. tum etiam propter eorum quali-
tatem, nempè illi pauci teſtes exaduerſo;
aut ſunt Vaſſalli ipſius Principis, aut per-
ſonę vilæs, vt ex eorum depoſitione per-
penditur, vnde non ſunt integræ fidei, ad
tradita ſupra *num.*55. & infra Nec obſtat,
quod pro depoſitione illorum teſtium ſuf-
fragari videtur, quod fuit pratticatum per
Curiam Straticotialem contra dictum Phi
lippum Grugno ligatum ſub fideiuſſione
per Ciuitatem, & territorium, contra
quem fuit prouiſum, quod exigatur pœ-
na ex eo quod depoſuerunt tres teſtes,
quod acceſſit ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ
de la gratia, quæ Eccleſia eſt infra terri-
torium, de quo queritur, Nam prouiſio
illa, vt exactis patet, non fuit facta cauſa
cognita, & diſcuſſo negotio, ſed ad ſolam
informationem Curiæ, ſtante depoſitione
dictorum trium teſtium, qui teſtes non de-
ponunt indiuidualiter de loco, in quo erat
ſita illa Eccleſia Diuæ Mariæ de la Gratia;
videlicet, vltra flumen Ioan Pilerij, &
citra lapidem Diueti, Nam ſi ità depoſuiſ
ſent, non fuiſſet prouiſum, quod fieret ex
actio pęnæ, ex quo intellexiſſet Curia Stra
ticotialis, quod nulla eſſet fractura fideiuſ
ſionis, iuxtà communem pratticam, &
obſeruantiam, de qua deponunt teſtes
prædicti ſtante quod locus ille eſt de terri-
torio, ſed dicti teſtes dicunt vidiſſe præ-
fatum Philippum Grugno in Eccleſia Bea
tæ Mariæ de la Gratia ſita in territorio Sca
lettæ, & extra territorium Meſſanæ, Vnde
Curia Straticotialis intelligere potuit de
Eccleſia diuæ Mariæ, quę forte eſſet ſta
interritorio Scalettæ, & quia intentio fiſci
ſuper contrauentione ſtante depoſitione
illa erat fundata, ideo potuit legitimè pro
uideri, quod exigatur pæna, dum per de-
poſitionem illorum teſtiũ conſtitit Iudici,
quod dictus de Grugno exiuit territorium,
illud enim erat in probatis, & ſecundum
71 illa Iudicem iudicare opertebat, *l. illicitas,*
§. veritas vbi Bart. & Doct. ff. de offic. præſid.
cap. paſtoralis, §. quia vero, vbi Felin. de offic. de
legat. Canon. in cap. 1. de offic. ordin. Alex. in l.
Vnic. in fin. C. vt quæ de ſunt aduoc. Iaſ. in §. ſi mi
nus inſtit. de action. Couar. var. reſol. lib. 1. capi.
1. num. 4. Rimin. Iun. conſi. 666. num. 47. Cardin.
Tuſc. lit. I. conclus. 398. Azor. inſtit. moral. par.
3. lib. 2. cap. 2. quæſt. 11. in fin. cum alijs traditis à
Moder. decis. 99. num. 11. Qua ratione ex illa
aſſerta prouiſione dittę Curiæ Straticotia-
lis, (eſto quod nunc oſtenderetur, quod
illa Eccleſia Diuæ Mariæ de la gratia, ad
quam acceſſit dittus de Grugno fuiſſet illa,
quæ eſt ſita in iſto territorio) non tamen
eſt inferendum Curiam prædictam conſen-
ſiſſe, quod illud non eſſet territorium Meſ-
72 ſanæ, nempe ex errore proceſſit, ſtante de-
poſitione dittorum teſtium; *ad tex. in l. ſi*
quis per errorem ff. de iuriſd. omn. Iudic. & pro-
pterea, quod deponunt illi pauci teſtes ex
aduerſo, quod ligati ſub fideiuſſione per
Ciuitatem, & territorium, ſi tranſeunt vltra
flumen Ioan Pilerij, frangunt fideiuſſionem
corruit ob erroneam cauſam ſcientiæ, quã
afferunt, dum dicunt, quod ita fuit prat-
ticatum cum illo Philippo de Grugno, quæ
cauſa ſcientiæ, cum ſit inepta, & non con-
73 cludens deſtruit dittum teſtis, quod à cau
ſa ſcientiæ, & à ratione pendet, & ab illa
regulatur, *Bald. in l. 1. num. 4. in fin. ff. ſi cert.*
pet. & in l. conuenticulam, num. 5. in fin. C. de
Epiſc. & Cleric. Iaſ. in l. fin. num. 5. & 6. ff. de of-
fic. procur. Cæſar. Curt. in trat. de teſtib. concl. 41.
nu. 84. Maſcard. de probab. lib. 1. in præfat. quæſt.
5. num. 121. & ſequen. Oſaſc. conſil. 66. ſub num.
17. lib. 1. Hippol. Rimin. cons. 451. nu. 15. & in-
fra lib. 4. Burſ. conſi. 197. num. 33. lib. 2. & conſi.
331. nu. 34. lib. 4. & alij, quos citat Farin. queſt.
70. cap. 1. num. 12.
74 Quarto conſidero, quod licet ad coadiu
uandam prædittam principalem probatio
nem pro territorio Scalettæ afferatur, quod
illud cuſtoditur per Capitaneum d. terræ,
& non per Commiſſionatos, & Cauallarios
Furiæ Meſſanæ ex parte meridiei, qui incu-
ſtodiendo nõ excedunt flumen Ioan Pilerij,
ſeu turris Nouæ, nec Capitaneus Furiæ
prædictę facit moſtram ruralium infra il-
lud ſpatium, vltra dittum flumen, de qui-
bus omnibus deponunt teſtes ex aduerſo
in contra Eulogio de mẽſe Februarij 1620.
ſuper 5. capit. & alij de menſe aprilis ſu-
per 2. capit. vnde videtur, quod vrgeat
coniectura; quod illud territorium ſit de fi-
nibus Scalettæ, per cuius Capitaneum cu
ſtoditur ex deductis ſupra *num. 47. & 48.*
tamen in facto veritas eſt in contrarium, ex
quo illud ſpatium territorij, de quo quæ-
ritur, ſtat ſub cuſtodia Ciuitatis, & Magi
ſtratus Meſſanæ, vt dictum eſt ſupra *ſub d.*

num. 47. & ideo dixi illud eſſe definibus
eiuſdem Vrbis, illamq; eſſe optimam con-
iecturam pro dicto territorio, quæ debet
præualere non obſtantibus prædictis teſti-
bus ex aduerſo, Nam per infinitos teſtes
in Eulogio Syndici deponentes ſuper 5.ca-
pitul. probatur oppoſitum, vt dixi ſupra
*ſub d.num.*47.quę ſanè teſtium depoſitio de
bet attendi, tum quia eorum maior eſt
numerus, ad tradita ſupra *num.* 54. ſolum
enim ſeptem teſtes hoc deponunt ex aduer
ſo, & omnes burgenſes, Vaſſalli, & ſubdi
ti Principis, & per conſequens ſuſpecti ad
tradita ſupra *num.*56. *cum ſeque.*tum etiam
quia per acta publica, & per ordinationes
Viceregias relatas ſupra *ſub d.num.*47. pa-
tet oppoſitum, videlicet, quod Caualla-
rij deſignantur incerto numero in foria me
ridei à flumine Ioan Pilerij, vſq; ad capud
Scalettæ pro cuſtodia ex & cubijs facien-
dis in dicto territorio, exquibus publicis
actis arguitur falſitas illorum teſtium de-
ponentium in contra Eulogio ſuper 5. ca-
pit. de Menſe Februarij 1620. qui dicunt,
quod Cauallarij Foriæ meridiei, non tran-
ſeunt flumen turris nouæ verſus Scalettam,
cuius oppoſitum patet ex dictis actis, &
prouiſionibus Viceregijs, in quibus, vt dit
tum eſt deſignatur certus numerus caual-
lariorum ad cuſtodiendum à ditto flumi-
ne, vſq; ad capud Scalettæ, vnde tales te
75 ſtes, tum ex hoc, tum etiam ex eo quod
deponunt negatiuam ſimplicem, & puram
reduntur falſi, aut ſaltim de falſitate ſuſ-
pecti, *Bald.in cap.*1.*§.ſi quis per triginta,num.*
3.ſi de feudo defuncti fuerit controuer.Alex.in l.
*2.num.7.ff. quod quiſq; iur.& in conſi.*54.*nu.*
*4.vol.*1.*Grammat.in decis.*56.*num.*4.*Iul.Clar.*
*in §.falſum verſic.ſolet etiam, & in quaeſt.*25.
*verſic.ſcias autem in fin.Gail.obſeru.*64.*num.*4.
*lib.*1.*Menoch.lib.*2.*præſum.*55.*nu.*7. *Herculan.*
*alios citans in tract.de negat.num.*127.*Maſcar.*
*conclus.*134.*num.*10.quin imo eos eſſe ab-
ſolutè falſos tenet, *Angel.in l.lutius.num.*4.
ff.de his qui not.infam.& in l.teſtium C.de te-
ſtib.& alibi vt citat Farin.qui alios, huius ſen-
*tentiæ Doct.congerit in quaeſt.*65.*num.*203.qui
ſecundum hanc opinionem ſubdit tales te
ſtes poſſe de falſo puniri ex *Rip.Granet.Boſſ.*
*& alijs relatis ab Hercul. vbi ſupra num.*128.
Pariterq; eodem falſitatis morbo, aut ſal
tem ſuſpicionis de falſo laborant ditti te-
ſtes ex aduerſo ſuper d.cap. 5. quorum ali-
qui deponunt ſimplicem negatiuam, quod
Capitaneij Futiæ, nunquã fecerũt moſtram
76 ruralium vltra dictum flumen, aliqui ve-
ro dicunt, quod nunquam viderunt, quod
Capitanei Furiarum Meridiei fecerunt mo-
ſtram vltra dittum flumen, & ſic in depo
ſitione negatiuè remonent ſenſum ab actu,
vnde non creditur teſtibus ſic deponenti-
bus negatiuam; *Aret.in cap.in noſtra & ibid.*
*Felin.num.*5.*&* 8.*de teſtib. Doct.in ca.quoniam*
contra extra de probat.Bald.in l.actor C.eod.tit.
*& in l.*2.*& ibid Paul.de Caſtr.C.de ſecun.tabul.*
idem Bald.in l.optimam C.de contrah. & com-
*mit.ſtipul.Maſcar.de probat.conclus.*1087.*num.*
9.Farin.alios citans.in d. quaeſt. 65. *num.* 228.
& tanto magis, quia de affirmatiua depo-
nunt infiniti teſtes in Eulogio Syndici ſu-
per 13.cap. quorum depoſitio debet om-
nino præualere, eſto quod eſſent pro, vt
vere non ſunt pauciores numero ad tradi-
ta ſupra *num.*69.

Quinto conſidero quod ad coadiuuan-
77 dam probationem pro territorio Scalettæ
affertur depoſitio eorum teſtium, qui ſu-
per 1. & 2.cap. de menſe Martij 1620.de-
ponunt, quod in feſto, quod celebratur in
Eccleſia ſub titulo Sanctæ Mariæ de la Gra
tia ſita vltra flumen, & citra lapidem di-
ueti, Capitaneus Scalettæ aſſiſtit in eadem
Eccleſia cum eius virga, & Baronibus qui
pro tempore fuerunt, & ipſi Principi Ma-
giſtri, ſeu Rectores dictæ Eccleſiæ præpa-
rant ſcabellum, & præbent incenſum in re
cognitionem dominij dicti loci, nec non
deponunt teſtes ſuper 1. capit. in alio con-
tra Eulogio, quod in eo die fit proceſſio
à Scaletta aſſociata cum Cappellano dictæ
terræ, & cum confraternitate vniuerſita-
tis di oglio di mãdra ad dittam Eccleſiam,
& ibidem Cappellanus Scalettæ celebrat
ex eo quod ditta Eccleſia eſt ſub iuriſditio
ne dicti Cappellani, tanquam ſita in ter-
ritorio Scalettæ, Quod ſanè diluitur, ex eo
quod mera veritas eſt in oppoſito, Nam
conſtat per teſtes de menſe Februarij 1620.
examinatos ſuper tertio capitulo in Eulo-
gio Syndici, quod in eo ſpatio territorij in-
ter dittum flumen, & lapidem Diueti ſunt
quinque Eccleſiæ, quarum duæ ſtant ſub
cura Aptiliæ Caſalis Meſſanæ, tres vero in-
ter quas eſt ditta Eccleſia Diuæ Mariæ de
la Gratia extant ſub regimine Caſalis Ioan
Pilerij eiuſdem Vrbis, & propterea depo-
nunt teſtes in magno numero, & præſer-
tim multi Sacerdotes de menſe Aprilis in
cum Eulogio Syndici ſuper 1. capit. quod
ditta Eccleſia Diuæ Mariæ de la Gratia
eſt aggregata Eccleſiæ parochiali, ſeu ma-
trici ditti Caſalis Ioan Pilerij illiuſq; Cap
pella-

pellanus eſt ſuperior in ditta Eccleſia, nec
in ea habent aliquem locum, ſeu præhe-
mi nentiam Barones, & Gubernatores, &
offitiales Scalettæ, vt exaduerſo abſq; fun-
damento prætenditur, quæ quidem veri-
tas coadiuuatur ex illis indulgentijs à Iu-
lio tertio & Paulo quarto Romanis. Ponti-
fic. dittæ Eccleſiæ conceſſis, & in Eulogio
pręſentatis, in quibus ditta Eccleſia enun
tiatur eſſe ditti Caſalis Ioan Pilerij & terri-
torij Meſſanæ, Præterea coadiuuatur ex
legato facto eidem Eccleſiæ per acta No-
tarij Antonini dę Angelo, & ex quodam
actu donationis ad effectum celebrandi miſ
ſas in dicta Eccleſia de Anno 1525. de qui
bus in ditto Eulogio, in quibus pariter enũ
tiatur, quod illa Eccleſia eſt dicti Caſalis
Ioan Pilerij, nec non coadiuuatur ex alijs
ctis in Eulogio Syndici exiſtentibus ex qui
bus patet, quod ditta Eccleſia ſtat
ſub cura Rectorum & procuratorum dit-
ti Caſalis Ioan Pilerij, & ideo per dittos
Rectores eligitur Cappellanus ad tempus
ad ſeruiendum dittæ Eccleſiæ, & ibidem
miſſas celebrandum ſub certa annua elee-
moſijna in eiſdem actis conſtituta, Patet
etiam ex illo actu accordij, ſeu tranſactio-
nis ſuper controuerſia confinium inter Re
ctores, & procuratores dittæ Eccleſiæ dit-
ti Caſalis Ioan Pilerij, cum ſaluo Panarel
lo, nec non ex mandato procuratorio ad
lites facto per eoſdem Rectores, ſeu pro-
cura tores dittæ Eccleſiæ de dicto Caſale Io
an Pilerij imperſonam D. Philippi, Rubba
de quo in eodẽ Eulogio Syndici, ex quibus
actis publicis concludenter arguitur, quod
ditta Eccleſia Diuæ Mariæ eſt de mem-
bris Eccleſiæ parochialis Caſalis Ioan Pi-
lerij, territorij Meſſanæ ſubdita illius Cap-
pellano, prout deponunt teſtes prædicti,
vnde magis veriſimile eſt, quod illa Ec-
cleſia ſit ſita in territorio Meſſanæ, vbi
eſt ſitum dictum Caſale Ioan Pilerij, ſub
cuius cura, & regimine extat Eccleſia
prædicta, quam quod ſit poſita in territo-
rio Scalettæ, *argum. l. extra territorium cum*
materia ſua ff. de iuriſd. omn. Iudic. ad tradita per
Bald. in l. data opera num. 28. C. qui accuſ. non
poſſ. Alber. Brun. in conſi. 34. num. 16. Abb. in
78 *cons. 62. nu. 18. vol. 2. & alios citatos ſupra nu.*
50. & propterea dum teſtes pręddicti ex ad-
uerſo deponunt oppoſitum, non eſt eis
credendum, quia inueriſimile deponunt,
ad tex. in l. 3. §. 1. & l. ob carmen. §. fin. ff. de
teſtib. Abb. in cap. quia veriſimile in vlt. not. ex-
tra de preſum. Canon. in cap. licet cauſam, depro-
bat. Ias. in l. ſi extraneus, num. 8. ff. de condit. ob
caus. Tiraqu. plures citans in l. ſi vnquam, num.
44. in præfat. C. de reuoc. donat. cum concordan.
latius citandis infra num. 82. & dato quod
eſſet verum, quod infeſto dittæ Eccleſiæ
fit à terra Scalettæ ad dittam Eccleſiam
proceſſio, & ibidem Cappellanus Scalet-
tæ celebrat, non propterea arguendum
eſt, quod illa ſit interritorio dittæ terræ,
& ſubdita ditto Cappellano, nempè hoc
fieri poteſt ex deuotione, vnde non arguit
hoc eſſe, quod ab hoc contigit ab eſſe ex
vulg., & licet dicant teſtes prædicti re-
dendo rationem, quod pręmiſſa fiunt ex
eo, quod ditta Eccleſia eſt ſub eius iuriſ-
ditione, ex quo ſita eſt in territorio Scalet-
tæ, tamen quia oppoſitum de ſubyectio-
ne, & territorio, de quo deponunt teſtes
Syndici eſt magis veriſimile, vt dittum
eſt, ideo illud debet actendi ex prædictis,
Qua ratione minus veriſimile eſt, quod
teſtes ex aduerſo dicunt quod in die feſti
nitatis dittæ Eccleſiæ illius Rectores qui vt
dictum eſt ſunt de caſale Ioan Pilerij, ru-
rales Meſſanæ, non ſubditi, neq; Vaſſalli
ipſius Principis, ſolent pręparare ſcabel-
lum, & dare in cenſum Baronibus, & ſuc
ceſſiue ipſi Principi vti domino dicti lo-
ci, Nam ſi illa Eccleſia eſſet in territorio
Scalettæ, veriſimiliter eſſet ſub regimine
burgenſium Scalettę, & non ruralium Meſ
ſanę, & ideo maiori numero teſtium in dit
to cũ eulogio Syndici deponencium ſuper
d. 1. capi. inter quos ſunt multi Sacerdo-
tes conſtat, quod Princeps in ditta Eccle
ſia in die feſtiuitatis ſemel ſedit ſuper ſcam
no, & iterum in vna ſede foris dittam Ec-
cleſiam, & quod non habuit in ditta Ec-
79 cleſia thalamum neque incenſum, quam
negatiuam coartatam loco, & tempore
concludenter deponunt ditti teſtes remo-
uendo actum à ſenſu, quod non poterat
illud fieri, quod ipſi teſtes non vidiſſent,
vnde per inde eſt, ac ſi affirmatiuam depo-
nerent, quia negatiua hoc modo conclu-
denter probatur, *glos. in §. hinc nobis in au-*
ten. de hæred. & falcid. glos. & Bart. in l. 1. §.
hoc interdicto, ff. de iti. act. priu. ad tradita per
Farin. d. quaſt. 65. num. 228. & ideo in caſu
iſto ſtandum eſt teſtibus maiori numero
hoc deponentibus, *Bart. in l. diem proferre,*
§. ſi plures ff. de recep. arbitr. Bald. in cap. cum
Eccleſia ſutrina de caus. poſſ. & propriet. Abb.
Arct. Felin. & alij in d. capi. innoſtra, de teſtib.
Soccin. intract. regul. in regul. 426. in 1. & 3.
Fallen. optime Ruin. in cons. 245. num. 2. volu.

Digitized by Google

5. Curt. in tract. de teſtib. conclus. 27. num. 57.
& infra, Dec. conſi. 101. col. fin. Paris. conſi. 19.
num. 21. & infra, vol. 3. Marſcard. de probat. d.
conclus. 1087. num. 9. & alij citati à Farin. in d.
quæſt. 65. num. 228. Quin imo deponunt te-
ſtes Sindici, quod prætendens ſemel Cap-
pellanus Scalettæ, quod infeſtiuitate dittæ
Eccleſię debebat præberi incēſum ipſi Prin
cipi, Cappellanus parochię Ioan Pilerij,
qui eſt ſuperior in ditta Eccleſia hoc pro-
hibuit, & noluit dari incenſum prædictum,
pro vt non fuit datum, ſic etiam, & alij
ex dictis teſtibus deponunt, quod quidam
factor Principis ſemel prætendebat erigere,
ſcabellum pro ditto Principe in die feſti-
uitatis dittæ Eccleſiæ, & prohibitus illud
non potuit erigere, ſtante quod illa iuriſ-
ditio erigendi ſcabellum in ditta Eccleſia
fuit, & eſt Straticoti, & Senatus Meſſanæ,
ex quibus clarè liquet, quod in dicta Ec-
cleſia aliquod ius, ſeu prerogatiuam non
80 habet Princeps quin imo ſi aliquod ius ſu-
per præmiſſis habuiſſet, prout verè nun-
quam habuit, vtiq; per talem prohibitio-
nem, & acquieſcentiam prohibens conſti-
tutus eſt in quaſi poſſeſſione prohibendi
(ſub poſitis tamen terminis habilibus) vt
notat glos. in l. qui luminibus, ff. de ſeruit. vr-
ban. prædior. Abb. & Canon. in cap. ſignificante
de appella. idem Abb. in ca. fin. de reſt. ſpoliat. Fe-
lin. in cap. paſtoralis, col. 3. in 8. limit. de offic.
ordin. Balb. de preſcrip. in 4. par. 5. par. princ. in
5. quæſt. Guid. Pap. in decis. 298. Brun. conſi. 56.
Bald. in l. item lapilli, quæſt. 5. ff. de rer. diuiſ. Rip.
in cap. cum Eccleſia, num. 50. de caus. poſſeſ. &
propriet. Couar. in regul. poſſeſſor in 2. par. §. 4.
num. 6. Roland. in conſil. 5. num. 70. volu. 1. &
conſi. 22. num. 23. & ſequ. volu. 2. Menoch. de
arbitr. cas. 160. nu. 10. Afflic. decis. 388. Capic.
in decis. 209. Theſau. in decis. 16. ſub num. 6. in
1. limit. Natt. cons. 522. in prin. Surd. cons. 130.
num. 17. & conſi. 313. num. 102. Capiblan. de
auth. Baron. Pragm. 14. num. 23. Bardell. conſil.
96. num. 27. & ſufficit prohibitio extra iudi
tialis, vt poſt Abb. quem citat tradit, Roland.
in d. conſil. 22. nu. 24. Capic. alios citans in d. de-
cis. 209. num. 26. & Theſaur. in d. decis. 16. vbi
refert quanto tempore acquiritur hæc fa-
cultas de cætero prohibendi, quod etiam
tradit Rolan. in d. conſil. 22. num. 25. vol. 2. &
Capiblan. in d. pragm. 14. num. 26.

81 Sexto, & vltimo conſidero quod ad
coadiuuandam præmiſſam probationem
pro territorio Scalettæ, & ad infringen-
dam probationem, quæ vrget pro territo-
rio Meſſanę, adducitur ex aduerſo, quod
Capitanei Armorum Vallis Nemorum ex-
ercent iuriſditionem in territorio iſto, tan-
quam Capitanei armorum ſuæ Excelentiæ
& non vti commiſſionati Straticoti, prout
deponunt aliqui pauci teſtes de menſe Fe-
bruarij 1620. ſuper 1. cap. in contra Eulo-
gio, & confirmat Scipio Spatafora, qui de
ponit in Anno 1540. ſuper vnico cap. in-
contra Eulogio, quod ipſe tanquam Ca-
pitaneus armorum laqueo ſuſpendere fecit
in territorio iſto quendam proſequutum
de homicidio, ex quo inferri videtur ex
aduerſo, quod territorium iſtud, de quo
queritur non eſt de territorio Meſſanæ, in
quo nemo poteſt iuriſditionem exercere, ni
ſi magiſtratus, & Curia Straticotialis Meſ
ſanæ, vt dittum eſt ſupra, num. 8. verſ. hoc
igitur cum ſequ. præſertim, num. 16. Et tanto
magis hoc ſuaderi videtur ex eo quod te-
ſtes aliqui ex aduerſo deponunt in contra
eulogio, quod officiales Meſſanæ, nunquam
execuerunt iuriſditionem in territorio iſto,
ex eo quod non eſt definibus dittę Vrbis
ſed Scalettæ, ſed hoc facile diluitur, nem-
pè de vſu, & exercitio iuriſditionis ex tem
pore immemorabili, tam Curiæ Stratico-
tialis, quam aliorum officialium dittę Vr-
bis in territorio iſto, pleniſſimè conſtat, tum
per infinitos teſtes deponētes in Eulogio &
cū eulogio Syndici vt deductum eſt ſupra,
nu. 37. cum ſeq. tum etiam per acta publica
iuriſditionalia in dd. Eulogio, & cum Eu
logio pręſentata, facta interritotio iſto per
Magiſtratum, & offitiales Meſſanæ, vt dit
tum eſt ſupra, num. 38. ex quibus dixi iu-
riſditionem, & illius exercitium probari,
poſt, Albert. Brun. in cons. 34. nu. 16. & Ma-
ſcard. in conclus. 946. Et per conſequens locū
eſſe de finibus, & territtorio illius, qui iu
riſditionem exercet, ex deductis ſupra, nu.
40, Qua propter teſtibus predittis depo-
nentibus, quod officiales Meſſanæ nunquam
exercuerunt iuriſdionem in tetritorio iſto,
non eſt praſtanda fides, quia conſtat de
oppoſito per teſtes in maiori numero depo
nentes affiruatiuam ad tradita ſupra, num.
69. & quia eorum falſitas conuincitur per
acta publica, ex quibus illa redditur noto
ria, ex citatis ſupra, num. 39. licet ex eo ſo-
lum, quod puram, & ſimplicem negatiuam
deponunt redduntur falſi, aut ſaltem de
falſitate ſuſpecti, vt dictum eſt ſupra, num.
75. Qua ratione eſto, quod verum eſſet,
abſq; tamen veri præiuditio, quod in terri
torio iſto Capitanei armorum aliquando
iuriſditionem exercuiſſent vtiquè illud de

facto

facto abſq; aliqua ſcientia Vrbis, & Ma-
giſtratus Meſſanę contigiſſe affirmari opor-
tet pro vt de facto ex aduerſo attentatur
in hac facti ſpetie occupatio huius territo
rij contra fotmam ptiuilegiorum, quibus
attentis Magiſtratus, & officiales Meſſanæ
ſolum in dittæ Vtbis finibus, & territorio
iutiſditionem exercent abdicatiuè, vt dit-
tum eſt ſupra *in d.num. 8.cum ſeque.* & ideò
ſi de tali aſſerto vſu,ſeu exercitio iuriſditio
nis Capitaneorum armotum Meſſana noti
tiam habuiſſet, vtiq; tale exercitium alle
gaſſet tendere contra Regia priuileigia,pro
vt alias feciſſe, & obtinuiſſe legitur contra
eos, qui in eius territorio illud attentare
conati ſunt, vt dixi ſupra,*nu.*16. Itaq; quod
dictum eſt ſupra tertio loco Principaliter
quod teſtibus deponentibus pro territotio
Meſſanæ eſt præſtanda fides, & non illis,qui
deponũt pro territorio Scalettæ,exeo quod
eorum depoſitio eſt adminiculata coniectu
ris deductis, adhuc ſubſiſtit, non obſtante
depoſitione teſtium ex aduerſo pro qua nul
la vrgent adminicula, & ſi aliqua afferri vi
deantur,illa non militare,quin imò corrue
re expredictis apertiſſimè patet.

Quarto principaliter non eſt credendum
teſtibus ex aduerſo, ex eo quod in veriſi-
milia, & nimis affectatè deponunt, dum
ſuper, 5.eapit. in contra Eulogio dicunt,
quod Regius Straticotus D. Iulianus Cen-
telles accedens ad Scalettam, in flumine
Turris nouæ dimittebat virgam,& interro
gatus quare hoc faciebat, hoc facere reſ-
pondebat pro conſeruanda iuriſditione Ba
ronis, & quod ideò ingredicbatur tanquã
perſona priuata, præterea dicunt ſuper 6.
cap. quod D. Franciſcus veneri Regius Stra
ticotus,tanquam Commiſſionatus M.R.C.
ingreſſus eſt illud territotium pro capien-
do olim Caſtellano Scalettæ in vinea dit-
ta lo muſcatello,& quod perueniens ad dit
tum locum, cum ditto Caſtellano prote-
ſtatus eſt illuc non veniſſe tanquam Stra-
ticotus, ex quo non habebat Iuriſditionẽ,
ſed tanquam Commiſſionatus dittæ R.M.
C.& ſubdunt, quod dixit hæc verba Stra-
ticotus, ecco qua la prouiſſione legitila,
& che volendola leggere lo detto Caſtella
no, la leſſi lo detto Stradigo, Præterea ſu-
per 7.cap.dicunt ditti teſtes, quod D.Fran
ciſcus Vintimiglia Regius Straticotus, &
locum tenens Regni accedens ad Scalet-
tam pro capiendis certis delinquentibus,
exiſteus in ditto flumine turris nouæ reli-
quit virgam dicens fina qua io hò venuto
come Stradico di Meſſina, di qua innanti
vengo come loco tenenti dello Regno, &
come Locotenenti m'obediti, non come
Stradico, ne mi chiamati Stradico, mà Lo
cotenenti dicendo alli ſoi officiali io laſſo
la virga, & voi lo baſtoni; ſuper quibus
teſtium depoſitionibus conſideret quæſo
illius ſupremi Senatus Religio vbi hæc fa-
cti ſpeties pendet ſi Regij Straticoti virgã
geſtent in manibus, ac ſi eſſent algolzirij,
& Birruarij, quam, vt dicunt ditti teſtes,
dimittebat in ditto flumine pro conſeruan
da iuriſditione Baronis, nec non an veri-
ſimile ſit, prædittos Regios Straticotos,
qui ſunt perſonæ Illuſtres, & in eo Magi-
ſtratus gradu conſtituti, & præſertim præ-
fatum D. Franciſcum vintimiglia,qui erat
Locumtenens Regni ea feciſſe, & dixiſſe,
quę cuilibet infimo offitiali, non conueni-
rent, maximè cum perſonis vilibus, & hu-
82 milis conditionis vnde ſi Iudicis arbitrio
relinquitur, an aliquid ſit, vel nè veriſi-
mile, vt poſt, *Cardin.Rip.Bald.Ias. Tiraq. &
Gomes. tradit, Menoch.de arbitr.cas.85.num.4.*
Certè hæc ditta teſtium remota eſſe à veri-
ſimili,nemo eſt, qui non arbitretur,& ideò
nulla eis fides eſt adhibenda, *Abb.Felin.&
alij in cap.quia veriſimile, de præſum.Bald.in l.
ſi quis in hoc genus, col. 1.C.de Epiſc.& Cleri.&
in l.fin.ff.de eden.Felin.in capi.licet cauſam verſ.
noto decimo, de probat.Cephal.in conſ. 204.num.
12.Socc.in conſi.186.Volu.1. Alex.in conſil.2.
num.11.volu.7. Barbat.in conſil.47.volum.2.
Roland.in conſi.27.num.23.vol.3.Natt.in conſ.
633.num.14.Anton. Gabr.de teſtib. conclus.4.
num.28.Oſaſc.in decis.72.num.8. Dec.in conſ.
596.num.8.Menoc.de arbitr. cas.85.& in conſ.
98.num.45.vol.1.Farin.in d.quæſt.65.nu.130.
& infra Surd.in conſil.61.num.38.& in conſi.
307.num.16.Gratian.diſcept. foren.capit.562.
83 num.11.lib.3.* Summopere enim attenditur
veriſimilitudo in teſtibus, & probationi-
bus, *l.cum de ætate ff.de prob.l.3.§.1.& l.ob
carmen, §.fin.ff.de teſtib.Innoc.in cap.auditis, de
præſcrip.Dec.in conſi.100.num.8.& conſ.316.
num.8.* Nam quod eſt remotum à veriſimi-
li, imago eſt falſitatis, vt tradit, *Bald.in l.
1.col.3.C.de ſeru.fugit.Cardin.in clem.ne Roma
ni in prin.de elect. Ias.in l.ſi extraneus, num.8.
de condit.ob caus.Dec.in conſi.94.ſub nu.2.Gra-
uet.conſ.61.num.9.Paris.conſ.83. num.24.25.
& conſi.55.num.5.& .6.Vol.4. Menoch.in d.
cas.85.in princ.& Surd.in d.conſi.61.num.37.*
Qua ratione eſto quod aliquid ſit poſſibi
84 le, ſi tamen eſt inueriſimile non attendi-
tur, *Bald.in l.ſcripturæ, C.de fid. inſtrum.& in*

d.l.1.

Digitized by Google

d.l.1.C.de ſeru.fugit.Abb.in d.cap.quia veriſi-
mile in vlt.not.de præſum.& Paris.in d.conſ.55.
num.8.vol.4.& Dec.in d.conſi.94.Et ideo te-
85 ſtes deponentes inueriſimilia de falſo red-
duntur ſuſpetti, Abb.in conſi.99.in fin.volu.
1.Curt.Iun.in conſi.18.col.2.poſt.med.& in
conſi.178.Grauet.in conſi.28.ſub num.1.& in
conſil.115.num.12.& Roland.in d.conſil.27.
vol.3.Itaq; ex præmiſſa depoſitione aper-
tè perpenditur, quam affectatè ditti teſtes
deponunt pro Barone Scalettæ, cuius par-
tes nimis ſic deponendo fauere voluerunt,
86 & obid illis ob talem affectatam depoſitio
nem, fides non eſt adhibenda ad not. in l.
1.C.qui & aduerſ.quos, Alex.in conſi.152.ſub
num.8.vol.7.tradunt Doct.quos citat Monticel.
in ſuo repert.teſti.fo.258.col.2.verſ.6.Oſaſc.
in conſi.64.num.39.& Farin.in quæſt.60.nu.
87 33.& ſequ.videntur enim præditti teſtes ex
his, quæ affectatè deponunt nimis animo
sè deponere, vnde propter præſumptam
affectionem redduntur ſuſpecti Barbat.in
conſi.32.col.2.vol.1.Grauet.cons.2.num.6.&
conſi.249.num.4.Gramat.conſi.12.num.1.in
crim.Socc.in conſi.229.ſub.num.6.in Verſic.&
maximè vol.2.Bald.in l.teſtium.num.17.C.de
teſtib.Brun.in cons.27.in fin.Alex.in cons.154.
col.fin.vol.5.Oſaſc.in d.conſi.64.num.38.& in
conſil.65.poſt num.26.Boſſ.in tratt.crim.in tit.
de oppoſ.contra teſt.num.25.Burſ.in conſil.20.
num.60.Menoch.in conſi.31.num.27.vol.1.&
in trat.de præſum.lib.2.præſum.55.num.3.Ro-
land.in conſi.7.num.20.Vol.1.& in conſil.27.
num.22.volu.3.& Maſcard.in trat.de probat.
conclus.1368.num.2.

Quinto principaliter debet præualere
probatio teſtium deponentium pro territo
rio Meſſanæ ex eo quod non deſunt teſtes,
qui deponunt pro territorio Scalettæ, qui
ſibi ipſis ſunt varij, & contrarij, quod ſa
nè colligitur ex depoſitione Pauli Manca-
naro, qui licet in Anno 1589.examinatus
coram V.I.D. Ioſepho Ardito Delegato
Suæ Excelentiæ & M.R.C. in proſequutio
ne offitialium Scalettæ de vſurpata iuriſdi
tione in ſpatio iſtius territorij deponat,
quod contrata de li Cuturi eſt in territorio
Meſſanæ, vt legitur in Eulogio Syndici, ta
men in hac ſpetie examinatus per Curiam
Scalettæ ſuper vnico cap. de menſe Ianua-
rij 1620. deponit quod ditta contrata de-
li Cuturi, in qua Furcæ erant erectæ eſt in
territorio Scalettæ; Præterea colligitur ex
depoſitione Antonij Criſarra, & Philippi
Mixhali deponẽtium inditta proſequutio-
ne contra præfatos offitiales de vſurpata
iuriſditione in hoc territorio, præſertim
in contrata d. Pirilli, quæ eſt ſita inter flu-
men, & lapidem, vt deponunt teſtes in
contra Eulogio ſuper vnico cap. die 24. Fe
bruarij 1620. & dicunt eſſe in territorio
Meſſanæ, qui tamen examinati anno præ-
terito per Curiam Scalettæ de menſe Ianua
rij ſuper vnico cap. dicunt oppoſitum, Præ
terea colligitur ex depoſitione Ioannis Phi
lippi Panarello quondam Onofrij, qui, vt
legitur in cum Eulogio Syndici examina-
tus in Anno 1588. per Curiam Straticotia
lem contra dittos offitiales Scalettæ de
vſurpata iuriſditione in iſto territorio, vi-
delicet, in contratis de Farruni, & Bar-
bazza, quæ ſunt infra hoc ſpatium inter
flumen, & lapidem Diueti, vt deponunt
primi teſtes in Eulogio Syndici ſuper 5.ca.
dicit eas eſſe in territorio Meſſanę, & ta-
men examinatus per Curiam Scalettæ die
4. Februarij 1620. ſuper 1. capi. in contra
Eulogio deponit, quod iſtud territorium
eſt de finibus Scalettæ Præterea colligitur
ex depoſitione Notarij Hieronymi Liotta
facta coram ditto delegato de Ardito in
præfata proſequutione, qui loquens de dit
ta contrata deli Cuturi, ſupponit illam non
eſſe in territorio Scalettæ, & tamen exami
natus de menſe Februarij 1620. ſuper 1. ca
pit. in contra Eulogio deponit, quod à
flumine Ioan Pilerij, vſq; ad lapidem eſt
territorium Scalettæ; Præterea colligitur
ex depoſitione Petri Minopoli examinati
in Anno 1589.in ditta proſequutione, qui
loquens de contratis de Bittella, & delli
Cuturi ſupponit vnum, & tamen oppoſi-
tum deponit in hac facti ſpetie de menſe
Februarij ſuper 1.capit. in contra Eulogio
Principis Exqua teſtium variatione facta
88 in diuerſo examine, ſecundum veriorem,
& magis communem ſententiam reſultat,
quod ſecunda eorum depoſitio corruit, &
primum dictum attenditur, Canon.in ca.cum
in tua, vbi præſertim Abb.num.9.in verſ.ego ali-
ter dicerem, & latius ibid.Felin.num.4.vbi te-
ſtatur de communi extra de teſtib. idem Abb.in
cap.veniens il ſecundo, & ibid. Cardin. eod.tit.
Bald.& Alberic.in l.qui falſo.ff.eod.ad not.in
capit. præterea, vbi Glos. Innoc.Ioan. Andr. &
Imol.de teſtib.cogen.ſentit, Bald.in l.3.C.ad l.Iul.
de adult.Corn.in conſ.27.& in conſi.179.col.fin.
nu.2.lib.3.Dec.in conſil.175.num.7.qui dicit
communem, & in conſi.189.num.10.Alciat.qui
hoc generaliter intelligit, de præſump.regul.2.præ-
ſum.29.num.5.& 6.vbi teſtatur de communi,
& poſt glos.quam citat ait hoc optima ſuaderi
ratione,

Digitized by Google

ratione, nēpè tales teſtes præſumũtur à par
te ſubornati, quod volit *Crauett.in conſ.6.col.
2.& citat Bald.in conſi.101.col. 1.in fin.vol.1.
& in conſi.404.volu.4.* idem ſentit & teſta-
tur de communi ſententia, *Couar.var.reſol.
lib.2.cap.13.num.8. Roland.in conſil.16.num.
23.& in conſil.73.num.30.& ſequen. Volu.1.
Boſſ.in tit.de oppoſ.contra teſt.num.5. Menoch.
qui proſequitur, & declarat, de arbitr. Iudic.
caſ.108.nu.9.& infra, Iul.Clar.in pratt.queſt.
53.in vers.tertius eſt caſus, nu.13.* vbi inquit
hanc eſſe communem ſententiam, illamq;
ſibi magis placere, *Viu.in ſilu.commun.opin.
in verb.teſtis oſtendes in verſ.ſed tamen pulchrũ
eſt, de qua rè latè Gabr.comm.opin.tit.de claus.
lib.7.conclus.29.& latiſſimè Farin. vbi hoc po-
nit pro regula illamq; declarat in quaſt.66.in 4.
par.vbi num.127.* inquit ab illa non eſſe re-
cedendum, quia communior, & verior.

Sexto, & vltimo principaliter debet at-
tendi probatio quæ vrget exteſtibus depo-
nentibus pro territotio Meſſanæ, & pro
iuriſditione offitialium illius Vrbis non ob
ſtantibus teſtibus exaduerſo, ex eo quod
maior pars teſtium, qui videntur depone-
re oppoſitum de facili poteſt reconciliari,
& ad concordiam redduci cum teſtibus dit
89 tæ Vrbis, vt inter illos euitetur repugnan-
tia prout fieri debet, *ad tex.in capit.cum tu,
& ibi Doct. de teſtib. Boſſ.in tit.de oppoſ. contra
teſt.num.10. Iul.Clar.in §.falſum, verſ.ſcias ta
men, Dec.in l.vbi repugnantia, ff.de reg.iur. Socc.
Iun.conſil.125.num.18. Vol.1. Menoch. lib.5.
præſum.23.num.9. latè Farin.in d.quaſt.65.in
2.par.num.37.* Itaq; conſiderari poteſt pro
teſtium concordia, quod teſtes, qui de-
ponunt pro territorio Meſſanæ, tum anti-
qui, tum etiam nouiter examinati con-
cludenter dicunt definibus, & iuriſditione
Magiſtratus, & officialium in territorio
iſto, ſed teſtes antiqui, qui deponunt ex-
aduerſo, quamuis dicant, quod illud ſpa-
tium terreni inter flumen, & lapidem ſit
terrenum, & membrum Baroniæ Scalettæ,
& quod illud Barones tenuerunt, & tenent,
vt veri domini, & conceſſerunt, & conce-
dunt ad cenſum, quem annualiter perci-
piunt, & in alienationibus exigunt quin-
quageſimam, vt patet exteſtibus deponen
tibus in Anno 1514. ſuper 2.3. & 4. cap.
in contra Eulogio, tamen præfata eorum
depoſitio concludit potius reſpectu domi-
nij directi, quam iuriſdictionis, de qua in
hac facti ſpetie queritur, prout ſentiunt
etiam teſtes in Anno 1552. examinati ſu-
per vnico cap. in d. contra Eulogio, quod
viſus eſt etiam diſtinguere clarius ille Ioan
nes Petrus Panarello in Anno 1540. exami
natus ſuper vnico capit. in eodem contra
Eulogio, & apertè colligitur ex illis tri-
bus actis declaratorijs Mariani Zaghami,
Gregorij Coppula, & Simonis ſalemi præ-
ſentatis ex aduerſo in contra Eulogio, in
quibus prædicti declarant certa loca exi-
ſtentia in flomaria Ioan Pilerij verſus Ba-
roniam Scalettæ eſſe emphyteutica, & ſol
uere Baroni Scalettæ cenſum iure directi do
minij; Vnde non repugnat, quod in ter-
ritorio iſto iuriſdictio ſit offitialium, & Ma
giſtratus Meſſanę, prout deponunt teſtes
exparte Vrbis, & conuerſo Baro Scalettæ
habeat ſimplex ius allodiale directi domi-
nij, prout ad hunc finem fuerunt examina
ti ditti teſtes antiquitus recepti, qui de-
ponunt contra Thomam Bruno, & con-
ſortes, contra quos Baro prætendebat cer
tum ius in prædijs præfatorum particula-
rium vt dicetur in 3. membr. quandoqui-
dem iuriſditio, & proprietas nihil commu
90 ne habent, Vnde compatibile eſt, vt pro
prietas rei ſit penes vnũ, & iuriſdictio pe-
nes alium, *Oldrad.in conſi.161. Bald.in l.à pro
curatore C.mand. Dec.in l.1.num.44.ff.de iuriſd.
omn.Iudic.& ideò Bal.vbi ſupra* inquit, quod
ſi Princeps concedit alicui fundum vbi
extat domus, in qua ſolet exigi vectigal,
quod non propterea cenſetur conceſſum
ius, ſeu iuriſdictio exigendi illud, *ex In-
noc.in capit.ex literis, de iur.patron. Aluarot. in
cap.1 col.3.vers.quero quidam, & ibid Prępoſ.
col.fin.de capit.qui cur.vend. Alex.in l.3.in prin.
num.24.ff.de acquir.poſſ.& Paris.in conſil.20.
n.51.& infra vol.1.* Hinc eſt quod Caſtrum
91 poteſt eſſe ſub diminio, & proprietate
vnius, & ſub iuriſdictione alterius, *Innoc.
in cap.dilectus, de cappel.Monach. Bald.in cap.
1.§.e contrario, num. 4.& ibid. Aluarot. &
Præpos.num.2. Martin.Lauden.num.9.& Af-
flic.in 1.not.de inueſt.de re alien.fac. Oldrad.in
conſi.121.num.9. Paul.de Caſtr.conſi.56. vide-
tur dicendum num.2.vol.2. Monach.lib.3.præ-
ſum.97.num.5. Afflic.in conſtit. ſi dubitatur,
num.2. Tiraq.de retract.lignag.§.36.glos.3.nu.
5. Franc.in deciſi.22. Aroſental.de feud.cap.5.
concl.6.nu.7. Capiblan.de author.Baron. pragm.
8.in pr.par.num.34. Apont.in conſi.57.num.6.*
Et ideọ dato quod Caſtrum vti res parti-
92 cularis alicui conceditur, vtiq; non cenſe
tur conceſſa aliqua iuriſdictio ad tradita
per *Bart.in l.3.ff.de verb.ſignif.& in d.l.3. in
prin.num.5.& ibid. Alex.& Angel.ff.de ac-
qu.poſſ. Paris.in d.conſ.20.nu.50. vol 1. Gaſp.*

Valas.

Digitized by Google

Valas.in l.Imperium num.57.ff.de iuriſd. omn. Iud.D.Regens Tapp.alios citans in l.fin.in p. p. cap.2.num.28.ff.de conſtit.Princ.

Ad cuius rei confirmationem conſidero efficaciter ſuaderi, quod illud ius directi dominij, quod habet Baro Scalettæ in locis iſtis, ſitis in territorio iſto fuit, & eſt mere allodiale, ſeparatum à iuribus, & pertinentijs dittæ Baroniæ, nam, alias illa cauſa ſpolij olim intentata in Anno 1552. in M. R. C. tunc exiſtente Meſſanæ per Abbatem Monaſterij S. Placidi de Colloneto contra D. Franciſcum de Marchiſio, tunc Baronem Scalettæ, qui petijt reſtitui, & reintegrari in eius pacifica, priſtina poſſeſſione, ſeu quaſi, in qua erat ante commiſſum ſpolium apportandi, & apportari faciendi omnes oliuas oleuitorum ipſius Monaſterij exiſtentium in territorio iſto ad trappetum ipſius Monaſterij, & non ad trappetum ditti Baronis, per receſſum eiuſdem M.C. à Meſſana non remanſiſſet, prout remanſit, in Curia Straticotiali, vt dicetur inferius in 3. membr. nu. 125. Nempè ſi illud ius deferendi oliuos ad trappetum Baronis, de quo tunc erat contentio in prætenſo ſpolio, fuiſſet de iu-
93 ribus & pertinentijs Baroniæ certè cauſa prædicta fuiſſet feudalis, quia de iuribus ipſius feudi quærebatur, ad tradita per *Canon.in cap.cæterum extra, de iudic.* Nam vbi cauſa quomodocunq; tangit feudum, dicitur feudalis, etiam ſi de re particulari agatur, *Alex.in conſ.1.col.2.& 3.vol.5.Petr. de Gregor.de iudic. caus. feud.queſt.5.* Qui ait hoc in Regno ſeruari per M.C, *Bald.in cap. 1. §.ſiqua controuerſia, num.2.verſ.& ſiqueras de pac. conſtan.* qui ait, quod cauſa dicitur feudalis, quando fit commemoratio feudi ad intentionem fundandam, coadiuuandam, & repellendam, *Petr.de Gregor.de iudic. caus.feud. quaſt.1.conuenit, Paris.de Put. de reintegr.feud.cap.198.incip. an citatus, num.10. Marta de iuriſd.in 4.p.cent.1.cas.89.num.21. de qua re latè Milan.in deciſi.6.præſertim,nu.20. vol.1.Caſtill.in deciſ.15.per tot. optimè D.Octau. Corſet.in conſi.30.nu.2.& 5.& ibid. D. Regens*
94 *filius in adit.* Et ideò non potuiſſet de ea cognoſcere Curia Straticotialis, nam tunc non erat conditum caput 4. Catholicæ Mayeſtatis Philippi 2. cuius vigore hodie Curia prædicta cognoſcit in prima inſtantia de cauſis feudalibus, ſed eo tempore de his cauſis feudalibus ſola M. C. erat Iudex competens ex conſtitutione ſtatuimus, & ibid. *Afflic.in 4.not.ex conſti.M.Curiæ & ibid. Afflict.in 2.& 3. not.& ex conſti. Iuſtitiarij nomen in fin. & ſi quis poſt. litem.§. in feudalibus,* Nam illa loco parium eſt ſubrogata in Regno, *Pet.de Greg.de iudic.caus. feud.queſt.7.num.15. verſ. 2. inſero, vnde ipſa ſola cognoſcit, Paris. de Put. in trat.de reinteg. feud.cap.eſt ad vertendum fol.mihi 159. Frec. de ſub feud.in tit.de offic.magiſt.Iuſtic.in princ. nu.40. fol.23.& in 7.author. num.2.fol.203. Cumi.in rit.cap.76.num.24.Afflict.in capi.1. num.39.de ſucceſ.feud.Capic.in ſua in veſt.rub. feud.gen.verſ.quaternatum in fin.fol.230.Petr. de Gregor.de conceſ.feud.in 5.par.quaſt.5.verſ. 4.effectus & Intrigl.in 2.cent. feud. art.94.nu. 63.* Sed ex actis in contra Eulogio Principis præſentatis patet totum oppoſitum, nempè licet præfata cauſa ſpolij tunc fuiſſet intentata in ditta M. Curia, tunc reſidente Meſſanæ, quæ licet allodialis eſſet, potuit tamen licitè in ea intentari ad electionem
45 Actoris quia vbi reſidet M. Curia concurrit cum ordinario, *Andr.in d.conſtit. Statuimus.col.3.in princ. verſ.quid ſi Princeps, Petr. de Gregor.in d.quæſt.7.num.3. & in quæſt. 8. num.4.de iudic.caus.feud. Cumi.ſuper rit.capit. 135.num. 121.& ibid. Muta, num.17.* quod eſt prouiſum in Regno per cap. Regis Alphonſi, 177. idem *Muta ſuper conſue. Pano. cap.5.ſub num.68.& in rit.capit.72.num.35. cum ſeque.* Verum, recedente M. Curia, cauſa, licet inquoata, remanet penes ordinarium, vt eſt prouiſum in d.cap.177. Regis Alphonſi, prout remanſit præfata cauſa ſpolij in ditta Curia Straticotiali per receſſum dittæ M. Curiæ, vnde rectè infertur ius illud directum, quod prætendit Princeps in locis exiſtentibus in territorio iſto fuiſſe, & eſſe merè allodiale, nec de membris, & pertinentijs dittæ Baroniæ, quod ius eſt ſeparatum à iuriſditione, quam habet in illo territorio Magiſtratus Meſſanæ, de cuius Vrbis finibus extat, prout teſtes in Eulogio, & cum Eulogio Syndici deponunt, quorum fides ex prędictis omnibus debet omnino præualere, & hæc quo ad 1.membrum.

96 Secundum eſt membrum, quod formatur ex quibuſdam ſcripturis in contra Eulogio præſentatis, ex quibus conatur fortè Princeps oſtendere, quod territorium iſtud ſit de finibus, & iuriſdictione Scalettæ, & quidem in primis occurrit illud aſſertum tranſumptum de Anno 1384. factum vt in eo aſſeritur ad inſtantiam Nicolai de Pattis, tunc Baronis Scalettæ, inquo inſeruntur quædam aſſerta capitula, & teſtes

ſtes deponẽtes ſuper eis recepti in terra Scalettę ad inſtantiam ditti Nicolai de Pattis, ex quibus voluit probare, quod ipſe erat dominus, & Baro terrę Scalettę & Aptilæ, & quod tanquam Baro dittę terræ Scalettæ & Aptiliæ, eiuſq; territorij, regebat Curiam adminiſtrando Iuſtitiam in Cauſis Ciuilibus, & proferendo ſententias, tam interloquutorias, quam diffinitiuas inter homines dittę terræ Scalettæ & Aptiliæ, eiuſq; territorij, pro vt illius anteceſſores regebant, & adminiſtrabant; ex qua ſcriptura, (licet ſuſpicione probabili non careat) inferri tamen videtur, quod Aptilia, & illius territorium, quod eſt interflumen, & lapidem ſit de finibus, & pertinentijs Scalettæ. Secundo occurrit illud publicum inſtrumentum confectum in Anno 1472. in quo continetur aſſerta quædam diuiſio facta inter Ioannem Salimbeni de Marchiſi, tunc Baronem Scalettæ, & Thomam Criſafi aſſertos Barones flumariæ Aptiliæ pro eorum quota, in quo publico documento aſſerunt partes, quod in ditta flomaria ſunt certa Caſalia, vnum ſuperius nominatum Aptilia, aliud medium nominatum Ioan Pileri, & aliud dittum labrica, in quibus caſalibus, & eorum habitatoribus enunciant partes habuiſſe, & habere, tam coniunctim, quam diuiſim certa iura, præheminentias, & iuriſdictiones, & præſertim quod de iuriſdictione ditti de Criſafi erat conſtituere in ditta flomaria duos Iudices annales, & vnum Baiulum, & de iuriſdictione ditti de Marchiſi erat conſtituere in ea tres Iudices, & vnum Baiulum; Et quia ſuper electione Notarij, qui in ditta Curia Iudicum, & Baiulorum ſolebat ſcribere acta dittæ Curię, & habitatorum dittę flomarię, erat tunc inter eos differentia, quia vnuſquiſq; ad ſe deputationem ditti Notarij ſpectare pretendebat; pariterq; erat differentia in eo, quod præfatus de Criſafi prætendebat, quod animalia, quæ in ditta flomaria, & Caſalibus per habitatores ipſorum capiebantur de introitu in eorum locis debuiſſent duci & aſſignari Baiulis predittis in caſalibus flomarię prędittę, & e conuerſo ipſe de Marchiſi prætendebat debere duci, & collocari in Caſtro Scalettæ, propter quas differentias fuit deuentum ad quandam aſſertam trāſactionem, & diuiſionem, ſtatuendo dittam flomariam pro termino, & limitibus inter eos hoc modo videlicet, Quod omnis iuriſditio creandi officiales vnum, vel plures Scilicet Iudices, Baiulos, Notarios, & ſeruientes in ditta flomaria exparte Meridiei verſus territorium Scalette, ſit & eſſe debeat ipſius Ioannis Salimbenis de Marchiſi, in qua parte dictus de Criſafi nullam habeat iuriſdictionem, ſed officiales ſtatuendi per dittum de Marchiſi habeant videre, & cognoſcere de cauſis habitatorum ditti Caſalis ſuperioris Aptiliæ, quod eſt ſitum in ea parte fluminis ex parte Meridiei; & , e conuerſo à ditto flumine exparte ſeptentrionis omnis iuriſditio creandi officiales, vt ſupra ſit, & eſſe debeat ipſius de Criſafi, in qua parte dittus de Marcheſi nullam habeat iuriſdictionem, ſed officiales ſtatuendi à ditto de Criſafi de cauſis habitatorum dittæ flomarię, videlicet reliquorum Caſalium, quæ ſunt ſita in ea parte fluminis ex parte ſeptentrionis cognoſcere habeant, prout latius in ditto publico aſſertę diuiſionis inſtrumento cōtinetur Viceregia authoritate cum inſerto tenore confirmato, ex quo fundari videtur intentio Principis, quod illa pars territorij vltra dittū flumen exparte Meridiei, de quo in hac facti ſpetie contenditur, ſit vigore illius aſſertę diuiſionis de territorio, finibus, & pertinentijs, Scalettæ Tertio occurrit ille actus in contra Eulogio preſentatus, factus per Regium Straticotum in Anno 1509. in captura Ioannis Cottone foriudicati per Curiam Straticotialem, per quem actum fundari etiam videtur, quod terminus territorij Meſſanæ eſt in turri Noua, & ibi incipit ex parte Meridiei, vbi eſt flumen, Tum quia ex eo actu apparet, quòd Straticotus ſe contulit, vſq; ad turrim nouam pro captura bannitorum, vbi facta perquiſitione, & eis non inuentis, habita notitia, quod ditti deliquentes erant in Baronia Scalettæ requiſiuit Baronem, qui ſecum erat, quod vellet pro Regio ſeruitio ſe conferre ad dittos delinquentes capiendos, dicendo ſuis offitialibus, & miniſtris quod intrent in territorio Scalettę tanquam perſonæ priuatę, tum etiam quia in eodem actu legitur, quod præfatus Baro, tunc cepit prefatum de Cottone in quadam domo dittæ terræ Scalettæ, quam ligare fecit, & Sic ligatum adduxit, vſq; ad dittam turrim nouam, & ibidem tanquam foriudicatum per Curiam Straticotialem conſignauit eidem Straticoto, quaſi quod ibi territorium Meſſanę, & iuriſditio Curiæ, Straticotialis incipiebat. Quarto occurrunt

aliquę

aliquę literę rogatoriæ eiuſdem Curiæ Stra
ticotialis, & Curię Conſulatus præſentate
in contra Eulogio directæ officialibus Sca-
lettæ pro diuiſione facienda, vel pro tra-
denda poſſeſſione aliquorum bonorum
exiſtentium in certis contratis ſitis in ter-
ritorio iſto, de quo queritur, in quibus
literis aſſeritur ditta bona eſſe in territorio
Scalettæ; Quinto, & vltimo occurrit il-
læ actus conceſſionis ad emphytenſim fa-
ctus per Abbatem S. Placidi in perſonam
cuiuſdam Andreæ Buſa de toto, & integro
certo loco nominato Cola Vecchio, de
qua conceſſione præſentatur inſtrumentum
in contra Eulogio, in quo enuntiatur,
quod ille locus de Cola Vecchio nomi-
natus eſt ſitus, & poſitus in territorio ter
ræ Scalettæ, & tamen contrata de Cola
Vecchio eſt in territorio iſto inter flumen,
& lapidem Diueti, vt patet exprobatio-
nibus vtriuſq; partis.

Sed his in facto adductis non obſtanti-
bus veritas quæ vrget pro territorio Meſ-
ſanæ, ad hunc magis eluceſcit, Quia de re
pro indaganda veritate iſta conſiderari o-
portet, quod in hac facti ſpetie illud con-
tendit Princeps, videlicet, quod territo-
rium iſtud inter flumen, & lapidem Diue
ti ſit definibus Baroniæ Scalettæ, cuius ter
ritorium, vt ipſe prætendit, extenditur vſq;
ad dittum flumen, de hoc enim contendit
Princeps ex deductis in contra Eulogio, &
in hoc ſe fundat ad infringendam iuſtitiam
Meſſanæ, ſed iſtud fundamentum expræ-
miſſis ſcripturis non reſultat.

Primo principaliter conſidero, quod
ex aſſerto tranſumpto capitulorum, & te-
ſtium Nicolai de Pattis primo loco relato,
nec non ex dicto Inſtrumento aſſertæ diui-
ſionis factæ inter Ioannem Salimbeni de
Marcheſi, & Thomam Criſafi aſſertos Ba-
rones flomariæ Aptiliæ, ſecundo loco ad-
ducto, illud tantum colligitur, (abſq; ta
men præiuditio veritatis, vt inferius pate
bit, *num.*102.) videlicet, quod Nicolaus
de Pattis aſſertus Baro terræ Scalettæ erat
etiam Baro Aptiliæ, & eius territorij, &
quod Præfatus Ioannes Salimbeni de Mar
cheſi Baro dittæ terræ, erat etiam Baro
dittæ flomariæ Aptiliæ vna cum ditto de
Criſafi pro eius quota, ita quod aſſerta,
ac prætenſa Baronia Aptiliæ, eiuſq; terri-
toritorij non eſt de finibus, membris, ſeu
territorio Scalettæ, ſed ſtat de perſe, tan-
quam Baronia diſtincta, & ſeparata, quod
ſanè ſuadetur ex infra ſcriptis. Primo ex
eo quod præfatus Nicolaus de Pattis in
prædictis capitulis æque principaliter enun
tiat ſe Baronem terræ Scalettæ, & Aptiliæ
& poſuit, quod ipſe tanquam Baro Caſtri
Scalettæ, Aptiliæ, & eius territorij ius, &
iuſtitiam miniſtrabat inter homines, &
habitatores præfatorum locorum, & ter-
ritorij, ex quo datur intelligi, quod non
tanquam Baro Scalettæ, ſed tanquam Ba
ro Aptilię in eo loco, & territorio iuriſdi
ctionem exercebat, Nam alias ſi Aptilia,
& illius territorium fuiſſent de membris,
& pertinentijs Scalettæ vtiq; ſufficiebat
enuntiare ſe Baronem Scalettæ ſimpliciter,
& ponere, quod ipſe tanquam Baro Sca-
lettæ ius, & iuſtitiam in Aptilia, & illius
territorio miniſtrabat; nempè concludens
reſultabat probatio ex vſu iuriſdictionis in
loco, quod locus ille erat de territorio
extraditis ſupra num. 40. Vnde non erat
opus ſpetialiter ponere, quod illud facie-
bat, tanquam Baro Aptiliæ, ſatis enim
erat ſi enuntiabat ſe Baronem Scalettæ,
97 quia appellatione illius Caſtri comprehen
debantur pertinentia, *ad tex. in l. ſi quando
la prima* ibi continebitur cum adiacenti-
bus, & omni iure ſuo vbi *Bart. Luc. de Pen.
& alij C. de bon. vac. lib.* 10. Hinc eſt, quod
ſub ſimplici conceſſione Caſtri venit terri-
torium, cum iuriſditione coherente ipſi
Caſtro tanquam acceſſorium, *ad trad. per
Bart. in l. inter eos ff. de aequ. rer. dom. & in l. 1. §.
cum Vrbem de offic. prefect. Vrb. Idem Bart. in l.
1. in fin. Vbi Alex. num. 33. ff. de iuriſd. omn. Iu-
dic. idem Alex. in l. 3. num. 23. ff. de acqu. poſſ.
Bald. in cap. 1. nu. 5. de Capit. qui Cur. vend. Ro-
dor. Suares. in alleg. 7. num. 8. Paris. conſi. 9. nu.
16. vol. 1. Couar. prat. cap. 1. num. 9. ſub 9. con-
clus. Petr. de Greg. de conces. feud. in 2. par. quaſt.
2. num. 12. Ioan. Vinc. de Anna in alleg. 52. nu.
1. & infra Capiblan. de author. Baro. pragm. 8.
in p. par. num. 30. Canon. in cap. cum dilecti de
donat. Corſet. in ſing. 231. in verb. Princeps, Al-
uar. Velaſc. in tratt. de iur. emphit. quaſt. vlt. nu.
3. D. Regens Tapp. in l. fin. cap. 2. in p. par. num.
6. & Menoch. lib. 3. præſum. 97. num. 48. & la-
tè in præſum. 99.* Secundo iſtud clarius colli-
98 gitur ex præmiſſo aſſertæ diuiſionis inſtru-
mento, in quo præfati Ioannes Salimbe-
ni de Marcheſi, & Nicolaus Criſafi, vt dit
tum eſt enuntiant ſe Barones flomariæ A-
ptilię, & Caſalium in ea exiſtentium, &
quemlibet pro quota, & dicunt deuenire
ad illam aſſertam diuiſionem pro ſe, &
eorum filijs, & ſucceſſoribus futuris in Ba-
roniis dittę flomariæ, & officialibus in eiſ-
dem

Digitized by Google

dem ſtatuendis, vnde datur apartè intelligi, quod prætenſa, & aſſerta Baronia flomariæ prædittæ, eſt penitus diſtinta, & ſeparata à Baronia Scalettæ, nam ſi eadem, & vnica fuiſſet Baronia, vtiq; ſequeretur neceſſaria conſequentia, quod præfatus de Criſafi erat etiam Baro Scalettæ pro eius quota, & ideo debebat enuntiare ſe Baronem Scalettæ, ſicut ſe enuntiauit præfatus de Marcheſi, cuius tamen oppoſitum legitur in ditto Inſtrumento, in quo præfatus de Criſafi ſolum enuntiatur Baro dittæ flomariæ Aptiliæ pro eius quota, & ideo quatenus in illa aſſerta diuiſione facta inter eos de aſſerta, & prætenſa Baronia dittæ flomariæ, & Caſalium prædictorum, contigit praditto de Marcheſi illa pars territorij vltra flumen, cum ditto Caſale Aptiliæ ibidem ſito, certè illam partem videtur obtinere, non vt Baro Scalettæ, ſed potius tanquam prætenſus Baro dittæ flomariæ, & caſilium, quia prætenſus titulus
99 præambulus ex actu illius diuiſionis non cenſetur mutatus, ad tradita per *glos. in l. quædam mulier, & ibi Doct. ff. de rei vend. ex l. 1. §. 1. ff. de excep. rei iudic. Socc. in conſi. 15. col. fin. vol. 4. Roland. in conſi. 9. num. 39. vol. 3. & Alcia. de præſum. reg. 2. num. 23. conueniunt alij ſuperius citati in p. cap. princip. num. 7.* Tertio, & vltimo iſtud in euitabiliter colligitur, ex eo quod territorium Scalettæ in ditta aſſerta diuiſione ponitur pro deſignatione illius quotæ, ſeu partis territorij dittæ flomariæ, quæ remanſit pro ipſo de Marcheſi dum in diuiſione dicitur, quod iuriſditio creandi offitiales in ditta flomaria exparte meridiei, verſus territorium Scalettæ ſit, & eſſe debeat præfati de Marcheſi, & poſſit in ditto territorio verſus Scalettam, & in Caſali praditto ſuperiori Aptiliæ facere, & prouidere officiales quoſcunq; &c. Et ſic iſtud terrenum flomariæ prædictæ exparte Meridiei, quod indiuiſione aſſignatur eidem de Marcheſi aſſerto Baroni dittæ flomariæ, & Caſalium, non eſt definibus, membris, & territorio Scalettæ, dum deſignatur eſſe verſus territorium Scalettæ, quod quidem efficaciter ſuadet, illudq; indicat aduerbium illud verſus poſitum in ditta aſſerta diuiſione, Nec nō in illis tribus actis declaratorijs in contra Eulogio præſentatis, de quibus dittum eſt ſupra, ſub num. 89. vbi deſignantur certa loca ſita ab illa parte fluminis, & deſignantur per hæc verba, videlicet, ver-
100 ſus Baroniam Scalettæ Hoc enim ad verbium verſus ex germana ſignificatione, loci quamdam circumſtantiam indicat, quæ à loco ipſo relato differt, vt liquido colligi poteſt ex *Cicer. l. 4. ad Attic.* dum ait, Ex Aſia rediens cum ab Agena Megaram verſus nauigarem, cepi Regiones circum circa proſpicere; & in *Epiſt. l. 16. ad Attic.* inquit Verti me à Minturnis Arpinum verſus, & Plautus ait Ego portus verſus pergam, & perquiram, quem ſi non inuenero domum verſus reuertar, quis ergo idem dixerit Æginam, & Megaram? Minturnos, & Arpinum, portum, ac Domum? vt igitur Megara diſtat ab Ægina, & à Minturnis Arpinum, & à portu domus, ita omninò territorium iſtud, & quod in aſſerta diuiſione cepit præfatus de Marcheſi, de quo hodie controuertitur quod in ditto inſtrumento aſſertæ diuiſionis deſignatur eſſe verſus territorium Scalettæ, non eſt idem cum ditto territorio, ſed abeo differre nemo eſt, qui non videat, Quapropter ex eiſdemmet ſcripturis, quæ præſentantur ex aduerſo, Corruit omnino fundamentum Principis, pro quo tot teſtes conatus eſt producere ad probandum, quod territorium iſtud ſit de membris, & pertinentijs Scalettæ, cuius oppoſitum ex prædictis ſcripturis probatur; Vnde affirmari rectæ poteſt, quod ex titulo illius Baroniæ, territorium iſtud nullatenus ad Principem potuit, nec poteſt pertinere.

Nec vigore tituli aſſertę Baroniæ dittæ flomariæ Aptiliæ Prineps ius, & iuſtitiam fouet. Primo quia in ditto aſſertæ diuiſionis Inſtrumento fit relatio ad priuilegia, quæ non exhibentur in contra Eulogio, ex quo impoſſibile eſt illa exhiberi poſſe, & ideo quatenus partes diuidentes aſſeruut ſe Barones dittæ flomariæ, & Caſalium
101 cum authoritate creandi officiales eorum aſſertioni non eſt credendum, maximè in eo, de quo partes aſſerentes liberè non poterant diſponere, *ad tex. in l. ſi forte vbi Bart. ff. de Caſtr. pecul. glos. & Doct. in l. ſi donatione, vbi præſertim, Alex. C. de collat. Ias. alios citans in l. 1. in 5. not. ſub num. 60. ff. de offic. eius,* Quod in priuatis locum ſibi vēdicare *Doct.* communiter admittunt, vt tradit, *Bald. in rubr. extra de offic. deleg. col. fin. verſic. ſed ego, Ias. in l. nec quicquam, § vbi decretum, num. 7. ff. de offic. proconſul. & in d. l. 1. & ibid. Dec. num. 69. Alex. in l. ſciendum int. 27. ff. de verb. oblig. idem Alex. ex mente. Bart. in conſil. 34. num. 5. volu. 4. Granet. de antiqu. temp. in 2. par. princip. in princ. num. 20. & alij, quos citat Me-*

noch. de arbitr. quæſt. 76. num. 8. Qua de re aſſertiones priuatorum nihil probare tradit, *Iaſ. in prælud. feud. nu.* 90. *Albert. Brun. in conſ.* 40. *num.* 1. *Imol. in cap.* 2. *extra de feud. Alcia. de præſum. regul.* 3. *præſum.* 28. *num.* 3. *Zaſ. in trat. de feud. in* 3. *par. num.* 6. *& in* 12. *par. nu.* 45. *Alex. in conſi.* 51. *conſideratis col.* 3. *vol.* 1. *& Curt. Iun. in trat. de feud. in pri. par. quæſt.* 8. *num.* 12. Secundo quia tanum ab eſt quod illa aſſerta Baronia flomariç, & Caſalium prędittorum: ſit vera, quod à ſæculo non eſt auditum, quod illa pars territorij, quæ in diuiſione cōtigit præfato Thomæ Criſafi, videlicet, ab iſta parte dittę flomariæ cum caſalibus prædictis inferioribus de Ioan Pileti, & fabrica ibidem ſitis, aliquo tempore fuerint in alio territorio, quam Meſſanæ, & ſub alia iuriſditione, quam dittæ Vrbis, & illius Magiſtratus, hinc eſt, quod pars ex aduerſo fatetur, deplano in ſuis capitulis territorium Meſſanæ, & illius iuriſditionem incipere ab iſta parte ditti fluminis, & ditta Caſalia ibidem ſita eſſe de territorio dittæ Vrbis, & ſub iuriſdictione Magiſtratus, & offitialium Meſſanæ, quod etiam patet ex deductis in Eulogio expatte Syndici, & præſertim ex fide Regij Magiſtri Notarij & Secretariorum officij Senatus, & ex deſignatione Caualllariorum pro cuſtodia territorij ad expenſas dittorum caſalium Ioan Pilerij, & fabrica, de quibus dittum eſt ſupra, pariterq; conſtat ex eiſdem & capitulis, & teſtibus ex aduerſo præſertim ex illis deponentibus ſuper vnic. cap. in Annò 1540. nec non ex diuerſis actis in eodem contra Eulogio, in quibus fit mentio de aliquibus perſonis dittorum caſalium cum hoc adiuncto, videlicet, territorij Meſſanæ, quod eſt tam notorium, quod patet lippis, & tonſoribus, nec in dubium reuocari poteſt, nempè iſti de Criſafi aliud ius non fouent in territorio iſto, niſi illud, quod eis poteſt competere vigore illius priuilegij, ſeu conceſſionis olim in Anno 1391. & 1394. facti à Rege Martino, & Regina Maria Nicolao Criſafi debonis burgenſaticis illorum de Claramonte, vt dittum eſt ſupra, ſub num. 29. de quo iure videtur ſentire D. Franciſcus Criſafi, qui in hac facti ſpetie in contra Eulogio deponit pro Principe, quæ ſanè conceſſio, vt dittum eſt fuit facta debonis burgenſaticis ſitis in territorio Meſſanæ conſiſtentibus in domibus, & viridario caſalis Aptiliæ, & Baiulatione; Vnde non eſt trahenda ad feudū, & Baroniam dittę flomariæ, & Caſalium, ſiquidem verbis priuilegij eſt inſeruiendum, à quibus non licet recedere ex vulg.

102 Tertio ex eo pariter quod tantum ab eſt quod dittum Caſale Aptiliæ ſitum ab illa parte fluminis ex parte Meridiei verſus dittum territorium Scalettę, quod remanſit in illa figurata, & imaginaria aſſerta diuiſione pro ditto Ioanne Salimbeni de Marcheſi, ſit feudum, & Boronia eiuſdem, quod inficiari minime poteſt quod non ſit de finibus, & territorio Meſſanæ, & ſub iuriſdictione dittæ Vrbis, & illius Magiſtratus, & officialium, prout conſtat, non ſolum ex infinitis teſtibus deponentibus in Eulogio ſuper 3. cap. de menſe Februarij, & ſuper illis capitulis de menſe Martij 1620. ſed etiam ex publicis actis iuriſdictionalibus in Eulogio Syndici præſentatis, tum viſitationis factæ in ditto Caſale per Curiam Straticotialem, tum etiam fideiuſſionum præſtitarum per habitatores ditti, Caſalis Aptiliæ, de ſoluendo iura manganellorum de mandato Senatus, tum etiam priuilegij exactoris illius iuris debiti Maiori Eccleſiæ Meſſanæ pro magiſtro Operæ, nec non conſtat ex ditta fide Regij magiſtri Notarij, & Secretariorum officij Senatus; & ex fide Credenzeriorum Regij Campi, & ex fidè Gabellarij Saluminis, pariterq; & fide Regij Magiſtri Notarij Curiæ Straticotialis, ex fide etiam Magiſtri Notarij officij Conſulatus Serici, & ex fide Magiſtri Notarij Curiæ Baiuli, de quibus ſupra facta eſt ſuo loco mentio, & ex quibus patet, quod dittum caſale Aptiliæ eſt definibus, & territorio Meſſanæ, & illius Ciues, & habitatores ſubeunt onera, recipiunt frumentorum vicendas huius Vrbis, ſicut cæteri rurales aliorum Caſalium, & exeis eliguntur Capurales, & prouiſionati per Straticotum, & Senatum, pro cuſtodia territorij, Nec non matriculantur in officio Conſulatus ſerici, & ſoluunt eorum ratham pro ſalario Caualllariorum, ſicut cæteri Caſales dittæ Vrbis & iſtud eſt, tam verum, & notorium, quod licet certo tempore Baro Scalettæ prætendebat habere ius in ditto Caſale Aptiliæ, & propterea in contra eulogio video præſentatam quamdam relationem porterij M. Curiæ cuiuſdam iniuntionis factæ Ioanni, & Petro Baſili in Anno 1558. ad inſtantiam Baronis, quod debeant acceptare officium Iudicum ditti caſalis, nec non in eodem contra eulogio præſentatur cer-

certus actus, licet de facto, & clandeſtinus
poſſeſſionis In Anno 1557. captæ per pro-
curatorem D. Antonini de Marcheſi, tunc
Baronis Scalettæ, & alis D. Ioannes de
Marcheſi procurator generalis Baronis Sca
lettæ in Anno 1588. auſus eſt creare Iu-
dices, & officiales in dicto Caſali, Aptiliæ,
licet ſtatim habita notitia fuerunt per Se-
natum Meſſanæ ſublati, vt deponunt te-
ſtes de menſe Martij 1620. in Eulogio, &
præfatus D. Ioannes de Marcheſi, & alij,
qui attentauerunt ibidem, & in territorio
iſto iuriſditionem, exercere, fuerunt pro-
ſequuti de vſurpata iuriſditione, vt patet
in Eulogio, & dicetur infra in 4. membr.
ſub nu. 131. Tamen inuitis dentibus agno-
ſcens Princeps notoriam rei veritatem, in
hac facti ſpetie de plano fatetur, quod
Aptilia eſt caſale Meſſanæ, & in eo Vrbs, &
Curia Straticotialis vtuntur iuriſditione,
vt legitur in ſupplicatione Principis in prin
cipio contra eulogij poſita porrecta Iudi-
cibus Curiæ Straticotialis Regijs delegatis
circa finem illius Supplicationis, & depo-
nunt etiam teſtes producti ex aduerſo in
contra eulogio recepti die 30. Ianuarij
1620. & quod dictum Caſale ſit de territo
rio Meſſanę, patet etiam ex aliquibus actis
præſentatis in contra eulogio Principis fa-
ctis In Curia Scalettæ; præſertim ex illa
accuſatione facta in Anno 1585. à Nicolao
Cappellano cōtra certos caſalis Aptiliæ ter
ritorij Meſſanæ, & ex illa cōtumacia ad In-
ſtanciam dicti D. Ioannis de Marcheſi in
dicto Anno 1588. contra Nicolettam mi
xhali pro reuocatione corporis venditi per
Thomaſium Muſatta turis Aptiliæ teni-
menti Meſſanæ, & ex illa accuſatione por
recta apud acta dictæ Curiæ Scalettæ in
dicto Anno 1588. per Nerium de Raneri
Ciuitatis Meſſanæ, & habitatorem turis
Aptiliæ territorij Meſſanæ, & ex eo actu
reueli facto in officio dictæ curiæ Scalettæ
per Antoninum Mixhali turris Aptiliæ ter
ritorij Meſſanæ, itaquod attenta hac no-
toria veritate in hac facti ſpetie, non præ-
tendit Princeps habere aliquod ius in dit-
to Caſale Aptiliæ, & ſic aſſerta illa figura
ta Baronia dicti Caſalis penitus euanuit,
Illud tamen eſt, quod contendit, vt ex
ſupplicatione prædicta perpenditur, quod
licet Aptilia ſit caſale Meſſanæ, & ſub il-
lius iuriſditione, tamen non eſt in territo-
rio dictæ Vrbis, ſed territorium vbi eſt ſi-
tum, eſt territorium Scalettæ; quod cona
tur comprobare exemplo caſalis Gauterij,
quod licet ſit caſale Meſſanæ & ſub iuriſdi-
ctione magiſtratus, diſtat tamen à terri-
torio dictæ Vrbis, itaquod ſunt interme-
diæ terræ Sapunariæ, Bauuſij, & Candroni.
Quæ ſanè contentio vana oſtenditur ex præ
miſſis, Tum quia in dicto inſtrumento aſ-
ſertæ, & figuratæ diuiſionis, partes enun-
tiant oppoſitum videlicet, quod illud ter
ritorium vltra flumen, quod remanſit prò
dicto Ioanne Salimbeni, eſt verſus territo
rium Scalettæ, & ſic non eſt de illius Ca-
ſtro, & territorio, vt ſupra dictum eſt, Tum
etiam quia illud territorium dicunt rema-
nere in portione dicti Ioannis Salimbeni
pro Baronia dictæ Romariæ, & Caſalis ſu-
perioris Aptiliæ, & ſic non eſt illud terri-
torium Scalettæ, ſed dicti Caſalis Aptiliæ,
& ideò dato; quod Aptilia eſt Caſale Meſ
ſanæ, vt dictum eſt ſupra, & pars de pla-
no fatetur, vtiq; neceſſe eſt affirmare, quod
etiam territorium dicti caſalis ſit defini-
103 bus, & pertinentijs dictæ Vrbis, ne alias
detur diuiſio territorij, quæ eſt præiuditia
lis, *Capic. in ſua inueſt. in verb. feudorum diui-
ſio, Apont. conſi. 51. num. 12. & conſi. 57. nu.
54.* Qua ratione confinium mutatio non
præſumitur, *ad tex. in l. in finali ff. fini. regun.
& l. 2. vbi glos. C. eod. tit. Felin. in capit. cum cau
ſam col. pen. verſi. ſecundo ſcias in fin. de probat.
Alber. Brun. in conſi. 34. ſub num. 5. Luc. de Pen.
in l. 3. col. 5. verſ. 163. præſum. C. de apoc. pub.
lib. 10. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 13.
Hieron. de Mon. de finib. regen. capi. 21. Menoch.
lib. 6. præſum. 43. nu. 1. Vnde Paul. de Caſtr. in l.
Gaius, & ſeius, § titius ff. delegat. 2.* inquit quod
diuiſio territorij, quod antea erat vnitum,
non cenſetur facta, niſi interueniat actus
facti notabilis; *Apont. in conſi. 63. num. 39.
104 cum ſequ.* In tantum quod diuiſio iuriſdi-
ctionis, non importat diuiſionem territorij
*ad tex. in l. 1. vbi Angel. C. de metrop. berito lib.
11. Glos. in clem. ne Romani in verb. diœceſis de
elect. Albert. Brun. in loc. præcit. Couar. prat. queſt.
cap. 37. verſi. pr. ſiquidem caſus, Vinc. de Franch.
in deciſi. 22. & deciſi. 316. num. 4. & Apont. d.
conſil. 51. num. 6.* Qua de re dato, quod non
ſit in compatibile, & in ſe ſit verum, quod
locus poteſt eſſe ſub iuriſdictione vnius,
& in territorio alterius, vt ex aduerſo præ
tenditur, tamen hoc terminis noſtris, non
bene adaptatur, in quibus illud caſale
Aptiliæ, vt ex prædictis patet, non ſolum
eſt ſub iuriſdictione Meſſanæ, & Magiſtra-
tus, ſed etiam eſt ſitum in illius territorio;
ſicut nec bene conuenit adductum exem-
plum Caſalis Gauterij, quod eſt ſub iuriſ-

dictione Meſſanæ, & licet diſtet à territorio dictæ Vrbis, & ſint intermedia territotia prædictarum terrarum, habet tamen dictum Caſale ſuas circumferentias; ſeù territorium, quod ſub eſt Meſſanæ & illius Magiſtratui, & offitialibus, & ſic non eſt penitus, & abſolutè abſq; aliquo territorio, & diuiſum à Meſſana, ſicut pretendit Princeps eſſe diuiſum Caſale Aptiliæ, ſine aliquo territorio, & circumferentia, illudque eſſe ſitum in territorio Scalettæ, quod quàm vanum ſit affirmare patet ex prædictis, Quibus ſtantibus in aliquo non ſuffra

105 gatur pro Principe, quod illud aſſertæ diuiſionis inſtrumentum fuit Viceregiâ auctoritate confirmatum, cum illius inſerto tenore, & per conſequens ex certa ſcientia, *ad tex.in cap. venerabilis, vbi notant Doct. præſertim, Dec.in 1.not. de confir. vtil. vel in vtil. Abb.in capi.inter dilectos de fide inſtrum, & in cap.examinata, de confirm.vtil.idem Dec.in eadem rubr.ſub num.mihi 2.verſ.ſimiliter, & in*

106 *cap.2.num.mihi 6.eod.tit.quod ſentit, Ruin.in conſil.31.ſub num.5.vol.1.* Nempè nihil operatur confirmatio cum clauſula ex certa ſcientia, quando res aliter ſe habet, vt in hac facti ſpetie, vt poſt, *Bald.& Alex.in l. ſed & ſi quis, §.item quæritur, ff.ſi quis caut.inquit Socc.in conſi.72.num.4.vol.3. Paris.conſi. 1.num.82.vol.1. Menoch.in conſi.2.num.331. volu.1.* Admittit enim clauſula ex certa ſcientia probationem in contrarium, *Socc. in conſi.79.num.46.vol.4.* ex quo falſitatem narratorum non purgat, *Dec.in d.cap.venera-*

107 *bilis, in d.1.not.col.1.* Præterea illa confirmatio non ſuffragatur pro Principe, ex eo quod noluit confirmando aliquod ius tribuere in præiuditium tertij, quod non ſolum clarè patet ex clauſula illa adiecta in dicta confirmatione videlicet; Iuribus R. Curiæ, & alterius ſemper ſaluis, ſed etiam in dubio ita præſumitur, *ad tex.in l. 2.§.merito, ff.ne quid in loc.pub. & in §.ſi quis à Principe cod. tapit. ex tuanon, de author. & vſu pall. Dec.in conſ.11.nu.4.Curt.Iun.in conſi. 88.num.8.Hippol.in ſing.440.latè Felin.in cap. cauſam quę, in verb.interpretatio, extra de reſcrip.* Principis enim intentio ea eſt, vt ius alterius ſemper ſit ſaluum, *Dec.in conſi.271. & 544.& 606.num.17.Curt.Iun.conſi.172. num.3. Alciat.reg.3.præſum.11.* Talia enim reſcripta, quibus tertio præiuditium inferetur, non ſunt demente Principis, etiam ſi motu proprio emanant, *Aret.conſi.15.num. 6.Gozad.conſ.9.num.24. Paris.conſi.1.nu.84. & conſi.11.num.13.vol.1. Socc.Iun.conſ.77.* *num.26.Vol.1.Ias.conſil.10.num.30.volu.2. Menoch.conſ.294.num.20.vol.3.Curt.conſ.39. num.51.vol.1.& Menoch.de arbit.quaſt.9.nu. 11.* Itaq; præſumitur Princeps potius circumuentus, quam quod velit alteri præiudicare, *Aport.in conſi.59.num.35.* etiam ſi de modico agatur præiuditio, *R.m.Iun.in conſi.6.num.68.vol.1.* Præſertim in hoc Siciliæ Regno, vbi ſaluo ſemper iure tertij intelliguntur reſcripta ex cap.29.Regis Martini, & 436. Regis Alphonſi, quod fortius locum ſibi vendicat, quando agitur de auferendo iure tertij competente ex iui contractus, prout eſt hoc ius territorij Meſſanæ competens ex priuilegijs ex cauſa onęroſa obtemptis, & in vim contractus, vt latè probaui in eo iuris reſponſo pro immunitate Meſſanæ edito in p.par. in 3.ſuppos num.73.& infra, quibus, nec volens Princeps poteſt aliquod præiuditium inferre, vt ibidem deduxi in 2.par.in 9.conſid.nu. 74.& 81.

Secundo principaliter conſidero, quod in illo actu ſuperius relato per Regium Straticotum facto, in captura illius forijudicati Ioannis Cottone, non legitur, quod territorium Scalettæ incipit à flumine Ioan Pilerijs, ſeu turris nouę, nec aliquod verbum de hoc habetur in ditto actu, ſolum enim legitur, quod Straticotus ſe contulit ad turrim nouam, vbi facta perquiſitione bannitorum, & non inuentis, habita notitia, quod delinquentes erant in Baronia Scalettæ, requiſiuit Baronem, qui ſecum erat, quod pro Regio ſeruitio ſe conferret ad illos capiendos, prout ſe contulit in ditta terra, & cepit dittum de Cottene forjudicatum, & licet ex eo actu appareat, quod Straticotus dixerit offitialibus Curię Straticotialis, quod quatenus introirent territorium Scalettæ, hoc facerent tanquam perſonę priuatę, non tamen expreſſit, quod ibi, ſeu in ditto flumine fiebat ingreſſus ditti territorij, ſed ideò in ditto loco preditta verba protulit, ex quo ibi, habita notitia de dictis deliquentibus, deliberauit eos capi facere in ditta terra Scalettę cuius territorium, cum de neceſſitate debebant introire, antequam ad dittam terram peruenirent, ideo ſignificauit dittis officialibus, vt intrent territorium prædittum, tanquam perſonæ priuatæ, quod rectè poteſt intelligi de loco, vbi fieret ingreſſus, & ſic de ditto lapide diuctis, qui eſt terminus territorij inter vrbem, & dittum Caſtrum. Et ep[illegible] abſq; tamen veritatis

ritatis

ritatis præiuditio, quod ſaltem virtualiter
videatur colligi ex illo actu, quod Strati-
cotus ſenſit, quod territorium Scalettæ
extenditur vſq; ad turrim nouam, ex eo
quod ibi Baro Scalettæ præfatum de Cot-
tone conſignauit eidem Straticoto, illud
tamen viſus eſt ſentire ex errore, & dece-
ptus ab ipſomet Barone, cuius in hoc fi-
dem ſequutus eſt, quod oſtenditur ex eo,
quod Straticotus, qui fecit actum prædit-
tum, fuit D. Franciſcus Vintimiglia, vt
patet ex relatione Pauli la Roſa, Petri de
Tauromina, & Stephanelli Criſafi, eo tem
pore facta, vt habetur in contra eulogio
Principis inter teſtes examinatos ſuper 7.
cap. qui neſciebat terminum territorij Sca
lettæ, vt patet clarè ex eo, quod tunc tem-
poris depoſuit Magnificus Nicoletta Cri-
ſafi ſuper eodem 7. capit. qui dicit, quod
dictus Straticotus exiſtens in ditto flumi-
ne, dixit Baroni Scalettæ, vt ſibi oſtende
ret territorium dittæ terræ, & quod Baro
reſpondit, quod ibi in antea erat territo-
ritorium dittæ terræ; qua propter creden-
dum eſt, quod illæ actus ſicut fuit factus
ad requiſitionem, & petitionem Baronis,
vt in eo legitur, ſic etiam, & non minus
ex ſuggeſtione eiuſdem Baronis proceſſit,
& ex errore Straticoti, & per conſequens
108 abſq; illius conſenſu, cui nihil eſt tam con-
trarium, quam error, *ad tex. in l. ſi procura-
tor, ff. de acquir. rer. domi. l. ſi per errorem, & ibi
Doct. ff. de iuriſd. omn. Iudic. l. non id circo C. de
iur. & fact. ignor. l. nihil conſenſui, ff. de reg. iur.*
qua ratione qui errat, non dicitur fateri,
l. non fatetur ff. de confeſſ. & errantis nullus
eſt conſenſus, *Bart. in l. clodius, ff. de acquir.
hæredit. ad tradita per Imol. & Alex. in l. qui-
dam conſulebant ille, num. 41. iſte, num. 34. ff.
de re iudic. Felin. in cap. inter Monaſterium, nu.
9. eod tit. Menoc. lib. 2. præſum. 19. num. 9. Socc.
Iun. cons. 3. num. 28. vol. 2. Paris. conſi. 72. num.
60. & cons. 131. num. 36. Vol. 1. & in conſi. 12.
num. 98. vol. 2. Roland. conſi. 32. num. 70. vol. 4.
Menoch. cons. 279. num. 20. & conſil. 296. num.
56. & conſi. 857. nu. 13. & Surd. in conſi. 202.
num.* 10. Ita enim error conſenſum ab eſſe
facit ab actu, quod nihil iuramentum ope
ratur, *Ruin. in conſi. 127. num. 13. & 20. & in
conſi. 137. num. 12. volu. 3. & Roland. in conſil.
13. num. 22. Vol. 1.* Quin imò, nec ex eo actu
(eſto, quod ibi fuiſſet expreſſum territo-
rium Scalettæ ibidem incipere) aliquod
præiuditium potuit generari territorio Meſ
ſanæ, cum aſſeuerationes eorum, qui libe-
re non poſſunt diſponere rei veritatem non
poſſunt mutare, ad tradita ſupra, *nu.* 101.
Tertio principaliter conſidero, quod il
le literæ Curiæ Straticotialis, & Conſula-
tus directæ offitialibus Scalettæ, in quibus
fit mentio de certis bonis ſitis in contratis
territorij, de quo queritur, & in quibus
committitur officialibus prædictis tradi-
tio poſſeſſionis, vel diuiſio dittorum bo-
norum, ſtante, quod ſunt in eorum terri-
torio, in aliquo non ſuffragantur pro Prin
cipe ad fundandum territorium prædittum
ex quo non conſtat, quod Curia ipſa, à qua
literę prędictæ emanauerunt ſciebat, quod
illa bona erant ſita in territorio iſto inter
flumen, & lapidem Diueti, quandoqui-
dem tales literę expediri ſolent ad partis
inſtantiam, quæ facile poteſt obripere Iu
dici, & ſub prętextu quod bona in alieno
ſunt territorio expedunt ſimiles literas di-
rectas offitialibus illius territorij, ſicut in
facto potuit contigere in eſpeditione illa-
larum literarum, nempè certum eſt, quod
ſi Iudici fuiſſet ſignificatum indiuidualiter,
quod bona illa erant ſita in territorio iſto
inter flumen, & lapidem, vtiq; nunquam
literę prędictæ emanaiuſſent, ex quo noto-
riũ eſt illud eſſe territorium Meſſanę ſubdi-
tum Magiſtratui, & offitialibus dittæ Vr-
bis, in quo præſertim Curia ipſa Stratico-
tialis exercuit, & exercet Iuriſdictionem,
vt ex deductis patet, & ideo quatenus dit
tæ literę emanauerunt, hoc ex ignorantia
Curię contigiſſe affirmari oportet, cui non
fuit ſignificatum, quod ille contratæ, in
quibus ſunt ſita bona illa, ſunt in territo
109 rio iſto, de quo contenditur, Quæ ſanè
ignorantia de iure præſumitur, quo vſq;
de ſcientia non conſtat, *ad tex. in l. verius, ff.
de prob. §. non ſolum inſtit. delegat. cap. præſumi-
tur, de reg. iur. in 6. Bart. in l. is poteſt num. 18.
ff. de acqu. hæred. & in l. adulterium num. 38. ff.
ad l. Iul. de adult. Bald. in l. 1. poſt num. 2. C. ad
Maced. Dec. conſi. 445. in fin. & conſi. 530. num.
9. Ioſeph. Ludou. in decis. perus. 19. num. 22.
Anton. Gabr. de reg. iur. conclus. 5. Menoch. de
arbitr. quæſt. 72. num. 3. Magon. decis. Luc. 49.
num. 11. latè Maſcard. de prob. in conclus.* 889.
Non enim eſt veriſimile, quod Curia Stra-
ticotialis, per quam fuerunt proſequuti
de vſurpata Iuriſdictione offitiales Scalet
tæ, qui attentauerunt exercere iuriſdictio
nem in territorio iſto, prout etiam fuerunt
proſequuti per M. R. Curiam, vt habetur
in Eulogio, & cum Eulogio Syndici, &
dicetur in vlt. membr. ſub nu. 131. ſi qui-
dem ſciuiſſet, quod illa bona, ſeu contratę

Digitized by Google

prędictæ, in quibus illa bona ſunt ſita eſ-
ſent in territorio iſto, voluiſſet tales literas
eſpedire in præiuditium ſuæ iuriſditionis,
110 Magiſtratus, & offitialium Meſſanę, Hoc
enim fuiſſet iactarę ſuum, quod de iure
non pręſumitur, *l.cum de indebito, ff.de pro-
bat.& l.qui vas, ff.de furt.* Non enim eſt veri-
ſimile, quod quis velit contra ius pro-
prium laborare, *Becc.in conſi.*101. *num.*45.
*volu.*1. Vnde non præſumitur, quod quis
111 ius ſuum in alium transfere velit potius
enim præſumitur error, quam donatio,
*Bald.in conſi.666.num.5.vol.2.Afflic.in decis.
44.num.24.& in deciſi.80.num.4.Dec.in conſ.
177.num.1.& in conſi.195.col.pen.Natt.in
conſi.77.num.16.Curt.Iun.in conſi.56.num.5.
Ruin.conſi.215.num.22.Vol.1.Grauet.in cons.
77.num.14.& cons.142.num.26.Roland.conſ.
11.num.46.volu.3.Becc.in conſi.52.num.70.
Menoc.de arbitr.cas.88.& in conſi.1.num.213.
& Surd.in d.conſil.202.num.14.cum.ſequen.
didac.de mari.in ſua nouiſſ.Sylua.comm.opin.in
lit.E.* Et tanto magis, quia de his agitur, in
quibus magnum vertitur præiuditium,
*Bald.in conſi.102.num.3.volu.2.& Becc.in d.
conſi.52.ante num.71.* Nempè de iactu pro-
prię iuriſditionis queritur, quæ eſt res gra-
112 uis, quia dignitatem tribuit, *Bart.& Doct.
in authen.habita C.ne fil.pro patr. Bald.in l.2.in
princ.ff.de Senator. Menoch.conſil.126.num.9.*
113 Et cui honor eſt annexus, *l. cui muneris ff.
muner.& honor. l.omnem honorem, C. quando
prouoc.non eſt neces.cap.Vt debitus honor, extra
de appell.Menoch.de arbitr. quæſt.41. Ioan.Se-
gur.in direc.Iudi.in init.pr.par.num.2.Cagnol.in
l.2.ff.de reg.iur. Luc.de Pen.in l.vniuerſas col.
2.C.de decur.lib.10. Boer.in decis.222.num.2.
& 3.latè Maſtrill.de Magiſtrat. lib.5.capit.3.
num.24.& infra*, Vnde non eſt credibile,
quod voluiſſet Magiſtratus Meſſanæ hono
rem dittæ iuriſdictionis a ſe abdicare, qui
præcæteris rebus diligitur, & vitæ pręfer-
tur, *l.ſi ſtiquidem, §.pen.ff.quod met.caus.Socc.
Iun.in cons.38.num.40.Vol.1. Neuiz.in Sylu.
lib.1.num.24. Menoch. de arbitr.cas.377.num.
19.& cas.399.num.7.Didac.de Mari. in addic.*
114 *ad deciſi.gram.79.col.2.* Vnde licet Magiſtra
tibus, & offitialibus ſuas pręrogatiuas pre-
heminentias, & iuriſdictiones de fendere
obſeruandi ordinis cauſa, abſq; ambitio-
nis, ac ſuperbiæ nota, *ex D. Gregor.relato in
cap.fin.89.diſtinc.cuius meminit, Menoch.in
d.conſi.126.in princ.Bouadil lib.3.polit.capi.2.
num.20.Tiraq.de primog.in pręfat.num.13.&
Maſtrill.in his terminis de Magiſtrat.cap.4.lib.
5.ſub num.1.Didac.de Marin.in ſuis comm.opin.
lit.M.* in verbo Magiſtratus.

Quarto, & Vltimo principaliter conſidero, quod illud inſtrumentum in contra Eulogio pręſentatum, in quo Abbas S.Placidi concedit ad emphijteuſim, quendam locum nominarum Cola Vecchio poſitum in territorio Scalettę, qui tamen locus eſt ſitus in territorio iſto inter flumen, & lapidem, minimè ſuffragatur ad probandum, quod iſtud territorium ſit definibus Scalettę licet ex verbis enuntiatiuis poſitis in inſtrumentis antiquis probatur territorium, vt dittum eſt ſupra *num.33. Didac.de Mari in addic.ad deciſi.gram.27.col.1.* Primo ex eo, quod non conſtat, quod ille locus nominatus Cola Vecchio, quo in ditto inſtrumento enuntiatur eſſe in territorio Scalettæ, ſit ſitus, & poſitus in territorio iſto, de quo queritur, inter flumen, & lapidem, licet enim ex probationibus vtriuſq; partis appareat, quod inter flumen, & lapidem ſunt diuerſæ contratæ varijs nominibus nuncupatę, inter quas extat contrata ditta de Cola Vecchio, tamen non ſequitur, quod ille locus ad emphyteuſim conceſſus, & qui nominatur Cola Vecchio ſit poſitus Inditta contrata, & territorio, Aliud enim eſt quod locus ſpetialiter nominetur Cola Vecchio, & aliud quod ſit poſitus in contrata ditta Cola Vecchio, vnde eſſe poteſt, quod ille locus, ſic dittus, erat in territorio Scalettæ, & non in contrata di Cola Vecchio, quę eſt ſita in territorio iſto inter flumen, & lapidem, & ideo quatenus in ditto Inſtrumēto enuntiatur, quod ille locus dittus Cola Vecchio eſt ſitus in territorio Scalettę, talia verba neceſſario non concludunt, quod territorium iſtud, de quo agitur, ſit definibus Scalettę, quia non probat hoc eſſe, quod ab hoc contigit ab eſſe, *ad tex.in l. nam hoc C.vnde levit. & in l.neq; natales cum ibi not.C.de probat.* Et quidem credendum eſt, quod ille locus conceſſus, non ſit infra terminum iſtius territorij, & dato abſq; veri pręiuditio, quod in eo eſſet, certè ex errore proceſſit enuntiatio illa, ex eo quod alias non permiſiſſet Abbas S. Placidi, qui conceſſionem illam fecit locum illum enuntiari eſſe ſitum in territorio Scalettæ, ſtante quod Abbas S. Placicidi pro iuribus ditti Monaſterij tuendis, totum oppoſitum pretendit, ac probauit, vt patet in cum Eulogio Syndici ex teſtibus ad inſtantiam Abbatis examinatis contra Baronem Scalettę in litigio ſecum

habito

habito in Anno 1554. & 1558. dequo dit
tum eſt ſupra in p. membr. ſub num. 92.
& infra, & dicetur inferius in ſeq. membr.
ſub nu. 118. & 125. Secundo nõ ſuffragatur,
quia vnicum eſt Inſtrumentum, vnde ver-
ba enunciatiua in eo poſita, non probant
115 confinia, vt tetigi ſupra, num. 35. Nam
ex veriori ſententia plura debent eſſe pu-
blica, & anti qua Inſtrumenta, quæ hoc
enuntient, Doct. in l. cum aliquis præſertim,
Bald. Salic. & Paul. de Caſtr. C. de iure deliber
Alex. in conſi. 90. col. 1. volu. 6. Alban. in conſi.
83. num. 14. Socc. in conſil. 266. col. 2. ſub num.
1. verſic. nec etiam obſtat, & num. 12. volu. 2.
Felin. in cap. cum cauſam, num. 4. extra de prob.
Barbac. in conſi. 6. num. 7. vol. 1. Ruin. conſi. 92.
num. 9. & conſi. vlt. num. 14. vol. 4. Alex. conſil.
12. num. 8. vol. 4. Natt. conſi. 283. ſub num. 8. &
conſi. 672. num. 39. Hyeron. de Mont. de finib.
reg. cap. 60. num. 8. & ſequen. Maſcard. in con-
clus. 394. num. 12. Rim. Iun. conſ. 137. num. 27.
vol. 2. Peregr. de fideicom. art. 43. num. 84. Va-
laſc. de iur. emphijt. quæſt. 9. num. 24. & Nicol.
Gen. qui teſtatur de veriore, & receptiore ſenten
tia in trat. de verb. enuntiat. lib. 2. queſt. 1. num.
79. & infra quibus adde Didac. de Mari. in dicta
116 addic. ad gramat. decis. 27. Tertio, & vltimo
non ſuffragatur prefatum Inſtrumentum,
ex eo quod in publicis, & magis antiquis
documentis, & priuilegijs Principum re-
latis ſupra, ſub num. 29. enuntiatur oppo
ſitum, & Indiuidualiter, quod illud terri-
torium, quod eſt vltra flumen, eſt defini-
bus, & territorio Meſſanę, & ideo ſtan-
dum eſt prædictis publicis inſtrumentis plu
ribus numero, & melioribus, Grauet. de an-
tiqu. tempor. in pr. par. §. cum de fama, num. 6.
& 14. per tex. in l. 1. §. ſed & ſi ff. de offic. quæ-
ſtor. Aret. in ca. cum cauſam, nu. 8. & 9. & ibid.
Felin. num. 5. de probat. Hyeron. de Mont. licet vi
deatur non firmare pedes definib. regen. in d. cap.
60. num. 16. cuius verba tranſcribit, Maſcard.
in d. conclus. 394. num. 26. remiſſiuè, Nicol. Gen.
in d. quæſt. 1. num. 93. quod in re iſta non ha-
bet dubium dum pro territorio Meſſanę
concurrunt verba ennutiatiua emiſſa in
priuilegio Principum, Martini, & Mariæ,
vt dittum eſt ſupra in d. num. 29. quæ cum
ſint à Principe emiſſa, probant confinia,
etiam ſi vnicum ſi documentum, Hyeron.
de Mont. in trat. de finib. regen. in d. capi. 61. nu. 2.
qui citat Aret. in d. cap. cum cauſam, num. 26.
de probat. accedit, Menoch. in d. conſi. 147. num.
12. volum. 2. Didac. de Mari in addic. ad deciſi.
Gram. 100. col. 4. & in ſuis comm. opin. lit. E. in
verbo enunciatiua Itaq; expręmiſſis patet,
quod Scripturę ex aduerſo præſentatę, non
vrgent, neq; in aliquo ſuffragantur pro
prętenſo territorio Scalettę, & hæc quo ad
ſecundum membr.

Tertium eſt membrum, quod formatur
ex illis ſententijs in contra eulogio Princi
pis pręſentatis, ex quibus conatur forte
oſtendere fuiſſe deciſum, quod territorium
iſtud ſit definibus, & pertinentis Baronię
Scalettę, & quod propterea ad pręſens
obſtat rei Iudicatæ exceptio, quę eſt pe-
117 remptoria, & impedit proceſſum, ad tex. in c.
1. de lit. conteſt. lib. 6. Bart. in l. 1. n. 6. ff. de ordin.
cognit. Bald. in l. exceptionem C. de probat. & in
l. 2. ff. de iure iur. Paul. de Cas. in cõſ. 147. col. 3.
vol. 1. citatus à Crauett. in cons. 204. nu. 7. vol.
2. Muſcat. in prat. Sacr. Conc. in 4. par. in glos. in
verb. indicate in princ. Eſt enim talis exceptio
litis finitæ, Bart. in l. nam, & poſtea in princ.
num. 5. ff. de iure. iur. & in l. fratris C. de tran-
ſac. Dec. in conſi. 437. num. 21. Didac. de Mari in
allegat. 5. num. 7. Et ideo impedit litis con-
teſtationem, adeò quod non ſolum oppo-
nitur ad merita, ſed etiam ad proceſſum,
Bart. in l. 1. & 2. ff. de iure iur. Bald. in l. poſt quã
liti, C. de pact. Alex. in d. l. nam, & poſtea in
princ. Fero. conſil. 108. num. 8. volu. 3. & Surd.
118 eos citans conſi. 312. num. 8. Nam diſceptari
non debet in ſecundo Iuditio, quod alias
in primó fuit terminatum, Vnde tunc rei
Iudicatę obſtat exceptio, etiam ſi de alia
re agatur, l. Iulianus ff. de excep. rei iudic. Bart.
in l. 2. §. 1. num. 5. ff. de vi bonor. raptor. & in l.
ſi quis cum totum §. fin. & in l. an eandem, §. 1.
ff. de except. rei iudic. Felin. in capi. penul. num. 6.
extra de re iudic. Cyn. Bald. Alberic. Curt. & alij,
quos citat Rimin. Iun. in cons. 413. num. 8. Ruin.
conſi. 124. in fin. Volu. 5. Gabr. in tit. de except.
conclus. 2. num. 11. Surd. in d. conſi. 312. num. 9.
Apont. in conſi. 49. num. 3. Lanar. in conſi. 34.
num. 16. & in conſi. 65. num. 7. Et moderni,
qui ex more alios congerunt in deciſi. 20.
num. 3. Quod ſanè videtur iuſtificari in hac
facti ſpetie ex illa aſſerta ſententia, quæ
præſentatur in contra eulogio lata per M.
Curiam facta relatione Excelentiſſimo D.
Proregi de menſe Septembris 1514. ad In-
ſtantiam Salimbeni de Marcheſi, tunc Ba
ronis Scalettę contra Thomam de Bruno,
Petrum Reſtuccia, & alios litis conſortes
in ea facti ſpecie, in qua præfatus Baro de
menſe Octobris 1513. obtinuit literas Vi-
ceregias demanutentione poſſeſſionis pro
hebendi omnes, & quaſcunq; perſonas de-
tinentes oleuaria in territorio, de quo que-
ritur, videlicet, à flumine turris nonę,
vſq;

Digitized by Google

vſq; ad flumen Italę nè poſſint oliuas, vel frumentum deferre, neq; molere, niſi Intrappeto, vel molendino prędicti Baronis aduerſus quas literas, tunc ſe oppoſuerunt præfati de Bruno, & alij Caſalis Ioan Pilerij, qui habebant loca in ditto territorio, & petierunt dittas literas vnà cum bamno de ſuper facto, quo ad ipſos homines, & habitatores dictæ flomariæ Ioan Pileri, habentes poſſeſſiones, & olıueta in_ ditto territorio prope Baroniam Scalettæ, & in tus diuctum Ciuitatis Meſſanæ annullari, & reuocari, ſupet quo fuit per M. R. Curiam prouiſum, quod literæ vna cum bamno ſtent, & exequantur iuxtà earum ſeriem continentiam, & tenorem, exqua ſententia infert forte Princeps, quod iam_ fuit deciſum, quod territorium Baroniæ Scalettæ extenditur, vſq; ad flumen Ioan Pilerij, quod propterea loca, quæ ſunt inter dittum flumen, & lapidem, ſunt de finibus & iuribus dittæ Baronię. Ad cuius deciſionis confirmationem forte adducitur illa_ Sententia Curiæ Straticotialis confirmata per Iudicem appellationis, & per M. Curiam lata contra Monaſterium S. Placidi de Colonerò in cauſa ſpolij relata ſupra, ſub num. 92. & infra, intentata per Abbatem Hyconomum, & procuratorem ditti Monaſterij contra D. Franciſcum de Marcheſi, tunc Baronem Scalettæ, qui petierunt reſtitui, & reintegrari In pacifica poſſeſſione, ſeu quaſi, in qua erant antè commiſſum ſpolium, apportandi, & apportari faciendi omnes oliuas olinetorum ipſius Monaſterij, exiſtentium in territorio iſto, ad trappetum ipſius Monaſterij; & non ad trappetum ipſius de Marcheſi, in_ qua cauſa fuit triplici ſententia deciſum, non eſſe locum ſpolio, vt legitur in ſcripturis præſentatis in contra eulogio Principis. Vndè videtur inferri, quod illud ius prohibendi fuit, & eſt de iuribus, & pertinentijs dittæ Baroniæ, ex quo territorium eſt de finibus Scalettę, & per conſequens videtur obſtare res iudicata.

Sed iſtud pro iuribus Meſſanæ tuendis facile diluitur, ita vt aſſerta rei iudicatæ exceptio terminis noſtris non conueniat, & ſi conuenit potius obſtat aduerſario in benefitium Vrbis ex infra ſcriptis. Primo, poſito abſq; tamen veri præiuditio, quod in præmentionatis ſententijs fuiſſet cognitum, & deciſum, quod hodie in hac facti ſpecie controuertitur, videlicet, quod ter
119 ritorium iſtud ſit de finibus Scalettæ, tamen rei iudicatæ exceptio, non meretur allegari, tanquam res tunc temporis inter alios acta, *ad tex. in l. 1. ff. de except. rei iudic. l. 1. & per tot. C. quib. res iudic. facit l. vnic. C. res*
120 *inter alios act.* Nam vt rei indicatæ obſtet exceptio, illa tria debent copulatiuè concurrere, videlicet, iden titas rei, cauſæ, & perſonarum, *l. cum quæritur, ff. de excep. rei indic. cap. fin. vbi glos. & Doct. in Verb. admitti de except. in 6. Abb. in conſi. 50. num. 2. vol. 1. Dec. conſi. 96. col. 1. in fin. & in conſi. 445. num. 43. & conſi. 464. num. 6. Petr. Imolen. in conſi. 6. nu. 74. & conſi. 102. num. 21. Rot. diuerſ. in decis. 100. num. 3. in pr. par. Fab. de Ann. conſil. 17. vol. 1. Honded. conſi. 30. num. 50. vol. 1. Surd. in conſi. 114. num. 21. & in conſi. 165. num. 11. & in d. conſi. 312. num. 1. Menoch. conſi. 828. num. 2. Bim. cons. 259. num. 17. Intrigl. in ſing. 56. nu. 1. Muſcat. in d. 4. par. prat. Sacr. Conc. in d. verb. iudicate, num. 6. & infra, remiſſiue Lanar. in_ conſi. 69. num. 19. Ioan. Vinc. de Ann. in alleg. 8. num. 6. & alij, quos citant Moderni in d. deciſi. 20. vbi ſupra Didac. de Mari in ſuis comm. opin.*
121 *lit. E. in verbo exceptio* Secundo iſtud fortius vendicat ſibi locum interminis noſtris, in quibus agitur de inferendo præiuditio Ciuitati vigore Sententiæ latæ inter alios, cui in terminis fortioribus non nocet res iudicata, ſi vniuerſitatis Syndicus, non interuenit, quin imo nulla eſt ſententia lata_ contra Vniuerſitatem, vbi Syndicus, qui eam defendat non eſt vocatus, *ad tex. in l. 1, C. de iure rei pub. lib. 11. Nicol. Ioas. in tract. de iur. vniuerſit. in 2. par. num. 87. Didac. de Mari in addic. ad decis. gram. 50.* Qui ita ſeruari in_ Regijs tribunalibus Regni Neapolis teſtatur. Oportet enim pro validitatæ Sententiæ latæ contra Vniuerſitatem illius Syndicum, ſeu actorem interuenire, vt cauſam vniuerſitatis legitimè defendat, *l. 1. §. quibus, & l. 3. ff. quod cuiuſq; vniuers. nom. l. de pollicitationibus, ff. de pollicit. l. procuratores, vbi glos. C. de decurion. l. ita tamen, vbi glos. ff. ad trebell. & l. ſed ſi hac, §. qui manumittitur ff. de inius voc.* Quod eſſe extra dubium in ciuitate Meſſanæ, quæ habet Syndicum ordinarium ſentit indiuidualiter *Octa. Corſe. lib. 1. quæſt. fore. queſt. 10. circa prin.* Tertio, & vltimo rei indicatæ exceptio In_ hac facti ſpetie pro Principe non ſuffragatur, ex eo
122 quod tunc exceptio illa obſtat, quando de neceſſitate concludit ſuper eo fuiſſe iudicatum, quod poſtea venit in controuerſiam, *l. ſi inter te, & me ff. de except. rei indic. l. quod indiem, §. ſi rationem, vbi Paul. de Caſtr. ff. de compenſat. Corn. in conſi. 62. col. 3. verſi.*

verſi. ſed veritas, volu. 4. Surd. in d. conſi. 312. num. 2. & in deciſi. 260. num. 31. Sed præmiſſæ ſententiæ non concludunt de neceſſitate, tunc fuiſſe deciſum, illud quod hodie controuertitur, & quod Princeps ex aduerſo prætendit videlicet, quod territorium iſtud ſit definibus, & territorio, & iuriſditione Scalettæ, ideo eſto quod perſonarum identitas conueniret, vanum tamen eſſet aſſirmare exceptionem obſtare rei iudicatæ, Minor hæc propoſitio fundamenti probatur ex eo, quod non propterea, quod præfatis Salimbeni, & D. Franciſco de Marcheſi competebat facultas prohibendi eos, qui habebant prædia in hoc territorio, nè poſſint alibi oliuas, & frumentum moler, quam in eorum, trappeto, & Molendino, & quod ideo fuit deciſum in Prima ſententia contra præfatos de Bruno & conſortes ad inſtantiam ditti Salimbenij, quod literæ de manutentione poſſeſſionis vna cum banno ſtent, & in ſecunda ſententia lata ad Inſtantiam ditti D. Franciſci, contra Abbatem S. Placidi, qui prætendebat ex tali prohibitione fuiſſe, & eſſe ſpoliatum, fuit dictum non eſſe locum ſpolio, neceſſario infertur fuiſſe in dictis ſententijs deciſum, quod iſtud territorium, vbi prædia illa ſunt ſita, ſit definibus, territorio, & iuriſditione Baroniæ Scalettæ, de quo hodie in hac facti ſpetie contenditur; Nam ſtare poteſt, quod quis habeat hanc facultatem prohibendi in certo territorio, abſq; eo, quod prohibens ſit Baro illius territorij, & quod territorium ſit ſub iuriſdictione prohibentis, nempè hæc prohibendi facul-

123 tas, non eſt ius Baroniæ, quin imo non poteſt Baro huiuſmodi prohibitiones facere ſuis Vaſſallis, tales enim prohibitiones, & banna, quibus Vaſſalli prohibentur à Barone panem coquere, Frumentum, aut oliuas molere in alijs furnis, molendinis, & trappetis, quam in proprijs ipſius Baronis, ſunt contra libertatem Vaſſallorum, & tanquam in honeſta, & in radice cupiditatis fundata fieri non poſſunt, *Ioan. Faber. in §. æque inſtit. de act. Iacob. de Sant. Georg. in ſua in veſtit. in §. & cum molendinis num. 5. Doct. in l. quo minus, preſertim Iaſ. num. 83. & ſequ. ff. de flum. vbi, Fran. Rip. num. 82.* inquit hoc eſſe commune, quia molere dependet ab arbitrio molentium, quibus liberum eſt accedere ad alia molendina, *Surd. in conſi. 154. num. 19. volu. 2. Guid. Pap. quæſt. 208. Boer. in deciſi. 125. Capic. in deciſi. 209. Natt. in conſi. 227. num. 4. & in conſ. 325.* num.

num. 1. Soc. in conſi. 272. num. 6. vol. 2. Roland. de in conſi. 22. num. 6. vol. 2. latè Thebſaur. in deciſi. 16. Vinc. de Franch. loquens de vniuerſ. prohib. in deciſi. 380. prout loquitur Sylvan. in conſi. 1. num. 140. addentes ad Thesaur. in d. deciſ. 16. Cantepag. in capit. Regn. Neap. Grauamina num. 53. Afflict. de feud. capit. 5. concluſ. 6. Menoch. de arbitr. caſ. 160. num. 8. & in conſ. 298. num. 16. Maſtrill. poſt Capicium Lat. Clar. Malfes. & aliosquos citat, in tract. de Magiſtrat. lib. 4. capit. 18. num. 25. & ſequ. & Zerol. in pract. Epiſc. in prima par. in verb. Bannum. Qua ratione in aliquibus locis expreſſe eſt prouiſum contra Barones, nè tales faciant prohibitiones eorum Vaſſallis, vti tendentes contra ſubditorum libertatem, prout In Regno Neapol. eſt prouiſum per Reg. pragm. vbi latè hoc ſequitur, *Capiblanc. ſub tit. de authorit. Baron. pragm. 14.* concordantes plures refert *Didac. de Marin. in addit. ad deciſ. 9. num. 78.*

124 Intantum quod etiam ſi per longiſſimum tempus conſueuiſſent vaſſalli accedere ad Molendina, vel trappeta Baronis, non propterea eſt inducta conſuetudo, per quam poſſint vaſſalli prohiberi ire ad alia molendina, vel trappeta, *Cin. in l. 1. quæſt. 6. C. quæ ſit longa conſuet. idem Cin. Bald. & alij in l. 1. C. de ſeruit. & aqu. Brixiens. conſ. 56. quæſt. 2. Boer. in d. deciſ. 125. num. 5. Boſſ. in tit. de regal. num. 41. Rolan. in d. conſ. 22. vol. 2. vbi ſequens 2. vbi hoc dicit verum, & commun. idem Roland. in conſil. 52. num. 32. vol. 3. Abb. in cap. ex Abbate col. 2. de verb. ſignif. Anton. Gabr. in tit. de præſcrip. concl. 10. num. 4. Natt. in conſ. 166. num. 9. Menoch. de arbitr. in d. caſ. 160. num. 8. cum ſequ. Theſaur. in d. deciſ. 16. num. 3. & 4.* Vbi hoc tenetur procedere, etiam ſi per tèpus immemorabile hoc factum ſit, *Maſtrill. d. cap. 18. num. 27. cum ſequen. & Capiblanc. in d. pragm. 14. ſub num. 9. verſic. ampliatur,* Et ideò in propoſito, licet per aſſertas ſententias obtinuiſſent præfati de Marcheſi manutentionem poſſeſſionis, ſeu quaſi prohibendi eos, qui habent prædia in territorio iſto, non propterea ſequitur, quod iſtud ius ſit ius Baroniæ, & quod territorium illud ſit de territorio, & finibus dittæ Baroniæ Scalettæ, de quo hodie contenditur, Vnde res iſta iudicata, non concludit fuiſſe deciſum, quod hodie eſt in controuerſia. Potuit enim tale ius competere dittis de Marcheſi iure diretti dominij, quod habent in illis prædijs, vt dittum eſt ſupra, *ſub num. 89.* & hoc ex pacto forte adiecto in emphyteuſi,

125 Quæ eam formam, & figuram accipit, quam partes paciſcendo imponunt, quæ pacta

pacta ſeruari oportet, acſi eiuſdem contractus naturalia eſſent *ad tex.in l.2.C.& 10.& ibi Doct.C.de iur. emphÿte.§.adeò Inſtit.de locat. Natt.in conſ.49.num.18.& in conſi.184.num. 6.Aluàr.Valaſc.quæſt.4.num.3.& 10.Corbul. eód. trat. in tit.de vtilis priua.ob non ſolu.canon ampl.12.num.11.* Quod in facto ita ſe haberi efficaciter ſuadetur ex ſuperius traditis in p. membr. in fin. num. 93. Nempè ſi illud ius pretenſum prohibendi, fuiſſet de iuribus Baroniæ Scaletta, illudq; competeret illis de Marcheſi ratione ditte Baronie, certè illa cauſa ſpolij ſuperius mentionata, non remanſiſſet per receſſum M. Curiæ, in Curia Straticotiali, quæ tunc temporis de cauſis feudalibus non cognoſcebat, ſuper quo tunc fuit factus articulus inter dittum de Marcheſi, & præfatum Abbatem, & fuerunt porrectæ ſuplicationes ab vtraq; parte, & miſſæ ſcripturæ ad effectum, Nam præfatus de Marcheſi, in ſupplicatione per eum porrecta, allegabat, quod illius cauſæ cognitio, non ſpectabat ad Curiam Straticotialem, quia erat feudalis, & agebatur de membris, & pertinentijs ſuæ Baroniæ, & quod ideo cauſa illa erat remittenda ad dittam M. Curiam, & ex aduerſo Abbas in eius ſupplicatione allegabat oppoſitum, quod cauſa debebat agitari in ditta Curia Straticotiali, quia agebatur non de iuribus, & rebus feudalibus, ſed de rebus burgenſaticis exiſtentibus in territorio Meſſanæ, in quo articulo intentato per dittum de Marcheſe de menſe Aprilis 1554. fuit prouiſum per dittam Curiam Straticotialem, quod ad eſpeditionem dittæ cauſæ Spolij procedatur in curia Meſſanæ non obſtantibus frinolis rationibus, Iuribus, & cauſis in proceſſu, & ſcripturis dittæ cauſæ dittis, & in voce allegatis ex parte dicti de Marcheſi, vt patet ex dittis ſupplicationibus, & interlocutoria de ſuper lata, quæ præſentantur in eum eulogio Syndici, & licet à ditta interlocutoria fuiſſet appellatum per dittum de Marcheſi illam tamen non introduxit, vnde fuit de ſerta appellatio, vt patet ex fide Magiſtri Notarij in eodem cum eulogio præſentata, qua propter cauſa prædicta vti allodialis ſtetit in ditta Curia Straticotiali, & de ea cognouit, tam ditta Curia, quam etiam Curia Appellationis, & tandem M. Curia vt tetigi ſupra ſub num. 118. Quia de retorquendo fundamentum, ſi exceptio rei iudicatæ in hac facti ſpetie meretur allegari, vtiq; obſtat aduerſario illa res iudicata, per quam fuit deciſum, quod in cauſa prædicta procedatur in Curia Straticotiali, quæ res iudicata neceſſario concludit, quod illud ius, de quo agebatur, non erat feudale, neq; de iuribus, & pertinentijs dittæ Baroniæ, & per conſequens ſuper eo fuit iudicatum, quod hodie venit in controuerſiam, vnde res iudicata legitimè obſtat *d.l.ſi inter te, & ibi ff.de except.rei iudic.cum concordan.citat.ſupra num.122.* Ex quibus omnibus patet Tertium hoc membr. ex aſſertis ſententijs formatum pro aduerſario in nihilum ſuffragari.

Quartum, & vltimum eſt membrum, quod formari poſſe videtur pro Principe, ex diuerſis pretenſis actis iuriſditionalibus in contra eulogio præſentatis, factis in territorio iſto per offitiales Scalettæ, qui Baronis nomine iuriſdictionem exercent, ex quibus ſanè actis videtur conſtitutus
126 Princeps in poſſeſſione, ſeu quaſi iuriſdictionis, de qua queritur, quæ reſultat, & probatur per exercitium iuriſdictionis in loco, *Innoc.in capi.dilectus, de Cappel.Monach. Spec. in tit.de inquiſit. §.1.nu.18.Part.in l.1.§. hoc interdicto ff.de iti.actu priua. Bald.in l.poſt ſententiam num.7.verſi.& nota, C.de ſent.Romana.in conſi.70.num.13.Canon.in capit.cum Eccleſia ſutrina, de caus.poſſ.& propi.Alber. Brun.in conſi.34.num.13.& ſequen.Alex.in conſi.74.num.16.vol.4.Soc.conſi.187.num. 19.vol.2.Alba.conſi.64.num.9.& 16.Menoch.conſi.701.num.45.& de retinen.poſſeſſ.remed.3.num.585.& Maſcard.de prob.in conclus. 1053.num.15.* in qua poſſeſſione, ſeu quaſi videtur, quod debebat Princeps conſeruari, & quatenus per declarationem fa-
127 ctam per Iudices in hac facti ſpetie, & per reductionem ad priſtinum, reperitur ſpoliatus, debet antè omnia reintegrari, *ad tex.in l.1.§.1.ff.de vi & vi arma. l.ſi quis ad ſe fundum, C.ad leg.iul.de vi publ. l.ſi coloni. C. de agric.& cenſit.lib.11.cap.nullus 2.quæſt.2. cap.literis, & capit.conquerente, de reſt.ſpoliat. vulg.cap.reintegranda 3.quæſt.1.latè Doct.in l. naturaliter, §.nihil commune, ff.de acqui.poſſeſſ.Capic.in decis.77.Rotæ in deciſi.238.num.2. Iaſ.conſi.172.col.2.vol.1.Curt.Iun.conſi.41.in fin.Menoch.conſi.307.num.63.& in conſi.630. num.10.Surd.in cons.28.num.29.& infra, & in conſi.166.nu.1.Didac.de Mari in ſuis commun.opin.lit.S.in verbo ſpoliatus.* Qua propter etiam prædo ſpoliatus, reſtituendus eſt antè omnia, *d.cap.in literis, in fin.l.colonus, & l. cum fundum, ff.de vi, & vi arma. Iaſ.in conſi. 162.Vol.4.Franch.Rip.in d.§.nihil commune, num.*

num.47.verſ.2.amplia, Anton.Gabr.in tit.de
reſtit.ſpoliat,conclus.1.in princ.Menoch.in 2.re-
ſpon.in caus.Finarien.in 3.artic.in princ. quod
eſt poſitum poſt tractatum de recuper.poſſeſ.
& in volum.conſil.eſt conſi.2.num.185.& in-
fra, quę regula locum ſibi vendicat, etiam
in ſpoliato Iudicis auctoritate, ex Bart.&
alijs, in l.meminerint, C.vnde vi, Abb. in cap.
dilectus filius, in vlt.not.& ibid. Felin.num.1.
de reſcrip.Rip.in d.§.nihil commune, num.59.
Grat.conſi.76.col.1.vol.2.Brun.conſi.22.num.
2.& Roland.in conſi.6.num.12.volu.2.Quin
imo etiam ſi Principis authoritate quis
ſpolietur, debet ante omnia reintegrari,
vt poſt, Bald.Ias.& Afflict.teſtatur Menoch.
vbi ſupra, Nec dicitur facta reintegratio,
niſi totaliter quis ſit reſtitutus, Bald.in cap.
fin.num.6.de ordin.cognit. Dec.in conſi.199.ſub
num.1.Paris.in conſi.105.num.7.vol.3.Anton.
Gabr.in d.conclus.1.num.29.Bero.in cap.grauiſ.
num.2.de reſtit.ſpoliat. Roland.in conſi.53.nu.
25.vol.1.Cancer.lib.2.reſol.cap.7.nu.4.& Mo-
der.in decis.29.num.1.

Sed re ipſa diligentiori ſtudio perpenſa
hoc Quartum membr. quod ex pretenſa
poſſeſſione, ſeu quaſi, formatur, facile
diluitur, ita vt omnino debeat Princeps
repelli à pretenſa reintegratione.

Primo ex eo, quod Princeps per illa
pretenſa, acta iuriſdictionalia non acqui-
ſiuit poſſeſſionem, ſeu quaſi, iuriſdictionis,
de qua queritur; & ideo dici non poteſt ea
poſſeſſione, ſeu quaſi, ſpoliatus, quam nun
128 quam habuit, Quia priuatio preſupponit
habitum, l.manumiſſiones ff. de iuſt. & iur.l.
decem cum ſimil.ff.de Verb.oblig.& carentia
ſunt habentium, Bald. in l.licet in 3.oppoſ.C.lo-
cat.Oſaſc.in decis.95.num.12.Vnde ſpoliatus
is dicitur, qui ſemel poſſedit, l.1.§.deiicitur
ff.de vi, & arma.capi.fin.3.quęſt.3. Bald.in
cap.cum Eccleſia ſutrina col.4.de cauſ.poſſeſ.&
propriet.Menoch.de recupe.poſſeſ.in prælud.nu.
1.Surd.in conſi.160.num.39.& in conſi.221.
129 num.17.Et propterea non eſt locus reinte-
grationi, dum ei deficit extremum neceſ-
ſarium agenti interdicto recuperandi,
quod eſt poſſeſſio, & poſſeſſionis priuatio,
glos.in l.1.§.interdictum autem, ff.de vi & vi
arma glos.in cap.olim, in verb.reſtitutionem, de
reſtit.ſpoliat.Canon.in capi.conſultationibus, de
offi. delegat. Socc.in l.rem quæ nobis, num. 16.
in 7.quæſt.princ.ff.de acqui.poſſeſ.Alex.conſi.6.
num.5.vol.3.& in conſi.89.num.8.vol.5.Abb.
in capit.cum ad ſedem, num. 28.de reſtit. ſpol.
Gozad.conſil.69.num.5.Paris.conſil.98.num.
23.& infra vol.2.Rube.cons.4.nu.10.Neuiz.
in cons.68.num.11.Menoch.in d.2.reſpon.cauſ.
finarien.in 2.art.num.10.& in d.conſil.2.num.
162.Didac.de Mari in addicion.ad deciſi.gram.
43.col.2.& alleg.10.num.12.Probatur fun-
damentum ex eo quod vna ſemel quod ex
deductis patet quod territorium iſtud verè
ſit de finibus Vrbis Meſſanę, & per conſe-
quens ſub iuriſdictione Magiſtratus, et of-
fitialium dittę Vrbis, in cuius poſſeſſione,
ſeu quaſi ab immemorabili tempore fue-
runt, & ſunt vſq; ad preſens, vt dictum
eſt ſupra num.37. vtiq; non potuit Prin-
ces per illa aſſerta acta iuriſditionalia in
ſcia Ciuitate, & illius Magiſtratu, acqui-
rere poſſeſſionem, ſeu quaſi iuriſditionis
130 in territorio iſto, Nempè quaſi poſſeſſio in
corporalium non acquiritur, niſi ſciente,
& paciente, eo de cuius agitur preiuditio,
Bart.in l.1.§.fin.ff.de aqu.pluu.arc. Bald.in l.2.
num.12.C.de ſeru.& acqu.Abb.in d.capit. cum
Eccleſia ſutrina num.25.& ibid.Franc.Rip.num.
64.Roland.conſi.9.num.43.Volu.3.Soc.conſil.
187.volu.2.Brun.conſi.20.num.21.Paris.cons.
112.num.46.vol.1.Menoch.de arbitr.cas.161.
num.4.Qui teſtatur de communi, & ibid.
num.3. indiuidualiter infert, quod quaſi
poſſeſſio iuriſdictionis non acquiritur, ni-
ſi data ſcientia domini poſt, Aret.in conſi.
42.num.4.vnde Capic.in deciſi.57.refert Sacr.
Conc.Iudicaſſe pro conuento in Iuditio poſ
ſeſſorio iuriſdictionis, in quo licet actor
probaſſet illius adminiſtrationes, non ta-
men probauit exercuiſſe ſciente, & patien
te eo, cuius intererat, Ias.in l.barbarius nu.
52.in fin.ff.de offit.prætor. Ruin.in conſi.vlt.nu.
4.volu.4.& in conſi.163.num.5.volu.5. Gra-
uet.in cons.134.num.14.Couar.in cap.poſſeſſor.
in 2.par.in initio, num.8.de reg.iur.in 6.Meno-
ch.in conſi.147.num.55.vol.2.& in conſi.612.
131 num.16.De qua quidem ſcientia, & pa-
tientia Vrbis in facto non conſtat, quæ
eſt probanda ab eo, qui in ſcientia ſe fun-
dat, Bald.in cap.1.§.ſi vaſſallus feudum, ſi de
feud.fue.controue.& in l.quandiu.C.qui ad mitt.
Dec.in l.qui in alterius, ff.de regul.iur. & in
conſi.445.in fin.ex eo quod in dubio preſu-
mitur ignorantia, vbi de ſcientia non con-
ſtat, ad tex.in l.verius ff.de probat.& in §.non
ſolum, Inſtit.de legat.Bart.in l.is poteſt, nume.
18.ff.de acqui.hered. Bald.in l.1.poſt.num.2.C.
ad macedon.Alex.cons.172.num.9.vol.2.Crot.
conſi.307.ſub num.8.vol.3.Ioſeph.Ludou.deciſ.
perus.22.Gabr.de reg.iur.conclus.5.Magon.in
decis.Lucen.49.nu.11. Menoch.de arbitr. quęſt.
72.num.3.& Maſcard.de prob.in conclus.889.
in 2.par.Didac.de Mari.in comm.opin.lit.S.in
verb.

verb.ſcientia, *& in addit. ad Gram. deciſi. 36.* Quin imo tantum abeſt quod Meſſana, ſeu illius Magiſtratus habuit ſcientiam, & patientiam de pretenſo iuriſdictionis exercitio in territorio iſto, quod vbi de eo notitiam habuit, ſtatim reclamauit, proſequendo officiales Scalettę de vſurpata iuriſdictione, vt patet ex informationibus captis per Curiam Straticotialem in Anno 1588. in cum Eulogio Syndici, & per infinitos teſtes receptos in Anno 1589. per Delegatum ſuę Eccelentię & M. Curæ Ioſephum Ardito in Eulogio Syndici, propter quam proſecutionem fuerunt aliqui carcerati, & mortui in carceribus, & aliqui ſub fideiuſſione poſiti, prout de morte deponunt teſtes in Eulogio, in quo extant etiam notę carcerum, & acta fideiuſſionum pręſtitarum; Pariterq; de reclamatione cōſtat ex eo, quod quam primum Senatus notitiam habuit de certa officialium electione facta per D. Ioannem de Marcheſi Gubernatorem Scalettę in caſali Aptilię, illam caſſauit, vt deponunt teſtes in Eulogio de menſe Martij 1620. ſuper 1. cap. & officiales electi per dictum de Marcheſi, qui acceptauerunt munus, fuerunt propter hoc carcerati, & dictus de Marcheſi fuit proſecutus per Delegatum de Ardito, & pręſtitit in M. Curia pro ditta cauſa, vt patet ex literis M. R. Curię pręſentatis in Eulogio directis pręfato de Ardito; Conſtat etiam de reclamatione ex eo quod deponunt primi teſtes in Eulogio ſup. 1. & 2. cap. quod dum fuiſſent olim ab annis triginta duobus in circa poſitę furcę pro ſupplitio delinquentium per Baronem Scalettę in territorio iſto in contrata dili Coturi, inde cum veniſſet ad notitiam Senatus Meſſanę, acceſſit ſuper loco, ad effectum illas tollendi, quas tamen non inuenit, quia de nocte fuerunt ſublatę; ex quibus omnibus cōcludenter datur intelligi, quod Magiſtratus Meſſanę, minime paſſus eſt tale iuriſdictionis exercitium, & ideò cum fuiſſent dictę Furce, (quę vt teſtes prędicti deponunt olim erant erectę in territorio Scalettę in contrata di lo Palazzo, & Santo Vito) denouo poſitę in dicto loco à ſeptennio citra, vt dicti teſtes deponunt ſup. d. 2. cap. licet ex aduerſo conetur pars probare per teſtes, quod dictę Furcę ab antiquo ſemper fuerunt in dicto loco cum deueniſſent talis furcarum erectio, & aſſerti actus iuriſdictionales ad notitiam ipſius Senatus pro tuendis iuribus iſtius Vrbis, & Magiſtratus, illa omnia per Syndicum allegauit contra priuilegia pro vt talia fuiſſe, & eſſe fuit per Regios Delegatos declaratum.

Secundo, dum Meſſana docet ius, & iuſtitiam fouere in proprietate iſtius iuriſdictionis, & territorij, quod obtinet antiquiſſimo titulo priuilegiorum, quibus territorum huic vrbi fuit conſtitutum, & in ipſius poſſeſſione, ſeu quaſi fuiſſe & eſſe, oſtenditur, tum ex actis iuriſdictionalibus, tum etiam ex teſtium depoſitionibus deponentibus de immemorabili, vt patet ex deductis ſupra in p. cap. princ. num. 37. &
132 infra, vtiq; talis poſſeſſio, ſeu quaſi iudicatur antiquiſſima iuxta antiquiſſimum tempus tituli, cuius ratione eam habere pręſumitur iuxta *tex. in l. quedam ibi quaſi per ipſam, ff. de rei vendi. Iacob. de Aren. in l. quoties, C. eod. tit. Bald. in cap. licet cauſam, num. 30. de proba. Cotta. in ſuis memora. in verb. poſſeſſio ciuilis, Menoch. de retinen. remed. 3. num. 736. in Vers. 2.* Qua ratione ex titulo pręambulo quis poſſidere pręſumitur latè *Menoch. lib. 6. praeſ. 67. cum concordan. traditis ſupra, num.*
133 7. Et ideò ſtante antiquiſſima poſſeſſione, ſeu quaſi iſtius Vrbis, & illius Magiſtratus, pręrenſi actus iuriſdictionales ex aduerſo adducti dicuntur clandeſtini, *d. capi. licet cauſam, & ibid. Canon. de probat. Gozad. conſ. 86. num. 7. Paris. conſ. 126. vol. 4. Roland. conſi. 46. num. 40. & conſil. 72. num. 2. volu. 2. & conſi. 9. ſub num. 12. Verſi. nec habet & in conſi. 41. volu. 3.* Et ideo non poſſeſſionem, ſed turbationem poſſeſſionis iſtius vrbis, & Magiſtratus important, *l. quamuis §. ſi conductor, & ibi Alex. ff. de acquir. poſſes. Doct. in l. pomponius, ff. quibus mod. vſufruc. amitt. Afflic. in deciſi. 167. ſub num. 3.* Vnde quatenus ex capite aſſertę poſſeſſionis, ſeu quaſi pręrenderetur reintegratio, repelli debet aduerſarius, Nam ſecundum iuris terminos hoc extremum poſſeſſionis neceſſarium agenti hoc interdicto rei noſtrę non conuenit.

Tertio non eſt locus reintegrationi; eſto quod ex parte Principis deduceretur poſſeſſio, ſeu quaſi (quod tamen omnino negatur) ex eo, quod ex forma priuilegiorum legitimè illa potuit auferri per actum reductionis ad priſtinum, Nam eo ipſo, quod fuit declaratum, quod vſus iuriſdictionis in territorio iſto eſt contra priuilegia huius Vrbis, vtiq; talis vſus, omniaque acta iuriſditionalia, tanquam facta contra priuilegia potuerunt ex priuilegio

Regis

Regis Alphonſi ad priſtinum reduci, &
de facto reuocari, ita enim ſe habet anti-
quiſſima obſeruantia, vigore illius priui-
legij, quod vbi aliquid allegatur tendere
contra priuilegia ſubſequente Iudicum
Regiorum Delegatorum declaratione il-
lud ad priſtinum per Straticotum, & Iudi
ces reducitur, & reuocatur, quæ quidem
facultas reducendi ad priſtinum, non ſo-
lum antiquo vſu eſt recepta, vt patet ex
actis diuerſis in eiſdem terminis relatis ſu-
pra, num. 16. Illaq; eſt confirmata in no-
uiſſimis priuilegijs in Anno 1591. & Phi-
lippi tertij in Anno 1617. & eſt notoria
ſupremo Italiæ Senatui, vbi res ipſa pen-
det, ſed etiam illa eſt iuridica, nam vbi,
præcedit declaratio Regiorum Delegato-
rum, per quam declarantur ille vſus, il-
laq; acta contra priuilegia, ſtante iuris præ
134 ſumptione, quæ militat pro Iudicum ſen-
tentia, *ad tex. in l. heremnius, §. quia ff. de euict.
cap. in præſentia, de renunt, gl. & Doc. in cap.*
135 *quoniam contra, extra de prob.*, redditur illa
quaſi poſſeſſio notoriè iniuſta, & ideo po-
teſt de facto auferri, nec alia citatio requi
ritur, *Abb. in cap. quia clerici, num. 4. de iur.
patron.* vbi ait quod ſi clericus notoriè te-
net Eccleſiam iniuſtè, non eſt neceſſe,
quod Epiſcopus illum citet, ſed de facto
poteſt illum ſpoliare, *Bald. in conſil. 17. col.
fin. vol. 5. Gozad. in conſil. 9. num. 26. Dec. in
conſi, 191. col. 3. Rebuff. in l. quod iuſſit, num. 61.
de re iudic. Marſil. in ſing. 195. Alber. Brun. in
conſi. 22. num. 2. verſi. nec obſtat, Anton. Ga-
br. in tit. decitat. conclus. 1. num. 76. & de reſtit.
ſpoliat. conclus. 1. num. 8. & Menoch. de recuper.
poſſeſ. remed. 8. num. 12. quibus adde Didac. de
Mari in addic. ad deciſi. gram. 10. & 61.*

Quarto non eſt locus reintegrationi ex
eo, quod vna ſemel, quod in proprietate
Meſſana, ius, & iuſtitiam fouet, & ex
prædictis conſtat territorium, de quo que-
ritur eſſe de eius finibus, & pertinentijs,
vtiq; aſſerta poſeſſio, ſeu quaſi iuriſdictio
nis, de qua queritur, (eſto quod abſque
veri præiuditio conuenitet) præſumitur in
iuſta præſumptione fundata in iure com-
muni, & ideo denegatur reſtitutio, quia
136 non vendicat ſibi locum illa regula, quod
ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, quæ
limitatur in caſu, quo ſpoliato repugnat
iuris præſumptio, vt in terminis probat,
*tex. in cap. ad decimas, & ibid. Archid. Franc.
& Gemin. de reſtit. ſpoliat. lib. 6.* vbi agens poſ-
ſeſſorio recuperandi ad quaſi poſſeſſionem
decimandi in aliena Diœceſi, quia contra
eum vrget iuris præſumptio, non reſtitui-
tur, quod tradit, *Bald. in d. §. nihil commu-
ne, vbi Alex. num. 23. in 6. Fallen. Ias. num. 47.
& Franc. Rip. num. 78. Innoc. in cap. conſtitutus
de filijs presbit. Aret. in §. quatrupli, in 2. Fallen.
Inſtit. de act. Capic. in d. deciſi. 77. num. 1. & 2.
Socc. in trat. regul. regul. 379. in 11. Fallen. Abb.
in cap. conſtitutus, col. fin. de elect. & alibi, vt ci
tat, Gabr. in tit. de reſtit. ſpoliat. conclus. 1. num.
122. Couar. lib. 1. variar. reſol. capit. 17. num. 6.
& Menoch. conſil. 1002. num. 34. lib. 11.*
137 Quinto non eſt locus reintegrationi ex
eo, quod in hac facti ſpetie, ſunt deducta
ab vtraq; parte merita concernentia
proprietatem iſtius territorij, & ſuper eis
factæ ſunt, & receptæ probationes, & ideo
ſi quæ forte reintegratio ex aduerſo præ-
tendetur, vtiq; illa ceſſat, ex eo quod debet
cauſa poſſeſſionis ſimul, & ſemel termina-
ri cum proprietate, cuius exceptio, in his
terminis, obſtat agenti interdicto recupe-
randi, *ad tex. in capi. 1. vbi Abb. in 3. not. &
Bero. num. 20. & Canon. omnes, de reſt. ſpoliat.
Doct. in d. §. nihil commune, vbi Alex. num. 31.
in 14. Fallen. & Franc. Rip. nu. 70. in 3. Fallen.
Socc. in d. reg. 379. in 3. & 4. Fallen. Ruin. in
conſi. 127. col. pen. vol. 5. Albert. Brun. in conſil.
19. & in conſil. 21. Paris. in conſil. 1. num. 171.
vol. 1. Capic. in deciſi. 28. num. 1. Afflic. in deciſ.
193. Anton. Gabr. alios citans in d. conclus. 1. de
reſt. ſpoliat. num. 57. & 61.* Tacitè enim pars
conſentit proprietatis iura diffiniri, dum
illius merita deducit, qui tacitus conſen
ſus ſufficit non minus quam ſi eſſet expreſ-
ſus, prout de vtraq; ſpetie conſenſus lo-
quuntur, *Doct. præcitati, Dec. conſil. 84. col.
pen. verſ. 3. Rip. in d. §. nihil commune, num. 72.
Menoch. de recuper. remed. 1. num. 163. & infra,
& in conſi. 2. num. 191. Alciat. in conſi. 408. nu.
7. Crot. in l. vnic. limit. 2. num. 4. C. ſi de momen.
poſſeſ. Natt. in conſi. 288. num. 5. & conſi. 289.
num. 11. ornatè Petr. Surd. in d. conſil. 166. ſub
num. 10. & in conſi. 189. num. 22. vol. 2.*
138 Sexto non vendicat ſibi locum reinte-
gratio ex eo, quod ab aſſerta, & prætenſa
poſſeſſione ſeu quaſi eſto abſq; tamen veri
præiuditio, quod poſſidiſſet, cecidit ad-
uerſarius authoritate iudicum Regiorum
Delegatorum, ad quos ex forma priuile-
giorum ſpectat declarare contra priuile-
gia, & omnia ſi quæ ſunt alia reuocare,
& ad priſtinum reducere; quo caſu ceſſat
reintegratio, *Bart. in l. meminerint, num. 8. &
ibid. Alberic. Salic. & alij, C. vnde vi, Calcan.
in conſi. 120. col. 2. Abb. in cap. conquerente, nu.
6. de reſt. ſpoliat. Socc. Iun. conſi. 18. col. 4. vol. 2.*

Digitized by Google

Boer.deciſi.238.Grauett.conſ.5.num.8.& conſ.
18.& conſi.124.& conſil.302.num.3.Rip.in
d.§.nihil commune, num.60.& in cap.ſæpe,nu.
86.de reſtit.ſpoliat. Ioan.de Plat. in l.ſi coloni,
num.3.& ibid.Luc.de pen.quæſt.23.C.de agris.
& cenſit.lib.11.Dec.conſi.19. num.9.& conſil.
449.num.16.Felin.in capit.dilectus filius, num.
1.de reſcript.Ias.in l.iuſtè poſſidet, num.3.ff.de
acquir.poſſeſ.Ruin.conſil.49.num.11. volu.4.
Anton.Gabr. alios citans in d. conclus. 1. num.
123.de reſt.ſpoliat.plures congerit, Menoch.re-
cuper.poſſeſ.remed.8. nu.3.qui teſtatur de com-
muni, & in conſi.696.num.30.& tradit,Surd.
in conſi.268.num.2.& nouiſſime Didac.de Mari
in ſuis comm. opin. lit.S.in verbo ſpoliatus, Et
ideo quod dictum eſt ſupra, ſub num.127.
locum ſibi vendicat in ſpoliato à Iudice
de facto non rite procedente, prout loquun
tur *Doct.ibid.citati, & tradunt alij, quos citat,*
Gabr.in d.1.conclus. num.124.Menoch.in d.re-
med.8.num.8.Lancill.de attent.in pr.par.cap.2.
num.5.Surd.in conſi.168.num.3.& 26.& in
*conſi.189.num.30.*Sed verum eſt, quod mo-
dus iſte procedendi in declaratione eorum,
qui allegantur contra priuilegia, & redu-
cendi ad priſtinum, eſt legitimus, tum ex
forma priuilegiorum, tum etiam iuris
communis, vt latè viua voce in Anno
1609. propoſui in ſupremo Italiæ Sena-
tu, & poſtea deduxi in eo iuris reſponſo
edito ſuper hoc articulo, vnde nulli du-
bium eſt ex prædictis reintegrationi non
eſſe locum.

139 Septimo ceſſat reintegratio, ob defe-
ctum tituli, quem debet iuſtificare agens
interdicto poſſeſſorio pro iuriſditione, quæ
ſine titulo poſideri non poteſt., *Alciat.d.*
conſi.408.Surd.in d.conſi.166.num.32.Ioann.
Fab.in §. retinendæ num.33. Inſtit. de interdic.
Qui interminis loquitur de ſpoliato iuriſ-
dictione intra fines alterius, qui tenetur
probare illius poſſeſſionis titulum, cuius
dictum probat, *Menoch.de retin.poſſeſ.remed.*
3.num.590.Ancharan.in conſi.310.num.3.verſ.
his præmiſſis, Verall.in deciſi.304.in 3. par.qui
*refert.*Rot. iudicaſſe quaſi poſſeſſionem iu-
riſditionis, nihil operari ſine titulo, quo
iuriſdictionis poſſeſſio, ſeu quaſi iuſtifica-
tur, *Boſſ.in tit.de Princip.num.234.*Qua ratio
ne iuditium poſſeſſorium iuriſdictionis,
habet, ad mixtum petitorium, *Grauett.conſi.*
674.nu.5.& ſeq.vol.4.Decia.cõſ.45.n.7.& ſeq.
vol.1.ad tradita per Menoc.de recuper.remed.15.
*n.469.& in cõſ.100 2.nu.25.cũ duob.ſeq.*vnde
eſto, qđ regulariter defectus iuris in agente,
nõ impedit reſtitutionẽ in profanis, de qua

re, Surd.in d.conſi.166. num.30. verſ.nec mo-
uet, Fallit tamen in iuriſdictionalibus, quæ
ſine titulo non poſſunt poſſideri, ad inſtar
beneficialium, ad latè tradita, *d. Menoch.*
in d.remed.15.num.458. Et fortius hoc ven-
140 dicat ſibi locum in facto iſto, in quo non
ſolum obſtat aduerſario defectus tituli,
ſed etiam vrget proprietas ipſius vrbis,
quo caſu ſpoliatus non reſtituitur, *Imol.*
ſic diſtinguens, in d.§.nihil commune,col.2.verſ.
4.cas.Anton.de Butr.Abb.& Imol.in cap.in li-
teris de reſtit.ſpoliat.Socc.in conſi.87.num.23.
volu.2.Prepos.in capi.quo iure, num.15.8.di-
ſtinc.quos citat,Gabr.in d.1.concl.nu.116.verſ.
& propterea Couar.Natt.Lancillo.poſt Alciat.
& Ferret.quos citat Surd.in d.conſi.166.nu.31.

Octauo, & vltimo non eſt locus reinte-
grationi ex eo, quod præſens controuerſia
pendet in ſupremo ſuæ Catholicæ Maieſta-
tis Auditorio Quod Principem ipſum re-
141 præſentat, *glos.in l.non ambigitur, & ibi Bart.*
ff.de legi.Ias.& Franc.Rip.in l.quominus in 2.
& 3.not.ff.de flumi.Granet.in conſi.144.in fin.
& in cons.168.in fin.idem Granet.in cons.198.
Afflic.loquens.de Sacr.Conc.in deciſi.120.in
fin.Dec.conſi.200.in fin.Natta. conſil.341.nu.
7.Roland.conſil.70.num.17.cum duob.ſequen.
volu.1.Becc.in conſil.47.num.15.& in conſil.
52.num.89.& Surd.in d.conſil. 166. num.7.
142 Et ideo iudicat ſicut Princeps, qui cauſam
cognoſcit, tanquam Deus, ſola facti veri
tate inſpecta, & ſecundum conſcientiam,
Bald.in l.ſi minor in princ.C.de iur.deliberan.Bart.in
l.emilius circa fin.ff.de minor.& in l.1.in fin.
C.vt quæ deſunt aduoc.Angel.& Ias.in §.ſi mi-
nus, Inſtit.de act.idem, Ias.in §.ſed iſte, num.
135.eod.tit.Guid.Pap.in decis.29.Alciat.in ca.
1.num.89.de offic.ordin.Dec.in d.conſi.200.Ro-
land.in conſil.14.num.15.& in d. conſi.70.nu.
20.& infra volum.1.& Couar.var.reſol.lib.1.
cap.1.num.7.Didac.de Mari in addic.ad deciſ.
*gram.17.col.1.*Vnde in terminandis contro-
uerſijs Princeps non incedit per ſubtilita-
tes, & ambages iuris, ſed rei veritatem
amplectitur, *Bald.in capi.1.§.1.num.3.de*
non.form.fidelit.conſi.Ticinen.in 1.reſpons.cauſ.
Finarin.num.12.Menoch.in 2.reſpon.in eadem
cauſa in 2.artic.num.6.& Surd.in d.conſi.166.
143 *num.7.*Qua de re in ſupremo Senatu Prin-
cipis merita poſſeſſorij debent ſimul, & ſe-
mel terminari cum proprietate, nec locum
ſibi vendicat regula de ſpoliato, ſed cauſa
proprietatis cognoſcitur, & diffinitur, *Dec.*
in cons.449.nu.2.Rub.in cons.4.nu.12.Granet.
in cons.199.ſub num.8.verſi. quarto reſpondeo,
Ias.in conſi.162.in princ. vol.4.Alciat. reſpon.

256.

256.*num.*17. qui voluit merita dominij diffinienda eſſe, quando cauſa tractatur coram Cæſare, *Menoch. in d.* 2. *reſpon. cauſ. Finerien.in d.artic.* 2. *num.* 3 2. *& in* 3. *artic.num.* 6. *& in conſi.* 2. *num.* 184. *& Surd.in d. conſil.*
144 166. *num.* 8. Iudicat enim Conciſtorium Principis, vt dictum eſt ſola facti veritate inſpecta, vnde debet vtrumq; iuditium terminari, nec ſpoliatus ante omnia reſtituitur, *Claudi.de Seyſel.in l.* 1. *num.* 6. *ff. de vulga.& pupill. ſubſtit. Oſaſc. in deciſi.* 1. *num.* 27. *& ſequ. Purpur.in l.edita num.* 240. *C.de eden. Burſat.in conſi.* 27. *nu.* 1. *&* 13. *Ioſeph. Ludou.in deris.perus.* 17. *num.* 22. *Gerard.Mazzol. in conſi.* 89. *num.* 97. *accedit Menoch. qui ratione comprobat.in conſi.* 180. *num.* 7. *&* 74. *volu.* 2. Itaq; cum ex prædictis apertiſſime liquet de iuribus Vrbis Meſſanæ Magiſtratus, & Officialium in meritis proprietatis huius territorij, vtiq; nulla habita ratione aſſertæ, & prætenſæ quaſi poſſeſſionis, (licet, in facto non concurrat, vt dictum eſt) debet aduerſarius repelli à prætenſa reintegratione, & ſtantibus deductis ex parte Syndici, qui ius, & iuſtitiam fouet in meritis principalibus, debet per Supremum Italiæ Senatum, Iure quidem optimo, confirmari declaratoria facta per Iudices Straticotiales Regios Delegatos, cum omnibus inde ſequutis, quod ſare tutius eſt, potius quam nouo iudicio illud conſequi, vt circuitus, & litium euitetur infinitas, *cap. Abbate ſanè in fin.de re iudic.lib.* 6. *Roman. in conſi.* 158. *incipienti circa articulum, num.* 3. *verſ.* 2. *Caualc.in deciſi.* 28. *ſub num.* 48. *de contract. Didac.de Mari in addic. ad deciſi. gramat.* 77. *col.* 4. *& in allegat.* 8. *num.* 11. Et ità ex prædictis de iure eſſe ſentio, & ſi quid deficit, ſuppleat Illins Supremi Ordiris ſumma authoritas, Doctrina, atq; Religio, cui ex more, omnia mea ſub mitto Meſſanæ die Tertio Maij 1621.

Ita iuris eſſe ſentio

Octauius Gloritius Iuriſconſultus & comes.

Digitized by Google

RESPONSVM VNDECIMVM

FACTI SPECIES.

VAcante officio Aſſeſſoris Regię Secretię huius nobilis Vrbis Meſſanæ fuit à ſua Cath. Maieſtate illud officium collatum Don Antonio La via Ciui Panormitano per literas Regias datas die 25. Octobris 1619. quæ fuerunt eſequutæ in Regno per Exccellentiam domini Proregis in die 31. Auguſti 1620. quarum literarum vigore Don Antonius cæpit poſſeſſionem, d. officij in die 3. Septembris eiuſdem anni. Sed de præmiſſis habita noticia, Syndicus Meſſanæ, pretendens ex forma priuilegiorum non potuiſſe illud officium conferri præfato Don Antonio extero d. Vrbis, præmiſſas literas cum eſecutione, & omnibus inde ſequutis, & forte ſequendis allegauit tendere contra Regia Priuilegia Meſſanæ, & confecto Eulogio, vt moris eſt, fuit tranſmiſſum ad Iudices Regiæ Curiæ Straticotialis Regios Delegatos pro declaratione facienda, ideo pro iuſtificanda intentione Syndici quæritur quid Iuris.

SVMMARIVM.

1 *Officiales de iure communi debent eſſe exteri.*
Aſſeſſor debet eſſe exterus, & non Ciuis, ibid.
2 *Ciues ſunt ſuſpecti exercere Magiſtratum in patria etiam ſi fuerit ciuis per domicilium*
3 *Suſpecto coram Iudice litigare, durum eſt, & periculoſum*
4 *Recuſari poſſunt omnes iudices ſuperiorem recognoſcentes*
5 *Cardinales, & legati poſſunt recuſari*
6 *Prorex poteſt ex capite ſuſpicionis recuſari*
Et an ſuſpecto Prorege, fiunt ſuſpecti omnes officiales, ibid.
7 *Aſſeſſor, an dicatur propriè officialis*
8 *Priuilegium ſtrictè interpratatur, vide num. 36. & 37.*
Statutum loquens de officialibus, an comprehendat officiales largo modo ſumptos, ibid. vide num. 38. & 39.
9 *Officiales largè ſumpti, an continentur ſub ſtatuto prohibente officiales mercaturam exercere,*
10 *Statutum quod de delictis officialium non poſſit cognoſcere, niſi magna Curia, an comprehendat Actuarios, vide num. 39.*
Officialium de delictis in Regno ſola Magna Curia cognoſcit, ibid.
11 *Officiales largè ſumpti an contineantur ſub diſpoſitione loquente de officialibus, quod debeant eſſe annales, vide num. 39.*
12 *Officiales omnes pro quacumque iuriſdictione, vel exercitio ſtatuendi in Vrbe Meſſanæ debent eſſe ciues, non infeſti, neque moleſti Populo.*
13 *Ciues poſſunt eſſe officiales in patria ex conſuetudine immemorabili*
14 *Conſuetudo immemorabilis, obtinet vim Priuilegij,*
15 *Priuilegio quæſibilia, poſſunt acquiri ex preſcripta conſuetudine immemorabili, at ſecus in his, quæ priuilegio non poſſunt obtineri.*

16 Ciuis

16 *Ciuis in patria ſua poteſt eſſe officialis, ex diſpenſatione Principis,*

17 *Priuilegium, per quod officiales debent eſſe ciues, valet, & eſt rationabile, & num ſequ.*

18 *Iudicare oportet ſecundum conſuetudinem loci,*

19 *Officia aliquando de iure communi ſunt conferenda ciuibus*

20 *Officiales propriè ſunt, qui habent iuriſdictionem,*

21 *Verbum omnes, eſt vniuerſale, nec recipit reſtrictionem, & habet vim expreſſionis ſpecialis,*

22 *legatum licet ſit ſtricti iuris, ſi tamen ſit verbo vniuerſali, comprehendit ea, quæ ſine ſpeciali mentione non veniunt*

23 *Donatio, licet ſit ſtricti iuris, ſi tamen ſit cum ſigno vniuerſali, continet etiam feudalia,*

24 *Legitimandi infantem facultas, an veniat ſub priuilegio verbis vniuerſalibus conceſſo,*

25 *Actuarius, non eſt propriè officialis, nec poteſt eſſe Ciuis.*

26 *Dictio quæcumque, eſt vniuerſalis,*

27 *Alternatiuæ vna pars declaratur per aliam*

28 *Geminata verba vniuerſalia, comprehendunt omnia, etiam incogitata*

29 *Priuilegium declaratur ab obſeruantia ſubſequuta,*

Officij Magiſtri Notarij Curiæ Straticotialis Meſſanæ Collatio facta extero a S. C. M. contra Priuilegia d. Vrbis non habuit effectum, ibid.

30 *Officia abſq; Iuriſdictione vendi poſſunt*

31 *Priuilegium vbi extat ſilet ius commune, cui priuilegium derogat,*

Generi per ſpeciem derogatur, & ſpecici per indiuiduum, ibid.

Iuris, communis diſpoſitio, non comprehendit, perſonas priuilegiatas, ibid.

32 *Priuilegium ſeruari debet quo ad priuilegiatos, ſicut ius commune quoad omnes*

33 *Iudex Delegatus à Principe ex certa ſcientia, & motu proprio, poteſt recuſari, vt ſuſpectus,*

34 *Priuilegium, quod talis iudex, & quod non poſſit recuſari, an valeat,*

Quid in pacto, ibid.

Princeps, an de plenitudine poteſtatis poſſit delegare cauſam cum clauſula, remota recuſatione, ibid. & num ſeq.

35 *Poteſtatis plenitudo nihil operatur circa iniquum,*

Princeps appellatur Tyrannus vtens poteſtatis plenitudine circa iniquum, ibid.

36 *Priuilegium latè interpretatur in tangentibus iura concedentis*

37 *Priuilegium interpretatur ſtrictè quatenus verborum proprietas patitur,*

38 *Indultus Decretum excipiens ab indultu officiales delinquentes, non comprehendit in exceptione officiales large ſumptos,*

39 *Statutum quod quis non poſſit obtinere duo officia, an comprehendat officium largo modo ſumptum.*

ARGVMENTVM

De iure communi, an poſſint ciues eſſe officiales in patria, & qui propriè, & ſtrictè dicuntur officiales & qui continentur ſub diſpoſitione loquente de officialibus, & an valeat priuilegium, vel conſuetudo, quod officiales debeant eſſe Ciues, & an hoc ſit rationabile; & qui ſunt Iudices, qui poſſunt vt ſuſpecti recuſari; & numquid valeat Priuilegium, vel Delegatio Principis, cum clauſula, recuſatione remota.

Diuino implorato præſidio, in facto, de quo queritur cõſultatio, videtur prima fronte, quod Syndicus ius, & iuſticiam non foueat, ex tribus, quę refragari videntur.

Primo videtur quod Don Antonius habet intentionem ſuam fundatam in iure communi, quo attento, officiales debent
1 eſſe exteri, quia nemini licet in patria, officium, ſeu magiſtratum exercere, *ad tex. in l. 3. & ibi glos. & Docto. ff. de offi. aſſeſ. l. hi qui, cũ l. ſeq. ff. ex quib. cau. maio. l. in conſiliariis, C. de accus. l. fin. C. de crimi. Sacrileg. & l. nullus, & ibid. Ioan. de Plat. & alii, C. de diuer. offi. & appar. lib.* 12. inquibus iuribus ſtatuitur aliquem non poſſe abſque ſacrilegij crimine in propria prouincia adminiſtrationem aſſumere, quod etiam de propria patria intelligi, quæ ad inſtar prouinciæ eſt redacta, tradit *Sali. poſt. Iacob. Butric. in d. l. fin. C. de crim. Sacri. ex nota. in l. fin. C. de preſcrip. long. temp.* Vnde de iure prohibitum eſſe aliquẽ in patria officium exercere, inquit *Mar. Mut. in Conſuet. Panor. cap. 68. num. 8.* quia officialis *debet eſſe exterus, Bar. in l. quod ſeruius, num. 2. ff. de condi. cau. dat. Alber. Brun. in conſi. 52. Vince. de Franch. in decis. 98. Gugli. de bened. in cap. Rainuncius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num. 1050. & infr. extra de teſta.*

Tetr.de Grego.Tholos.lib.47.Synta.Iur.cap.10.
num.13. Bouadi.lib.1.poli.capit.12.nume.23.
Anto.Sola ſuper Conſuetud.Subaud.tit.de Caſtell.
§.praeterea, num.1.Aucndan.de exeque.manda.
reg.cap.3.Maſtril.de magiſtr.lib.2.cap.7.Afflic.
in conſti.Magiſtri Camerarij num.9.Anto.The-
ſau.in decis.268.num.1. Rouit. ſuper prag. 1.
Regn. Neapoli.incip. Decet, ſub tit. de offici.
Amendo.in addi.ad Vince.de Franch.in d.decis.
98. num.1.& 2.& Ioan.ſegur. in direct. Iudi.
cap.9.num.4.in 1.part. Et in terminis iſtis de
Aſſeſſore, qui debet eſſe exterus, & non ci-
uis patrie, in qua aſſidet *Purpu.& Bologne.*
in l.1.ff.de offi.aſſeſ. Deci. in l.ſi eadem, nume.
5.ff.eod. tit. & Menoch. de arbi. Iudi.cas.253.
num.9.

2 Secundo videtur contra Syndicum,
quod in perſonam Don Antonij exteri
huius Vrbis, ceſſat ſuſpicio, quæ vrget con
tra Ciues exercentes magiſtratum in pa-
tria, cui veriſimiliter non deſunt amici,&
inimici, quibus vel nimia parceret indul-
gentia, vel in eos ex odio agrius ſeruiret,
& contra iuſtitiam læderet, propter quod
ciues magiſtratum in patria habere de iure
prohibentur, *ad not.in d.l.hi qui, in verb.*
Conſtitutionibus, ff.ex quib.cau. maio.& in d.
l.fin.in glos.1.C.de Sacrileg.Afflict.in d. Conſti.
Magiſtri Camerarij, Alciat de præſumpt. reg.1.
præſump.37.num.4.Pet.de Grego. Tholoſ. in d.
cap.10.Gugli.de bened.in d.cap. Rainuntius, vbi
ſup.ſegur.in d.cap.9.num.5.& 6. Purpu.in d.
rub.da offi. aſſeſſ.num.11. Caſſia.in Catha. glor.
mund. in.11.par. conſi. 22. quod pro ratio-
ne legitur in iure *parti.leg.11.tit.18.num.1.*
vt refert.Segur.in d.capit.9.num.11. Azeu.lib.
3.recopil.tit.6.leg.4.num.4.Maſtrill.in d.capi.7.
num.22. Illamque militare etiam in ciue
ratione domicilij tradiderũt *Alber.& Dec.*
in d.l.ſi eadem, ff.de offi. aſſeß. ad tex. in l.nul-
lus apparitor, ibi, Vel in qua collocauerit latem,
C.de diuer.offi.lib.12.Sentit.Brun.in d.conſi. 52.
Rouit.in d.prag.1.& Amend.in addi.ad Franch.
in d.decis.98.in prin,

3 Quæ ſanè ratio eſt legibus approbata,
ex eo quod periculoſum, & nimis du-
rum eſt a viris ſuſpectis iudicari, *ad tex.*
in l.apertiſſimi, C.de indi. capitul. quia
ſuſpecti,3.quæſt.5.cap.ſecundo requiris,§. tertio
poſtulas, extra.de appell.capit.cum inter, de
except.glos.in l.prætor, in verb. cum iuſtam, in
fin.ff.de iuris.omn.Iudi.Canal.de Brach.reg.in
3.par.num.311.Couar.practi.99.cap.26.Tira-
raquel.de penis temper.cas.55.num.88.Crau.in
conſi.132.num.25.Vanti.in tract.de nullit.in
tit.quo.quo nulli.num.6.Aldou.in conſi.20.nu.
45.Amat.in decis.14.num.15.Ambros.in decis.
50.nu.54.cum ſeque.& Magon.in deciſi.florent.
4 *63.num.8.* Et ideo omnes iudices, ſiue or-
dinarij ſint, ſiue Delegati, qui ſuperiorem
recognoſcunt, poſſunt tanquam ſuſpecti
recuſari, *ad tex.in d.capi.ſecundo requiris, &*
in cap.cum Speciali, de appellat.& in cap.index
ab Apoſtolica, de offic. deleg. in 6. Gratia.
diſcept.forent.in cap.100.in princ. etiam ſi Car
5 dinales, & legati a latere fuerint, *Abb.&*
alij Cano.in cap.nouit, de appell.Hoſti.Ante.de
But.& Docto.in cap.ad petitionem, de accuſat.
Cano.poſt Abb.in capi.de iudic. Feli.in d.capit.
cum inter, de except. Andr.Barb.in trac.de præſt
Cardinal.in 2.part.in 3.quæſt.princip.in princi.
Paris,in cons.31.num.98.vol.1.Roland.in conſ.
19.num.17.Vol.3. Cavalca.in d.trac. de Brach.
6 *reg.in d.3.par.num.315.* Vnde etiam Prorex,
qui legato à latere æquiparatur, vt ſentit
Reg.Apont.in trac.de potes.proreg.in tit.de aſſe.
reg.§.6. num.2. poteſt tanquam ſuſpectus
recuſari, *Port.Imol.in conſi.91.num.14.volu.*
3. Qui voluit, quod tunc redduntur, ſuſpecti
oẽs officiales regni qui proregi ſubijciuntur
Lancel.de attent.poſt recus.in 2.par.cap.6.nu.36.
cum ſeq.Canal.in loco preci.num.315, de qua-
re optimè Mar Giurb.in decis.27.num.8.

7 Tertio, & vltimo Syndico refragari vi-
detur, Nam licet ipſe ſe fundet in priuile
gio Vrbis Meſſanæ, cuius vigore officiales
ibidem debent eſſe Ciues, tamen Don An
tonius, qui obtinuit a S.C.maiẽs aſſeſoratũ
Secreciæ dæ vrbis non dicũtur officialis, rã
Aſſeſſoris munus in nudo cõſulendi miniſte
rio cõſiſtit abſq; iuriſdictione, vnde aſſeſſor
propriè non dicitur officialis, *Angel.Dec.&*
alij in d.l.1. ff.de off. aſſeßo. Alex. in l.1. ſub
num. 1.ff.de iuris. omu. iudi.& Dec. in conſi.8.
Quod eſt generale in omnibus non haben-
tibus iuriſdictionem, qui largo modo di-
cuntur habere officium, *Vince.de Franch.in*
decis.407. ſub num.5. quod poſt Andr.& Caſ-
ſian.atteſtatur Maſtril.lib.1.in trac. de Magi-
8 *ſtr.cap.20.num.25.& in cap.23.num.78.* Qua
de re illud priuilegium quod officiales
debent eſſe ciues, quo in facto lætatur Syn
dicus, non comprehendit aſſeſſorem, quia
intelligitur de officialibus propriè, & Stri-
ctè ſumptis, non de his, qui largo modo
dicuntur officiales, quia priuilegium ſtri-
ctè interpretatur, *cap.ſane, vbi Abb.& Do-*
cto.extra, de priuil. glos. fin. in capi.porrò, eod.
tit. Abb.in cap.querelam, de elect. Anto.de But.
& Abb.in cap.olim, de Verb.ſigni.Dec.in conſil.
32.num.1.& in conſi.517.num.17.Paris.in
conſi.6.num.13.volu.2.& D. Reg.Carol.Tapp.

Digitized by Google

alios citans in rub. ff. de conſtit. princi. capit. 6. in princ. quod in terminis ſtatuti loquentis de
officialibus, tradunt *Ducto. in rub. ff. de offic. ciu. Pet. de Ancha. in rub. de offic. deleg. Bonacos. in qq. crim. in verb. officium, & D. Maſtril. in trac. de Indul. cap. 40. num. 6. & in d. trac. de ma*
9 *gis. lib. 1. cap. 20. num. 26.* Qua ratione ſub
ſtatuto prohibente officiales mercaturam
exercere, non continentur officiales largè
& impropriè ſumpti, & qui nullam habent
iuriſdictionem, *Bar. in l. aufertur, §. quod à præſide, ff. de iur. fis. Bal. in l. quisquis, C. ſi cert. pet. idem Bal. in conſi. 194. Vol. 2. Luc. de pen. in l. 2. C. de de lucr. aduocat. lib. 11. Paris. de put. in trac. de Syndic. in verb. contrahere, ſub num. 8. fol. mihi 98. Gugliel. de benedi. in cap. Rainuncius, in pr. par. in verb. duos habens, filios. num. 47. de teſtam. Roma. Ias. Dec. & alij in l. principalibus, ff. de reb. credi,* Quorum actoritate ita con-
ſuluit pro generali Theſaurario Regni Nea
politani *Lanar. in conſi. 43. ſub nu. 15. & infr. verſi. circa quartum, & pro eodem Reg. Apont. in conſi. 49. num. 54. quos refert, & ſequitur Maſtrill. in d. trac. de Indul. ſub d. capit. 40. in loco præci.* Sed circa hoc ſtandum eſt *reg. prag. illius Regni, quæ eſt 12. ſub tit. de official. & qua*
10 *bis prohib.* Pariterq; ſub ſtatuto, quod de
officialium delictus non poſſit cognoſcere,
niſi magna Curia, prout eſt prouiſum in
Regno per conſti. Magiſter Iuſticiarius, vbi
Afflic. num. 1. & per Rit. Neapo. 49. Frecc. de ſubfeud. lib. 1. in tit. de offic. magis. iuſti. num. 40. Capic. in decis. 27. num. 11. Camil. Borrel. in conſ. 23. num. 65. in pr. centur. & in trac. de præſt. reg. Catho. cap. 62. num. 61. vtique non conti-
nentur Actuarij, ſeu Magiſtri actorum,
Troſp. Cara. in d. Rit. 49. Folle. in prax. in verb. Audiantur ex cuſatores, num. 138. Vincen. de Franch. in d. decis. 407. Apont. licet remiſſiuè, in trac. de poteſt proreg. tit. 3. de elect. offic. in prin. num. 3. & Capiblan. in trac. de auct. Baron. prag.
11 *5. num. 39.* Sicut nec ſub diſpoſitione, quod
officiales debent eſſe annales, continentur
hi qui largo modo, & impropriè dicuntur
habere officium abſq; iuriſdictione, *Capiblan. in d. prag. 5. num. 84. Maſtrill. de magiſtr. lib. 1. cap 23. num. 78. Natt. in conſi. 58. nu. 4. & Steph. Grati. diſcept. fore. lib. 1. cap. 184. num. 34*

Sed his non obſtantibus verius eſt op-
12 poſitum, & fundamentum principale re-
ſultat ex Priuilegio Rogerij Regis in Eu-
logio deducto, qui ob notabilia præſtita
ſeruitia, quæ in eodem priuilegio Rex enun
ciat inter alia concedit Meſſanæ, quod om
nes officiales ſtatuendi à Regia ſerenitate,
ſiue ad vitam, ad tempus, ſiue ad bene-
placitum, pro quacunque iuriſdictione,
vel exercitio, ſint Ciues eiuſdem, non ſu-
ſpecti, nec in feſti populo, ant moleſti Cir
ca cuius priuilegij tenorem, duo conſide-
ramus pro iuſtificanda intentione Syndici.
Primum quod illud priuilegium, in quo
conceditur quod officiales debeant eſſe ci-
ues, eſt validum, Secundum, quod illud
comprehendit caſum, de quo hodie quæ-
ritur quo ad primum, quod huius modi
priuilegium ſit validum, & legitimum
13 ſuadetur efficaciter ex tribus. Primo ex
eo, quod conſuetudine, immemorabili
tempore præſcripta, induci poteſt, vt
officiales debeant eſſe ciues, *ad tex. in l. vt gradatim, §. & ſi lege, ff. de muneri. & hono. Dec. in l. ſi eadem, in fin. de offi. aſſeſ. Capol. in trac. de Imper. mili. eligend. in verſic. propter nationem, in fin. Pet. de Grego. Thol. lib. 7. Synta. Iur. cap. 10. Anto. Sola ſuper conſuetud. Pedam. in Rub. de Caſtell. glos. 2. nu. 1. in fin. & glos. 3. in prin. Theſau. qui teſtatur de conſuetudine Thaurinorum in deciſi. 268. num. 2. Caſſian. in catbal. glos. mund. in 11. par. conſi. 22. in Verſic. Verum tamen, qui poſt Patritium de inſtit. reipubl. lib. 3. tit. 2.* Teſtatur de conſuetudine
Reipublicæ Venetorum, in qua peregrinis
nullus eſt locus, *Fran. Rip. in trac. de remed. ad conſer. vbertat. capit. 5. num. 155. Maſtril. de Magiſtr. lib. 2. cap. 7. nu. 55. & infr.* Qui ait ta-
lem conſuetudinem eſſe validam, poſt
Bertrand. in conſi. 1. verſi. Ad Septimum, num. 19. volu. 3. & Mari. Mut. in Conſuetud. Panor.
teſtantem de conſuetudine Panormitana;
vbi Magiſtratus maiores, & minores con-
feruntur ciuibus, & de alijs locorum con-
ſuetudinibus idem *Maſtril. vbi ſup. num. 58. qui poſt Nepit. ſuper conſuetud. Catin.* inquit
hanc conſuetudinem extare in ciuitatibus
14 regni Siciliæ. Quod ex eo ſuſtinetur, quia
talis conſuetudo obtinet vim priuilegij,
ad tex. in l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quoti. extiu. cap. 1. Vbi glos. in verb. non extat, & ibid. Arcbi. & Gemi. de preſcrip. in 6. capi. ſuper quibusdam, §. preterea, de verb. ſignif. Alex. in conſi. 6. col. 2. in prin. vol. 1. & in conſi. 35. vol. 2. & in conſi. 78. num. 3. & 11. vol. 6. Dec. in conſi. 85. col. 2. & in conſi. 152. & 586. num. 2. Roland. conſi. 66. num. 4. vol. 2. & in conſi. 59. num. 17. vol. 4. Balb. in trac. de preſcrip. in 2. par. 5. part. princi. queſti. 6. nu. 6. Cepha. in conſi. 468. num. 61. cum ſeque. Cacbe. in conſi. 66. num. 38. Menoch. in conſil. 1. num. 439. & in conſil. 90. num. 65. cum ſeque. idem Menoch. in conſil. 192. nume. 13. & in conſil. 748. numer. 41. Decian. in trac. crimi. lib. 4. capit. 9. ſub num. 14.

Digitized by Google

in primo tom. & Paul.Emil.in trac. de exceptio in pr.par. excep.prima, num.30.tit.1.Vnde ex hoc datur intelligi hoc eſſe de his, quæ poſſunt acquiri priuilegio vna ſemel quod acquiri poteſt conſuetudine immemorabili tempore, præſcripta qua ſanè conſuetudine ea acquiruntur, quæ ſunt acquiſibilia priuilegio, Abb.in cap.cum contingat ſub num.2.vbi hoc ſub eodem.num.Feli.declarat,& ibid. Dec.& alij, extra de for.compet. Bald.in repet.l.1.nu.10.C.de emend.liber.Alba.in conſi. 64.num.48.cum alijs citatis à Pereg. in trac.de Iure fiſ.lib.1.tit.2.ſub num.61.& Rodol.in trac. de abſo.princ.poteſt.cap.2.num.13.Vnde hæc duo à pari procedunt, & pari paſſu iudicantur, quod poſt Oldrad.in conſi.172.teſtatur D. Maſtrillus in trac.de Magiſtr. lib.1.capit.16. num.27.glos.in cap.nouit de Iudi.Ias.in l.admonendi num.102. in 2.lectu.ff.de Iure Iur.Panci. cons.103.num.18.qua ratione e contra,quæ priuilegio non poſſunt obtineri,nec poſſunt præſcribi, cap.duo ſimul, de offi. ordin.d.capi. cum contingat,extra de for.compe.Oldra.in d. conſi.172.Abb.& Cano.in capi.accedentes, extra de preſcri.ad tradita per Bar.in l.licitatio.§. earum, ff.de publi. Ruin.in conſil. 217.num.8. volu.1.& Menoch.in conſi.887.num.35.cum ſequen.

16 Secundo magis indiuidualiter iuſtificatur priuilegiũ prędictũ ab illis iuribus ĩ quibus probatur,quod ciuis habilitatur ad officia, ſi ita princeps voluit, ad tex.in l.ſi cui. ff.exquib.cau. maio.& d.l.fin.C. de crim. Sacril. Par.de put.in trac. de Syndi. in verb. Aſſeſſor, nu.16.Affli.in d.conſt.Magiſtri Camerarij,nu.9. Dec.in d.l.ſi eadem, num.7.verſi.Secundo limitatur, ff.de offi.aſſeſſ.ſegur.in direct. Iudi.in pr.
17 par.capit.9.num. 14. Et ideo eo ipſo quod princeps concedit tale priuilegium, ita velle dicitur, vnde priuilegium valet, illudq; ſeruandum eſt, Ioan. Bologn. in d.l.1. num.8. vers.ſecundo fallit,ff. de offic.aſſeſſo.qui ait, quod ſuper hoc expreſſa priuilegia à principe obtinentur, D. Maſtril.de magis,lib. 2.in d.cap.7.ſub num.68.& ibid.ſub num.27. refert Capitola huius regni quorum vigore ex priuilegio officia in Regno, (Paucis exceptis) non poſſunt exteris conferri, & de Regno Neapo.Reg.Tapp.in conſli. Reg.Occupatis, num.5.ſol.108.Ceſar.Imbria.de iudi.regn.par.poſt num.io & ſlami. Amend. in addi.ad Franch.in decis.409.num.2.& 479. num.3.

Tertio, & vltimo iuſtificatur priuilegium a rationabilitate, que vrget, vt ci-
18 uibus, & non exteris officia conferantur, nam ſi oportet iudicare ſecundum regionis conſuetudines, l.2.C.quemad.teſtam.aperiun.l.ſi fundus, & ibi Bar.ff.de euictio.& Inſtit.de offic. iudi. in princi. vtique rationabile eſt, vt non exteri, ſed ciues aſſumantur ad officia, qui mores, & locorum conſuetudines ſcire præſumuntur, cap.quoſdam, & cap.quanto, ext. de præſump. quod pro ratione ponitur in Conſue.Panor.in cap.6.& in cap.68.& ibid. Mut.num.8.Ioannes Segur. in directo, iudi.in prima par.in d.cap.9.in princ. latè Maſtril.in trac.de magis.lib.2.in d.capi.7. nu.39.& infr.Nempe exteri, qui iura municipalia, & conſuetudines ignorant faciliter negligunt, & ſubditos grauant, Sebaſtia.de Neapol.in cap.Regni Neapol.incip. Salubrem ſtatum, num.7.Vincent.de Franch.in decis.479.ſub num.2. Qua ratione ciues melius quam exteros, & peregrinos adminiſtrare, tradit Franci.patrit.de inſtitu.reipubl. lib.3. cap.2. Vnde etiam de iure communi
19 aliquando ſtatutum legitur officia ciuibus eſſe conferenda, prout de prætore Vrbis habetur in l.fina.C.de offic.præto.vbi per prætores ex his, qui propriam larem in alma Vrbe habebant non ex prouincijs eligebantur, Dec.in d.l.ſi eadem,in glos.prima, ff.de offic.aſſeſ.Afflic.in conſti.Regni, Magiſtri Camerarij ſub 6. notab. Et de ciuitatum defenſoribus, quos de circulo ciuitatis eſſe oportet legitur, in §. interim in authe.de defens ciuit, & magis ad rem de aſſeſſore procuratoris Ceſaris, qui poteſt eſſe Ciuis,habetur in l.fin.ff.de offi.aſſeſſo.Dec. in d.l.ſi eadem, eod.tit.& not.glos.in l.fina.C.de crimi. Sacril.

Quo ad ſecundum, Priuilegium Regis
20 Rogerij comprehendit caſum de quo quæritur, eſto quod Aſſeſſor propriè non dicatur officialis, Nempe illud locum ſibi vendicat non ſolum in officialibus ſtrictè ſumptis qui propriè ſunt illi qui iuriſdictionem habent, ſecundum Andr. in capit. primo, in verb.Poteſtas,nume.67.& ibidem. Afflic.num. 47.quæ ſunt regal.Carau.in Rit.Neapol.9.num. 5.& Rit.49.num.21.Bonacos.in qq.criminal.in verb.officium, Ioan.Fran.Apont.in trac.de poteſt.Proreg.tit.3.de electio.official.§.5.num.27. Vince.de Franch.in deciſi.407.nume.5.& Maſtrill.in trac.de Indul.cap.40.num 6.Sed etiam in alijs, qui nudum aliquod miniſterium, ſeu exercitium habent abſq; iuriſdictione, qui largo modo dicuntur officiales, ex dedictis ſup.ſub.num.7.Quod ex tribus pariter ſuadetur.

Primo mouent verba Priuilegij, in quo

Roge-

Digitized by Google

Rogerius concedit, vt omnes officiales à
Regia ſerenitate ſtatuendi, ſint ciues, &
ſic qualeſcunque ſint officiales vniuerſali-
ter debent eſſe ciues, quod ſuadet illud
verbum omnes, quod eſt vniuerſale, & ni-
21 hil excludit, *ad tex.in l.iulianus, ff.de legat.*
3.l.aprocuratore, C.mandat, c.ſi romanorum, 19.
diſtinc.Craue.in conſi.294.nume.primo, Dec.in
l.omnia, num.1.cum ſeque.ff.ſi cert.peta. Natt.
in conſi.63.nume.12.Decian.in conſi.44.num.
14.Volu.primo, Honded.in conſil.76.num.33.
vol.2.& Menoch.in conſi.156.num.23.cum
concord.vol.2. Adeo, quod dato quod alias
circumſcripto verbo vniuerſali, ſub priui-
legio officiales largè ſumpti non contine-
rentur, ex deductis in 3. fundamento ex
aduerſo, tamen poſito verbo vniuerſali
comprehenduntur, ac ſi de eis ſpecialiter
mentio fieret, quia verbum vniuerſale
non recipit reſtrictionem, *l.pediculis, §.labeo,*
ff.de aur.& argent.legat. & habet vim expreſ
ſionis ſpecialis, *Bar. in l.1.in fin.ff.ſiquis in*
ius voc.& in l.2.ff.de nouat.Roland.in conſi.6.
num.36.& in conſil.61.num.34.volu.primo,
& Menoch.in conſi.1007.num.19. etiam in
materia ſtricta, *Bar.in l.generali, §.vxori ff.*
22 *de vſufr.legat.* loquens de legato, in quo fit
ſtricta interpretatio vt minus quam fieri
poſſit contineat, *ad tex.in l.nummis, ff.de lega.*
3. Et tamen ſi fit ſigno vniuerſali, ea com-
prehendit, quæ ſine ſpeciali mentione non
veniunt, *Dec.in d.l.omnia, num.2.ff.ſi cert.pet.*
Curt.Iun.in conſi.45.num.4.Gozad.in cons.14.
num.22.& in conſil.16.num.6.& in conſi.82.
num.4.Rube.in conſi.135.num.3.& Natt.in
23 *conſi.159.ſub num.24.volu.primo*, Qua ratio
ne donatio, ſeu renunciatio, in quo fit ſtri-
cta interpretatio, *ad tex.in l.cum de indebi-*
to ff.de prabationib.l.neſenius, ff.de negot.geſt.l.
eleganter, §.qui reprobos, ff.de pigno.actio.&
l.ſi cum aurum, cum concord.ff.de ſolut. tamen
ſi fit ſub verbo, ſeu ſigno vniuerſali, conti
net, quæ alias non veniunt, prout de bo-
nis feudalibus teſtatur, *Natt.in d.conſi.159.*
Corn.in d.conſi.321.in fin.volu.4.Dec.in conſi.
389.num.11.Curt.iun.in conſi.26.num.8.quos
ſequitur Aym.Crau.in conſi.156.num.6.verſi.
preterea, & in conſi.303.ſub num.4.Andr.Ti-
raq.de retrac.conuent.§.1.glos.3.num.9.& Me
24 *noch.in conſi.519.num.23.* Et magis ad rem
ſub priuilegio verbis vniuerſalibus conceſ
ſo, veniunt ea, quæ aliàs indigent ſpeciali
conceſſione prout de facultate legitiman-
di infantem, tradit *Socc.in l.Gallus, §.forſi-*
tan.ff.de libe.& poſt.& in l.relegatus, col.3.ff.
de reb.dub.Ias.in conſi.125.col.fin.verſ.ſecundo,
vol.4.Dec.in conſi.155.ſub num.6.& in conſi.
316.col.2.Verſi.ſecundo non obſtat, & in cons.
367.col.pen.in fin.in verſi.& quod verba priui-
legij, Crau.in conſi.297.ſub num.6.verſi.ſecun-
do reſpondeo, Rui. in conſil.72.num.8.volu.
3.Roland.in d.conſil.61.numer.34.volum.
primo, Cepha.Curt.Iun.Gozad.& alij, quos citat
Menoch.in cons.19.num.17.& in d.cons.1007.
num.53.

Secundo mouent illa verba priuilegij,
quod dum loquitur de officialibus, qui de-
ben eſſe ciues, inquit pro quacunquæ Iu-
riſdictione, vel exercitio à Regia ſerenita-
te ſtatuantur, vnde ſpecialiter loquitur
priuilegium non ſolum de officialibus pro-
priè, iuriſdictionem habentibus per illa
verba, pro quacunquæ iuriſdictione, ſed
etiam de alijs, qui large, & impropriè di
cuntur officiales, qui nudum habent mi-
niſterium, ſeu muneris exercitium, per il-
la verba, vel exercitio, Adeo quod eſto,
quod illud, quod traditur regulariter de
officialibus, qui debent eſſe exteri, vendi-
caret ſibi locum, in officialibus largè ſum-
ptis, prout de actuario, ſeu magiſtro nota
25 rio actorum traditur, qui ſecundum verio
rem ſententiam non dicitur officialis, *Cara.*
in d.Rit.9.num.4.& in d.Rit.49.foller.in prac.
in verb.audiantur excuſatores, num.138.Vince.
de Franch.in d.deciſi.407.num.5.Maſtril.de
magiſtr.lib.1.cap.20.num.22.& lib.4.cap.17.
num.59. & tamen ſub regula comprehendi-
tur, quia debet eſſe exterus, nec ciuis eſſe
poteſt, *Afflic.in conſtit.Reg.Iuſticiarij per pro-*
uincias, & ibid.foller.in 1.notab.Taris.de put.
in tract.de Sindic.in verb.Aſſeſſor, notat Af-
flict.in Conſtit.magiſtri.Camerarij, num.9.Vin-
cent.de Franch.in decis.98.& ibid.Amendo.in
addit.idem Amendo.in addid.decis.407.& Ma-
ſtri..lib.2.de magis.c.70. Tamen ad maiorem
gratiæ cumulum, ob merita Meſſanę in priui
legio enunciata, voluit Rex priuata lege
Meſſanam decorare, vt illius officiales à Re
ge ſtatuendi ſint ciues pro quacunque Iu-
riſdictione, vel exercitio conſtituantur, &
26 ſic vniuerſaliter propter dictionem illam
quacunque, quæ eſt vniuerſalis, *Aym.Crau.*
in conſi.297.col.5.verſi.ad iddem adduco, vol.
2.Caro.Rui.in conſi.98.num.11.Vol.2.Roland.
in conſi.12.num.40.vol.4.Menoch.in cons.496.
nume.65.cum ſequ.& in conſi.519.num.21.Ri
minal.Iun.in conſi.450.ſub.num.42.volu.4. &
cenſetur repetita in altera parte alternati-
ue poſitæ in priuilegio, ita quod verus eſt
ſenſus, vt officiales pro quacunquæ Iuriſ-
dictione, vel quocunquæ exercitio ſtatuan

tur

Digitized by Google

27 tur ciues, ſic enim vna pars alternatiuæ
declaratur per alteram, *ad tex. in l. primã*
vbi Bart. & Soci, num. 1. ff. de reb. dub. idem So-
ci. in conſi. 13. num. 9. volu. 3. Iaſ. in l. ſi is, qui
pro emptore, num. 49. ff. de vſucap. Dec. in conſ.
95. ſub num. 1. Butigel. in l. vinum, num. 36. ff. ſi
cert. peta. Rot. in decis. 213. num. 3. in 2. par. in
nouiſſimis, Surd. in decis. 315. num. 4. & in conſi.
431. num. 50. & Menoch. in conſil. 122. num. 3.
Qua de re priuilegium iſtud non patitur
aliquam reſtrictionem, vt de illis, vel de
iſtis officialibus intelligatur, ſed vniuerſa
28 liter de omnibus intelligitur, & tanto ma
gis quia verba vniuerſalia ſunt geminata
nam primo voluit Rex, vt omnes officia-
les ſint ciues, & poſtea ſubdit, pro qua-
cunque iuriſdictione, vel exercitio ſtatuan
tur, ad tradita per *Bald. in l. omnia priuilegia,*
C. de epiſ. & cleri. Abb. in cap. fin. extra ne cleri.
vel mona. Dec. in conſi. 301. num. 9. & 10. Natt.
in conſi. 63. num. 17. & infr. Roland. in cons. 87.
num. 10. vol. 2. & Burſa. in conſil. 16. num. 48.
vol. primo Ita quod verba vniuerſalia gemi
nata referuntur ad omnia etiam in cogi-
tata, quæ ſaltem ingenere potuerunt co-
gitari, *l. tres fratres, ff. de pact. Docto. in l. ſub*
prætextu, per illum tex. C. de tranſac. Caro. Rui. in
cons. 126. col. fin. vol. primo Paris. in conſi. 150.
num. 11. vol. 4. Aym. Crau. in conſi. 209. num. 6.
Menoch. in d. conſil. 496. num. 58. & Decian. in
conſi. 11. num. 11. vol. 2.

Tertio, & vltimo mouet interpretati-
ua conſuetudo interminis indiuidualibus
huius aſſeſſoratus officij, de quo hodie quę
ritur quod ſemper collatum eſt ciuibus, a
29 qua ſanè obſeruantia, eſto abſq; tamen ve
ri preiudicio, quod priuilegium declara-
tione indigeret, recipit declarationem,
Aret. in conſi. 11. col. 3. verſi. ſed limita, Corn.
in conſi. 193. num. 10. vol. 2. Ioſep. Lodoui. in
conclus. 38. Oſaſ. in decis. 136. Menoch. in conſil.
276. num. 19. & Honded. in conſi. 92. num. 28.
vol. primo, Quod eſt generale in omni di-
ſpoſitione, *Cano. in cap. cum veniſſent, de inſtit.*
Aymo. Crau. in conſi. 194. ſub num. 8. verſi. Vi-
geſimo primo, Natt. in conſi. 498. num. 28. Be-
ro. in conſi. 91. num. 10. vol. primo. latè Becc. in
conſi. 101. num. 49. eod. vol. Quod interminis
einſdem priuilegij Seruatum vidimus his
diebus in officio Magiſtri Notarij huius
Regię Curiæ Straticotialis, quod vacauit
per obitum Don Vincentij Rao ciuis Meſ
ſanæ, illudque ſua Catholica Maieſtas cō-
tulir Ioanni Seriza hiſpano, Verum recla
mante Vrbe, abſque eo quod fuiſſet pro-
ceſſum ad allegationem contra priuilegia,
collatio predicta non habuit effectum ſed
demandato Regis noſtri Catholic. Tribu-
nal realis patrimonij illud officium titulo
venditionis conceſſit Ceſari Candia, ciui
30 Meſſanæ pro ſe & vno herede, qui illud
hodie poſſidet, & exercet, quod abſq; vi-
tio fieri potuit, quia officia ſine iuriſdictio
ne ſunt vendibilia, *ad tex. in l. 1. §. 1. & in l.*
toties, §. 1. ff. de pollicit. Andr. in cap. primo, in
verb. poteſtas, & ibid. Afflict. num. 7. quæ ſunt
regal. Sali. in l. 1. C. de ambit. cum concord. tradi-
tis à D. Maſtrillo in trac. de magiſtr. lib. 1. capit.
20. num. 22.

Nec premiſſis obſtant adducta in oppo-
ſito contra Syndicum, quę licet patear ex
prædictis, abſq; ſpeciali ſolutione, in hac
facti ſpecie non militare, eis tamen reſ-
pondetur.

31 Primo fundamentum iuris communis
corruit, quia ſilet ius commune, vbi in con
trarium extat priuilegium Meſſanę, *Abb.*
in cap. Abbate, num. 6. in fin. de verb. ſignif. Ma
tin. laud. in trac. de priuileg. quaſt. 41. & Mo-
nald. in conſi. 29. num. 1. vol. primo, Vnde per
priuilegium ſpeciale, generalitati iuris
communis derogatur, quia ſpecies dero-
gat generi, *ad tex. in l. in toto iure, ff. de reg.*
iur. l. ſanctio legum, ff. de pæn. l. vxorem, §. feli-
ciſſimi, & l. ſeruus vrbanis, §. fen. ff. de leg. 3.
cap. 2. de reſcrip. in 6. ca. quamuis, de preben. eod.
lib. & cap. generi, cum ibi not. de reg. iur. eod. lib.
& indiuiduum at derogat ſpeciei, vt not. Bal. in l.
hac conſultiſſima, col. fin. C. qui teſta. fac. poſſ.
& in l. exequutionem, col. 6. verſi. redeo ad ma-
teriam, C. de exequu. rei iudi. Quod vendicat
ſibi locum in quacunque diſpoſitione,
Bero. in conſi. 57. num. 10. vol. 3. Natt. in cons. 7.
num. 5. Surd. in conſi. 56. num. 1. & ſpecialiter
locum ſibi vendicat in diſpoſitione iuris
communis, quę ſiue præcedat, ſiue ſequa
tur, non includit ſpecialia, & perſonas
priuilegiatas, *ad tex. in cap. primo de conſti. in*
6. glos. in l. decurionibus, vbi Bart. & Ioan. de plat.
C. de ſilenti. lib. 12. Bal. in l. 1. ante medium, C. de
nou. Codi. confir. Dec. in d. l. in toto iure, ante nu.
7. cum aliis traditis à Barba. inter conſil. Alex. in
conſi. 123. col. 5. verſi. facit quod voluit vol. 4.
Feli. in cap. primo, col. 8. verſi. ſecunda diſpoſitio,
& ibid. Rip. num. 104. de reſcrip. Ruin. in conſi.
126. num. 8. volu. 1. quibus accedit Tiraquel. de
legib. connub. glos. 7. nu. 93. Qua de re ſicut ius
commune ſeruandum eſt quo ad omnes,
32 *ad tex. in cap. primo, de conſti.* Sic priuilegium
ſeruandum eſt Vrbi Meſſanę, illudq; debet
cuſtodiri quo ad priuilegiatum, *c. dilecti fi-*
lij, in fin. cap. porrò, & cap. accepimus, extra de
priuil.

priuil. Abb. in cap. quanto nu. 1. eod. tit. Monal. in
d. cons. 29. nu. 22. ex eo quod priuilegiũ, quo
ad priuilegiatũ vi obtinet legis priuatæ, *l.*
priuilégia C. de ſacro. ſanc. eccle. l. ius ſingulare, ff.
de legib. cap. priuilegia, 3. diſtinc. Surd. qui ita ar-
guit in propoſito in conſi. 419. nu. 20. vol. tertio.
Secundo non obſtat ſuſpicio, quæ vrge-
re videtur contra ciuem exercentem offici-
um in patria, nam licet vigore priuilegij ci
uis poteſt in patria exercere magiſtratum,
tamen ſi verè aliquæ rationabilis ſuſpicio
nis cauſa ocurrit, poterit vt ſuſpectus re-
cuſari, Vnde ſaluum eſt ius recuſandi, nec
per priuilegium, quo ciuis admittitur in
patria, cenſetur ius recuſandi ſublatum à
Principe priuilegiante in preiudicium ter-
33 tij, ſicut nec tollitur per delegationem
factam à principe ex certa ſcientia, *Abb. in*
cap. accedens, el primo, in 5. notab. vt lit. non
contes. idem Abb. in cap. olim, el. 2. in fin. de
offi. deleg. qui hoc extendit etiam ſi motu
proprio princeps dat iudicem delegatum,
Natt. in conſi. 174. num. 4. vol. primo, & Caual.
de Branch. reg. in 3. par. num. 317. Quin imo,
34 nec valeret priuilegium, quod talis ſit iu-
dex recuſatione remota, quia ſic eſſet con
tra bonos mores; qua ratione nec valet
pactum, *Caual. vbi ſup. num. 318. optimè fa-*
ciunt not. per glos. in cap. adhæc, in verb. eligerunt
in fin. quam ibid. extollit Abb. extra de reſcrip.
quæ voluit, quod princeps, etiam de pleni
tudine pote ſtatis nõ poteſt delegare cauſã
ſuſpecto, cum hoc ne poſſit recuſari, quod
licet videatur dubitabile, ad tradita per
Docto. in c. cum inter, de except. ex eo quod ple
nitudini poteſtatis nihil reſiſtit, vt in pro-
poſito inquit *Ias. in l. apertiſſimi, num. 25. C.*
de iudi. tamen eſto, quod tale priuilegium
valeret de abſoluta poteſtate, illud nihil
hominus intelligitur de recuſatione ex cau
ſa friuola, ſeu dubia, ſicut in terminis dele-
gationis ead. clauſula inquit, *Specul. in tit.*
de recus. §. 1. vers. quid ſi cauſa, quem ſequitur
Anto. de But. in cap. paſtoralis, col. fin. extra de
appell. Ias. qui hoc confirmat in d. l. apertiſſimi,
num. 23. & infr. Natt. in d. cons. 174. num. 5. &
Caual. de Brach. reg. in d. 3. par. vbi ſup. Nam
35 aliàs poteſtatis plenitudo extenderetur ad
iniquum, circa quod nihil operatur, vt poſt
Curt. quem citat teſtatur Neuiz. inter eadem cõſ.
Brun. in conſil. 12. num. 141. Paris. in conſil. 11.
nume. 125. vol. 1. Menoch. in conſi. 2. nu. 146.
quod ſentit idem Meroch. in conſi. 350. num. 36.
Quia diceretur potius plenitudo poteſta-
tis, ſeu tempeſtatis, *Cardi. in clem. paſtora-*
lis, de re iud. Soci. in conſi. 164. Incip. Viſa bulla
ſub nu. 17. Vol. 2. & in conſi. 120. col. pen. vol.
3. Soc. iun. in conſi. 65. num. 6. vol. 2. Roland. in
cons. 7. nu. 113. vol. 3. Aym. Cran. conſ. 241. ſub
num. 20. Canagno. ſuper decret monisferr. Decret.
72. ſub num. 119. & Princeps appellaretur Ty
rannus, Folle. in prac. cenſu. in verb. & ſubmiſſio
nis cuique foro, num. 17. Rodol. in trac. de abſolu.
princi. poteſt. cap. 6. num. 16. cum ſequ.
Tertio, & vltimo non obſtat, quod pri-
uilegium intelligitur ſtricto modo, & ſic
de officialibus in propria, & ſtricta ſignifi
36 catione, ſicut ſtatutum ex deductis ſup.
in 3. fundamento ex aduerſo, quod tamen
ex multis diluitur, Primo, quod dictum
eſt de priuilegio, quod ſtrictè interpreta-
tur, procedit in priuilegio tangente præiu
dicium tertij, at ſecus quando agitur tan
tum de præiudicio, ſeu iure priuilegiantis
nã quo ad ipſum principẽ concedentẽ illud
latiſſime eſt interpretandũ, *ad tex. in l. ſi quan-*
do, C. de bon. vacan. lib. 10. cap. ex parte, in fin. de
verb. ſignifi. Inno. in cap. cum dilecti, de donat.
Qui ait, quod priuilegia principis latiſſi-
mè debent interpretari, dum tangunt iura
concedentium, ſed ſtrictè quatenus con-
cerunt tertij preiudicium, ad tradita per
Hoſtien. capi. quia circa, & ibid. Ioan. Andr.
& Abb. in 3. not. num. 3. de priuil. Bertrand. in
cons. 7. num. 2. vol. 2. Oldra. in cons. 268. quæſtio
eſt, col. 2. Dec. in l. in omnibus cauſis, num. 3. in
fin. ff. de reg. iur. idem Dec. in conſi. 51. num. 2. in
fin. poſt Bal. in conſi. 456. lib. 3. qui voluit,
quod quando principis conceſſio neminem
lædit, largè eſt interpretanda, *Hyppo. de*
Marſi. in ſingula. 483. Niconit. alios citans in rub.
ff. ſolu. matri. num. 119. Surd. in conſi. 140. num.
73. & 74. vol. 1. Farin. in cons. 45. num. 28. vol.
1. Cancer. lib. 3. reſolu. cap. 3. num. 165. Morot. in
conſi. 20. num. 13. Malua. in conſi. 18. num. 26.
Apon. in conſi. 2. num. 21. Carol. Bardel. in conſi.
137. num. 4. hoc intelligens de priuilegio
tangente ius alienum, *& in conſi. 182. num.*
28. in 2. Volum. accedit Giurb. qui in finitos
37 *cumulat in decis. 23. nu. 7.* ſecundo illud procè
dit quatenus verborũ proprietas patitur,
Angel. in l. fin. ff. de conſti. princ. Aret. in l. cũ le-
ge. ff. de teſtam. Rube. in cons. 133. nu. 3. Couar. lib.
1. vari. reſolut. cap. fin. in 2. part. verſ. Nec ſatisfa
cit, & Caro. Tap. in rub. de conſtit. princi. cap. 6.
in fin. num. 12. Sed in hac facti ſpecie refra-
gantur verba priuilegij, quæ non patiun-
tur hãc ſtrictam interpretationem, dum
loquitur vniuerſaliter de omnibus officia-
libus, tam habentibus iuriſdictionem, quã
quodcunquæ exercitium, & ſic tam ſtrictè,
quam largè ſumptis, ex deductis ſup. num.
20. cum

Digitized by Google

20.cum ſeq.& de eo ceſſat ſcricta interpretatio, quia in claris gloſa non indigemus
38 ex vulgar. Tertio, & vltimo quod dictum eſt de Statuto loquẽte de officialibus, quod intelligitur de officialibus ſtricte ſumptis, locum ſibi vendicat in materia ſcricta, & odioſa, *D. Maſtril.de Indul.capit.40. num.5.* qui voluit, quod illud decretum de indulta, excipiens officiales delinquentes, quia in caſibus exceptuatis eſt odioſum, *Vince. de Franc.in decis.403.nu.10.* non cõprehendit in d.exceptione officiales largo modo ſumptos, At in materia fauorabili, ſicut eſt materia iſta, ſub ſtatuto loquente de officialibus continentur officiales large ſumpti, idem *Maſtrill.Ubi ſup.poſt Alex.quem citat, in l.1.num.2.ff.de iuris.omnium Iudi.* Quin imo aliquando etiam in materia ſcricta, veniunt officiales largè ſumpti, *Alex.in l.im*
39 *perium, in prin.ff.de iuris.omn.iud.* qui tenet, quod ſtante ſtatuto, quod quis eodem tempore nõ poſſit habere duo officia quod licet ſit ſtricti iuris, cõprehendit tamen offitia largo modo ſumpta, ſequitur *Iaſ.in ead.l.imperium Alber.Brun.in trac.de ſtatu.in verb.Officialis, verb.loquens de officio,* quod declarat *Vinc. de Franch.in d.decis.407.num.6.& 7.* Vnde non deſunt, qui videntur tenere, quod ſub ſtatuto, quod de delictis officialium cognoſcat Magna Curia, continentur actuarij, qui vt dictum eſt largo modo dicuntur officiales, quod poſt *D.Reg.Tapp.quem citat, videtur ſentire Maſtril. in deciſ. 147.ſub. num.25.* & per S. R. Conſi. ita fuiſſe Iudicatum, refert *Anna in ſing. 48. Borrel. de praeſ. reg.cap.62. num.62.* qui etiam continentur ſub ſtatuto, quod officiales ſint annuales, *Ann. in ſing. 369.* quem refert, & ſequitur idem *Maſtril.lib.1.de magis.capit.23.ſub num. 24.Roui.in prag.5.de offic.iudi.& flam.Amend. in deciſ. ad Franch.409.nu.5.* Itaque ex omni capite officium aſſeſſoris continetur ſub priuilegio prædicto, & debet ciuibus conferri & ideo collatio facta in perſonam exteri tendit contra priuilegia Vrbis & ita ſentio, prout con effectu fuit declaratum.

Ita Iuris eſſe ſentio.

Octauius Gloricius Iuriſconſultus & Comes.

Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Præſul. In his Nouem In luce Reſponſis Octauij Gloritij Tropienſis, in Meſſanẽſi vniuerſitate Iuris Pontificij, & Feudorum Interpretis, Comitis Palatini, quæ te iubente, perlegi, nihil occurrit quod Santæ fidei, aut bonis obſtet moribus, Meſſanæ 18. Septembris 1623.

D. Leonardus Patè.

Imprimatur.
Antonius Sbert, V. G.
Meſſanæ

Imprimatur.
Hieronymus Donato pro Illuſt.
Præſid. de Blaſchis.

Digitized by Google